Universitätsbibliothek Wien
II
261.057
2,1

E. S.

Universitäts-Bibliothek Wien
II
261057
Inkunabel

E. S.

~~O. 3.~~ ~~[illegible]~~ V. I. 7.

II
26957
Incunabel

Prima pars secūde partis summe theologie eximij doctoris sancti Thome de aquino ordinis predicatorum. Questio prima.

Uia sicut damascenus

dicit. Homo factus ad imaginē dei dicit: fm q̄ p imaginem significatur intellectuale: z arbitrio liberuz z per se potestatiuuz. Postq̄ predictuz est de exēplari. s. de deo: z de his que processerunt ex diuina potestate fm eius voluntatē: restat vt consideremus de eius imagine. i. de homine fm q̄ z ipse est suoꝝ operuz principiū: quasi liberꝝ arbitrium habens: z suoꝝ opeꝝ potestatē. Ubi primo considerandū occurrit de vltimo fine huius vite: z deinde de his per que hō ad hunc finem puenire potest: vel ab eo deuiare. Ex fine eīm oz accipere rationes eoꝝ que ordinant in finem: z q̄ vltimus finis humane vite ponit esse btitudo: oz primū cōsiderare de vltimo fine in cōi: deinde de btitudie Circa primū querunt octo. Primo vtrū homis sit agere pp finem. Scdo vtrū hoc sit ppriuz rationalis nature. Tertio vtrū actus hois recipiant spēz a fine. Quarto vtrū sit aliquis vltimus finis hūane vite. Quinto vtrū vnius hois possint esse plures vltimi fines. Sexto vtrū hō ordinet oīa in vltimū finē. Septimo vtrū idē sit finis vltimus omniuz hominuz. Octauo vtrum in illo vltimo fine omnium alie creature conueniant.

Ad primum sic pro

ceditur. Uidet q̄ homini non conueniat agere ppter finē. Cā eīm naturaliter prior est: sed finis hz rōnem vltimi: vt ipz nomen sonat: g̃ finis nō hz rōnem cāe: sed ppter illud agit hō qō est cā actionis: cū hec ꝓpositio: propter: designet habitudinē cāe: g̃ hōi non conuenit agere pp finē. ¶ Preterea illud qō est vltimus finis non est ppter finez: sed in quibusdā actiones sunt vltimus: vt pz per phm in primo ethicoꝝ: g̃ nō oīa hō agit pp finē. ¶ Preterea tūc videt homo agere ppter finez qñ deliberat: sed multa hō agit absqz deliberatione: de quibus etiā qñqz nihil cogitat: sicut cū aliquis mouet pedem vel manum alijs intērus: vel fricat barbā: nō g̃ hō oīa agit ppter finez. ¶ Sed cōtra. Omnia que sunt in aliquo genere deriuant a principio illius generis sed finis est principium in opabilibus ab hoīe: vt pz per phm in 2° physicoꝝ: g̃ hōi conuenit omnia agere ppter finē. ¶ Rñdeo dicendū q̄ actionuz que ab hoīe aguntur: ille sole ppie dicunt hūane q̄ sunt ppie hois: inquātuz est hō. Differt aūt homo ab alijs irrationalibꝰ creaturis i hoc q̄ ē suorum actuū dñs. Unde ille sole actiones vocantur ppie humane quaꝝ hō est dñs. Est autē hō dñs suoꝝ actuū per rōnem z voluntatē. Unde z liberum arbitriū esse dicit facultas voluntatis z rationis. Ille g̃ actōes ppie humane dicunt: que ex voluntate deliberata ꝓcedunt: sique aūt alie actōnes hōi cōueniant: possunt dici quidē hois actiones: sz non ppie hūane cum nō sint hois inquantum est hō. Manifestū est aūt q̄ oēs actiones q̄ ꝓcedunt ab aliqua potentia causantur ab ea fm rationem sui obiecti. Obiectū aūt voluntatis est finis z bonum. vnde oz q̄ oēs actiones humane ppter finem sint. ¶ Ad primū ergo dicendū: q̄ finis z si sit postremus in executione: est tamen primus in intentione agētis: z hoc mō habet rationem cause. ¶ Ad secundū dicendū: q̄ siqua actō humana sit vltimus finis: oz eam esse voluntariam: alꝫ nō esset humana: vt dictū est. Actio autē aliqua dupl̄r dicit voluntaria. Uno mō q̄ ꝑatur a volūtate: sicut ambulare vel loqui. Alio modo q̄ elicit a voluntate: sicut ipm velle. Impossibile aūt est q̄ ipse actus a voluntate elicitus sit vltimus finis. Nam obiectū voluntatis est finis: sicut obiectū visus est color. Unde sicut impossibile est q̄ primū visibile sit ipm videre: q̄ omne videre est alicuius obiecti visibilis: ita ē impossibile q̄ ꝑmuz apetibile qō est finis: sit ipm velle. Unde relinquit q̄ siqua actio hūana sit vltimus finis q̄ ipsa sit impata a voluntate: z ita ibi aliqua actio hois ad minus ipm velle est ppter finē. Quicquid ergo homo faciat vel ē dicere q̄ hō agat ppter finē: etiā agendo actionē q̄ est vltimus finis. ¶ Ad tertiū dicendum: q̄ huiusmodi actiōes nō sunt ppie humane: q̄ nō procedunt ex deliberatione rōnis q̄ est proprium principiū humanoꝝ actuum: z iō habēt quasi finem imaginatum: nō aūt per rōnem pstitutum.

Ad secunduz sic pro

ceditur. Uidetur q̄ agere pp finez sit ppriuz rationalis nature. Hō enim cuius est agere pp finē: nunq̄ agit ppi finem ignotum: sed multa sunt q̄ nō cognoscunt finez: vel q̄ oīo carent cognitione: sicut creature insensibiles vel nō apprehendūt rōnem finis: sicut bruta animalia. videt g̃ ppriū esse rōnalis creature agere pp finē. ¶ Preterea agere pp finē ē ordinare suā actionē ad finē: sz hoc est rōnis opus: g̃ nō conuenit his q̄ rōne carent. ¶ Preterea bonū z finis ē obiectū volūtatis: sed volūtas i rōne est: vt dicit in 3° de aia: g̃ agere ppter finē nō est nisi rōnalis nature. ¶ Sed ꝫ est qō phs probat in 2° physicorum. q̄ nō soluz intellectꝰ: sed ēt natura agit propter finez. ¶ Rñdeo dicendū q̄ oīa agētia neces

Ex libris Monasterij Garstensis. sub Lit. A 270



se est agere ꝓpter finē. Causaꝝ enī adinuicē ordinataꝝ si prima subtrahat necesse est alias subtrahi. prima autē inter oēs causas est cā finalis: cuius ratio est qz materia nō sequit formā nisi fm q̄ mouetur ab agēte. nihil enim reducit se de potētia in actū. agens aūt nō mouet nisi ex intētione finis. si enī agēs nō esset determinatū ad aliquē effectum: nō magis ageret hoc q̄ illud. ad hoc g̃ q̄ determinatū effectū ꝓducat necesse est q̄ determinet ad aliquid certū qđ habet ratione finis. hec autē determinatio sicut in rationali natura p rōnalez fit appetitū q̄ dicit volūtas: ita in alijs fit p inclinationē naturalē q̄ dicit appetitus naturalis. Tamen cōsiderandū est q̄ aliq̄d sua actione vel motu tendit ad finē dupliciter. Uno mō sicut seipsuz ad finē mouēs: ut hō. Alio mō sicut ab alio motum ad finē: sicut sagitta tendit ad determinatū finem ex hoc q̄ mouet a sagittāte q̄ suā actionē dirigit i finē. illa ergo q̄ ratione habēt seipsa mouēt ad finē quia habēt dominiū suoꝝ actuū ꝑ libez arbitriū qđ est facultas volūtatis z ratōis. Illa vero que rōne carēt tendūt in finē ꝓpter naturalē inclinationē quasi ab alio mota: nō aūt a seipsis cū nō cognoscāt rationē finis. z ideo nihil in finē ordinare possūt sz solū in finē ab alio ordinātur: nā tota irrationalis natura cōparat ad deū sicut instrumentū ad agēs ꝓncipale: vt. ē. habitū est. z ideo ꝑ priū ē nature rōnalis vt tēdat in finē quasi se agēs vel ducēs ad finē. Nature vero irrōnalis quasi ab alio acta vel ducta siue in finē apprehēsum sicut bruta aialia: siue in finē nō apprehensū sicut ea q̄ oīno cognitione carēt. ¶ Ad primuz ergo dicendū q̄ qñ hō ꝑ seipsū agit ꝓpter finē cognoscit finem: sz qñ ab alio agitur vel ducit: puta cum agit ad imperiū alterius: vel cū mouet altero impellēte nō est necessariū q̄ cognoscat finē: z ita est i creaturis irrōnalibus. ¶ Ad secundū dicendū q̄ ordinare in finē est eius qđ seipsū agit in finē. Eius vero qđ ab alio agit in finē est ordinari in finē: qđ potest esse irrōnalis nature sed ab aliquo rationē habēte. ¶ Ad tertiū dicendū qđ obiectū volūtatis est finis z bonū in vniuersali. vnde nō pōt esse volūtas in his que carēt rōne z intellectu cum nō possint apprehēdere vniuersalē sz ē in eis appetitus naturalis vel sensitiuus determinatus ad aliquod bonū particulare. Manifestū aūt est q̄ particulares cause mouent a cā vniuersali: sicut rector ciuitatis qui intēdit bonū cōe mouet suo imperio oīa sua particularia officia ciuitatis: z iō necesse est q̄ oīa que carēt rōne moueant in fines particulares ab aliq̄ volūtate rōnali q̄ se extēdit in bonū vniuersale scilicet a volūtate diuina.

B tertiuz sic ꝓceditur. Uidet q̄ actus humani non recipiāt speciē a fine: finis enim ē cā extrinseca: sz vnūquodq̄ habet speciē ab aliquo principio intrinseco: ergo actus humani non recipiūt speciē a fine. ¶ Preterea illud qđ dat spēm oportet esse priꝰ: sed finis est posterior in esse: g̃ actus humanus nō habet speciē a fine. ¶ Preterea idē nō pōt esse nisi in vna specie: sed eundem numero actū cōuenit ordinari ad diuersos fines ergo finis nō dat speciē actibus humanis. ¶ Sed cōtra est qđ dicit augꝰ in libro de moribus eccl'ie z manicheoꝝ fm q̄ finis est culpabilis vel laudabilis fm hoc sunt opera nostra culpabilia vel laudabilia. ¶ Rñdeo dicendum q̄ vnūquodq̄ sortit speciē fm actū z nō fm potentiā. vñ ea que sunt cōpositā ex materia z forma constituunt suis speciebus per ꝓpias formas. z hoc etiā considerādum est in motibus ꝓpijs. Cū enī motus quodā modo distinguat ꝑ actionē z passionē: vtrūq̄ horū ab actu speciē sortit. actio quidē ab actu qui ē principiū agēdi: passio ab actu qui est terminꝰ motus nostri. vnde calefactio actio nihil aliud est q̄ motio quedā a calore ꝓcedēs: calefactio vero passio nihil aliud est q̄ motus ad calorem. Diffinitio aūt manifestat rōnem speciei z vtroq̄ mō actus humani: siue cōsiderent ꝑ modū actionū siue ꝑ modū passionū speciē a fine sortiunt: vtroq̄ enim modo possunt cōsiderari actus humani eo q̄ hō mouet seipsū z mouet a seipso. dictū est aūt supra q̄ actus dicunt humani inquantū ꝓcedūt a volūtate deliberata. obiectū aūt voluntatis est bonum z finis. z ideo manifestū est q̄ principiuz humanoꝝ actuū inquantū sunt humani est finis z similiter est terminus cozundē. nam id ad qđ terminatur actus humanꝰ est id qđ volūtas intēdit tāq̄ finē: sicut z in agentibus naturalibus forma generati est ꝓforme forme generātis: z quia vt ambro sius dicit super lucā: Mores ꝓprie dicunt humani: actus morales ꝓprie speciē sortiunt ex fine. nā idē sūt actꝰ morales z actꝰ hūani. ¶ Ad pmū g̃ dō q̄ finis nō ē oīno aliq̄d extrinsecū ab actu: qz cōparat ad actū vt ꝓncipiū vel terminꝰ z hoc idē ipsū est de rōne actus: ut. ſ. sit ab aliquo quantum ad actionem vt sit ad aliquid quantū ad passionem. ¶ Ad secundū dicendū q̄ finis fm q̄ est priꝰ i intentione vt dictū est: fm hoc pertinet ad voluntatem: z hoc modo dat speciem actui humano siue morali. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ idē actus numero fm q̄ semel egreditur ab agente non ordinatur nisi ad vnum finem proximum a quo habet speciē sed potest ordinari ad plures fines remotos quorum vnus est finis alterius. possibile tamen est q̄ vnus actus fm speciem nature ordinetur ad diuersos fines volūtatis sicut hocipsum qđ est occidere hominē quod est idem fm speciē nature potest ordinari sicut in finem ad conseruationem iusticie z ad satisfaciendum ire: z ex hoc erunt diuersi actus fm speciem moris: quia vno mō erit actus virtutis: alio modo erit actus vitij: nō enim motus recipit speciem ab eo quod est terminus per accidens sed solum ab eo quod est terminus per se. fines autem morales accidunt rei vniuersali: z econuerso ratio naturalis finis accidit morali. z ideo nihil prohibet actus qui sunt idem secundum speciem nature esse diuersos fm speciem moris: z econuerso.

ℬ quartus sic pro

cedit. Videt q̄ nō sit aliquis vltimus finis humane vite: sed procedat i infinitū. Bonū enī fm suā rōnem est diffusiuū sui: vt patet per dionysiū, 7° ca° de di. uo. si g̃ qō procedit ex bono ipsū etiā est bonū: oportet q̄ illud bonum diffundat aliquid bonū: ⁊ sic processus boni est in infinitū: sed bonū habet rationē finis: g̃ in finibus est ꝓcessus in infinitū. ¶ Preterea ea que sunt ratōis in infinitū multiplicari possunt: vnde ⁊ mathematice quātitates in infinitū augentur. Species etiaz numeroz ꝓpter hoc sunt infinite: quia dato quolibet numero aliū maiorē excogitare pōt: sed desiderīū finis sequit apprehensionez rōnis: ergo videt q̄ in finibus ꝓcedat in infinitū. ¶ Preterea bonū ⁊ finis est obiectū volūtatis: sed volūtas infinities potest reflecti supra seipsū: possum enim velle aliquid ⁊ velle me velle illud ⁊ sic in infinitū: ergo in finibus humane volūtatis procedit in infinitū: ⁊ nō est aliquis vltimus finis humane volūtatis. Sed ꝯ est qō phs dicit. 2° metaphi. q̄ qui infinitū faciūt auferūt naturaz boni: sed bonū est qō habet rationē finis: ergo cōtra rationē finis est q̄ procedat in infinitū: necesse est ergo ponere vnū vltimū finē. ¶ Rñdeo dicendū q̄ per se loquēdo impossibile est in finib⁹ ꝓcedere i infinitū ex quacūq; parte. in oībus enīz que per se habēt ordinē adinuicē oportet q̄ remoto ꝑmo remoueant ea que sunt ad ꝑmū. Unde phs ꝓbat i 8° physicoz q̄ nō est possibile in causis mouētib⁹ procedere in infinitum: q; nō esset ꝑmū mouēs q̄ subtracto alio mouere nō possunt: cum nō mouean̄t nisi p hoc q̄ mouent a ꝑmo mouēte in finib⁹ autē inuenit duplex ordo scilicet ordo intentiōis: ⁊ ordo executiōis ⁊ in vtroq; ordine oportet esse aliquid ꝑmū. id enim qō est ꝑmū in ordine intentionis est quasi principiū mouēs appetitū: vñ subtracto principio appetitus a nullo moueret id autē qō est principiū in executione est vnde incipit operatio: vnde isto principio subtracto nullus inciperet aliquid operari. principiū aūt intentōis est vltimus finis: principiū aūt executiōis est ꝑmū eoz que sunt ad finē: sic ergo ex neutra parte possibile est in infinitū ꝓcedere: quia si nō esset vltim⁹ finis nihil appeteret: nec aliqua actio terminaret nec etiā quiesceret intētio agētis. Si aūt nō esset ꝑmū in his que sūt ad finē nullus inciperet aliquid operari: neq; terminaret cōsiliū: sed in infinitū ꝓcederet: ea vero que nō habet ordinē per se: sed p accidēs sibiinuicē ꝓiūgunt nihil ꝓhibet infinitatē habere. cause enim per accidēs indeterminate sūt ⁊ hoc etiam modo cōuenit esse infinitatē p accns in finib⁹ ⁊ his que sunt ad fines. ¶ Ad primuz ergo dicendū q̄ de ratōe bone est q̄ aliquid ab ipso effluat. nō tn̄ q̄ ipsum ab alio ꝓcedat: ⁊ ideo cum bonum habeat intentionē finis: ⁊ primū bonū sit vltimus finis: ratio ista nō ꝓbat q̄ nō sit vltimus finis: sed q̄ a fine primo supposito ꝓcedat in infinitum iferi⁹ versus ea que sunt ad finē: ⁊ hoc q̄dē cōpeteret si cōsideraret sola virtus ꝑmi boni q̄ est infinita: sed quia primū bonū habet diffusionē fm intellectū cuius est fm aliquā causam certā ꝓfluere in causata: aliquis certus modus adhibet bonorum effluxui a ꝑmo bono a quo omnia bona participāt virtutē diffusiuā. ⁊ ideo diffusio bonoz nō procedit in infinitū: sed sicut dicit sap. xj°. De⁹ oia disposuit in numero pōdere ⁊ mensura. ¶ Ad secundū dicendū q̄ in his que sunt per se ratio incipit a ꝑncipijs naturaliter notis ⁊ ad aliquē terminū ꝓgredit: vñ phs ꝓbat in ꝑmo posterioz: q̄ in demōstrationib⁹ nō est ꝓcessus in infinitū: quia in demōstrationib⁹ attenditur ordo alicuoz per se ad inuicē ꝓnexoz ⁊ nō p accidēs. in his aūt que p accidēs cōnectunt nihil ꝓhibet rationē in infinitum ꝓcedere: accidit aūt quātitati aut numero ꝓcedere

tum suiipsius. Unde aug⁹ dicit. 19° de ciuitate dei Finē hominē nūc dicimus nō q̄ cōsumitur vt nō sit: sed quod perficitur ut plene sit. oportet igitur q̄ vltimus finis ita impleat totum hominis appetitum q̄ nihil extra ipsum appetendum relinquatur: quod esse nō potest si aliquid extrancum ad ipsius perfectionē requiratur: vnde nō potest esse q̄ in duo sic tendat appetitus ac sivtrūq; sit bonū perfectum ipsius. Secunda ratio est quia sicut in processu rationis principium est id quod naturaliter cognoscitur: ita in ꝓcessu rationalis appetit⁹ qui est volūtas oportet esse principiū id quod naturaliter desideratur. hoc autem oportet esse vnū quia natura nō tendit nisi ad vnum. principiū aūt in ꝓcessu rationalis appetitus est vltimus finis. vnde oportet id in quod tēdit volūtas sub ratione vltimi finis esse vnum. Tertia ratio est quia cū rationes volūtarie ex fine speciem sortiātur: sicut supra habitum est: oportet q̄ a fine vltimo qui est cōmunis sortiatur rationē generis: sicut & naturalia ponūtur in genere fm formalem rationem cōmunem: cum igitur omnia appetibilia voluptatis inquantum huiusmodi sint vnius generis: oportet vltimū finem esse vnum: & precipue quia i quolibet genere est vnum primū principiū. vltim⁹ autem finis habet rationem primi principij: ut dictū est: sicut autem se habet vltimus finis simpliciter ad totum humanum genus: ita se habet vltimus finis huius hominis ad hūc hominē: vnde oportet q̄ sicut omniū hominū est naturaliter vnus finis vltimus: ita huius hominis voluntas in vno vltimo fine statuatur. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ omnia illa plura accipiebantur in ratione vni⁹ boni perfecti ex his cōstitui ab his qui in eis vltimum finem ponebant. ¶ Ad secundū dicendum q̄ si plura accipi possunt que adinuicem oppositionem nō habeant: tamen bono perfecto opponit q̄ sit aliquid de perfectione rei extra ipsum. ¶ Ad tertium dicendum q̄ potestas volūtatis nō habet vt faciat opposita esse simul: quod contingeret si tenderet in plura desperata sicut in vltimo fine: vt ex dictis patet.

ℬ sextum sic pro\

cedit. Videtur q̄ nō omnia quecūq; vult homo ꝓpter vltimū finem velit ea enim que ad finem vltimum ordinātur seriosa dicūtur quasi vtilia: sꝫ iocosa a seriosis distinguūtur: ergo ea que homo iocose agit nō ordinat i vltimum finem. ¶ Preterea philosophus dicit in principio metaph̄. q̄ scientie speculatiue ꝓpter se ipsas querūtur: nec tamen potest dici q̄ quelibet earum sit vltimus finis: ergo nō omnia que homo appetit appetit ꝓpter vltimū finem. ¶ Preterea quicquid ordinat aliquid in finem cogitat de illo fine: sed nō semper homo cogitat de vltimo fine i omni eo quod appetit aut facit: non ergo omnia homo appetit aut facit ꝓpter vltimū finē. ¶ Sꝫ contra est quod dicit augustinus. 19°. de ciuitate dei: Illud est finis boni nostri ꝓpter quod amantur cetera: illud autem ꝓpter seipsum. ¶ Rñdeo dicendum q̄ omnia que homo appetit appetit ꝓpter finez: & hoc apparet duplici ratione. Primo quidem: quia quicquid homo appetit appetit sub ratione boni: quod quidem si nō appetitur ut bonum perfectum quod est vltimus finis: necesse est vt appetatur tendēs in bonum perfectū: q̄ semp inchoatio alicuius ordinatur ad consumationem ipsius: sicut patet tam in his que fiunt a natura q̄ in his que fiūt ab arte: & ita omnis inchoatio perfectio ordinatur in perfectionē consumatam que est ꝓpter vltimū finē. Secūdo quia vltimus finis hoc modo se habet in mouēdo appetitum sicut se habet in alijs motionib⁹ primū mouens. Manifestum est autem q̄ cause secūde mouētes nō mouēt nisi fm q̄ mouētur a primo mouēte. vnde secūda appetibilia nō mouēt appetitum nisi in ordine ad primū appetibile quod est vltimus finis. ¶ Ad p̄mum ergo dicendum: q̄ actiones ludditiue ordinātur ad bonum ipsius ludentis prout sunt delectātes vel requiem prestantes: bonum autem consumatum hominis est vltimus finis eius. ¶ Et similiter dicendum ad secundū de sciētia speculatiua que appetitur: ut bonum quoddā speculantis: qō comprehenditur sub bono completo & perfecto quod est vltimus finis. ¶ Ad tertiū dicendum q̄ nō oportet q̄ ut semper aliquid cogitet de vltimo fine quandocūq; aliquid appetit vel operatur: sꝫ virtus prime intentionis que est respectu vltimi finis manet in quolibet appetitu cuiuscunq; rei etiam si de vltimo fine actu non cogitatur: sicut nō oportet q̄ qui vadit per viam in quolibet passu cogitet de fine.

ℬ ſeptimū sic pro

ceditur. Videtur q̄ non omnium hominum sit vnus finis vltimus: maxime enim videtur vltimus finis esse hominis incōmutabile bonum: sed quidam auertūtur ab incōmutabili bono peccando: non ergo omnium hominꝫ vnus est vltimus finis. ¶ Preterea fm vltimum finez tota vita homini scilicet regulariter si igitur esset vnus vltimus finis omniū hominū sequeretur q̄ in hom'nibus non essent diuersa studia viuendi: quod patet esse falsum. ¶ Preterea finis est actionis terminus: actiones autē sunt singularium: homines autem etsi conueniant in natura speciei: tamen differunt fm ea que ad individua pertinent: non ergo omnium hominū est vn⁹ vltimus finis. ¶ Sed contra est quod augustinus dicit. xiij. de trinitate q̄ omnes homines conueniunt in appetendo vltimum finem qui est beatitudo. ¶ Respondeo dicendum q̄ de vltimo fine possumus loqui dupliciter: vno modo fm rationem vltimi finis: alio modo fm id in quo finis vltimi ratio inuenitur: quantum igitur ad rationez vltimi finis omnes conueniūt in appetitu finis vltimi: quia omnes appetūt suam perfectionem ad impleri que est ratio vltimi finis: ut dictum est: sꝫ quantum ad id in quo ista ratio inuenitur: nō oēs

homines conueniũt in vltimo fine: nam quidã appetunt diuitias tanq̃ consumatum bonum: quidã vero voluptatẽ: quidam vero quodcũq; aliud: sicut & omni gustui delectabile est dulce: sed quibusdam maxime delectabilis est dulcedo vini: quibusdam dulcedo mellis aut alicuius talium: illud tamen dulce oportet simpliciter esse melius delectabile in quo maxime delectatur qui habet optimũ gustum: & similiter illud bonum oportet esse completissimũ quod tanq̃ vltimũ finẽ appetit habẽs affectum bene dispositum. ¶ Ad primũ ergo dicendum q̃ illi qui peccant auertũtur ab eo in quo vere inuenitur ratio vltimi finis: nõ autem ab ipsa vltimi finis intentione quam querũt falso in aliis rebus. ¶ Ad secundũ dicendũ q̃ diuersa studia viuẽdi contingũt in hominibus ꝓpter diuersas res in quibus queritur ratio sũmi boni. ¶ Ad tertiũ dicendum q̃ si actiones sint singulariũ: tamẽ primum principium agẽdi in eis est natura que tẽdit ad vnum: ut dictum est.

Octauũ sic procꝫ

ceditur. Videtur q̃ in vltimo fine hominis etiam omnia alia conueniant: finis enim respõdet principio: sed illud quod est principium omniũ alioꝝ: ergo in fine hominis oĩa alia cõmunicant. ¶ Preterea dionysius dicit in li. de di. no. q̃ deus cõuertit omnia ad seipsum tanq̃ ad vltimũ finẽ: sed ipse est vltimus finis hominis: q̃ solo ipso fruendum est: ergo in fine vltimo homis etiam alia cõueniũt. ¶ Preterea finis vltim⁹ hominis est obiectũ volũtatis: sed bonũ volũtatis ẽ bonũ vniuersale quod est finis omniũ: ergo necesse est q̃ in vltimo fine hominis omnia cõueniant. ¶ Sed cõtra est q̃ vltimus finis hominũ est beatitudo quam oẽs appetũt: ut augustinus dicit: sed nõ cadit in aliqua alia experiẽtia q̃ ratõis ut beata sint: sicut augustin⁹ dicit in libro. 83. questionum nõ ergo in vltimo fine hominis alia conueniunt. ¶ Respondeo dicendũ q̃ sicut phs dicit in. 5° metaphi. finis dupliciter dicit scilicet cuius & quo. i. ipsa res in qua ratio boni inuenit & vsus siue adeptio illius rei sicut si dicamus q̃ motus corporis grauis finis est locus inferior ut res: vel hoc quod est esse in loco inferiori ut vsus: & finis auari ẽ vel pecunia ut res: vel possessio pecunie ut vsus: si ergo loquamur de vltimo fine hominis quantum ad ipsam rem que est finis: sic in vltimo fine hominis oĩa cõueniũt: quia deus est vltimus finis homis & omniũ aliarũ rerum. Si autẽ loquamur de vltimo fine hominis quantũ ad cõsecutionẽ finis: sic i hoc fine hominis nõ cõmunicãt creature irrationales nam homo & alie rationes creature cõsequunt vltimũ finem cognoscẽdo & amãdo deum: quod nõ competit aliis creaturis: que adipiscũtur vltimũ finem inquantũ participãt aliquã similitudinẽ dei sm q̃ sunt vel viuũt vel etiam cognoscũt. Et per hoc patet respõsio ad obiecta: nam beatitudo nominat adeptionem vltimi finis.

Questio secunda.

Deinde consi

derandũ est de beatitudine. Primo quidẽ in quib⁹ sit. Secundo quid sit. Tertio qualiter eam consequi possumus. ¶ Circa pmũ querunt octo. ¶ Primo vtrum beatitudo cõsistat in diuitijs. ¶ Secundo vtrum in honorib⁹. ¶ Tertio vtrum in fama siue in gloria. ¶ Quarto vtrũ in potestate. ¶ Quinto vtrum in aliquo corporis bono: ¶ Sexto vtrum in voluptate. ¶ Septimo vtrum in aliquo bono anime. ¶ Octauo vtrum in aliquo bono creature.

Primum sic procꝫ

ceditur. Videt q̃ beatitudo hominis in diuitijs cõsistat: cum enim beatitudo sit vltimus finis hominis in eo psistit qđ maxime in hominis affectu dominat: huiusmodi autẽ sunt ꝓprie diuitie. dicit enim ecclesiastes x°. Pecunie obediũt oĩa: ergo in diuitijs beatitudo hominis cõsistit. ¶ Preterea sm boetiũ in 3° de cõsolat. Beatitudo est status omniũ bonoꝝ ꝓgregatione perfectus: sed in pecunijs oĩa possideri videtur: quia vt phs dicit in. v° ethico. Ad hoc nũmus est inuẽtus ut sit quasi fideiussor habẽdi ꝓ eo qđcũq; homo voluerit: ergo in diuitijs beatitudo cõsistit. ¶ Preterea desiderium sũmi boni cuius nunq̃ deficiat videt esse infinitum: sed hoc maxime in diuitijs inuenit: quia auar⁹ nõ implebit pecunia: vt dicit ecclesiastici. x°. ergo in diuitijs beatitudo cõsistit. ¶ Sed cõtra bonũ hois in retinẽdo beatitudinẽ magis cõsistit q̃ in emittẽdo ipsam: sed sicut boet⁹ in 3°. de ꝓsola. dicit: Diuitie effundẽdo magis q̃ coaceruãdo melius nitẽt: siquidẽ auaritia spodiosos: claros facit largitas: ḡ in diuitijs beatitudo nõ psistit. ¶ Respõdeo dicendũ q̃ impossibile est beatitudinẽ hominis in diuitijs psistere. Sunt enim duplices diuitie: vt phs dicit in ꝑmo politicoꝝ. s. naturales & artificiales. ¶ Naturales đdẽ diuitie sũt quib⁹ hoi subuenit ad defectus naturales tollẽdos: sicut cibus & potus: vestimẽta vehicula & habitacula: & alia huiusmodi. Diuitie artificiales sũt quib⁹ sm se nõ iuuat: ut denarij: sz ars humana eos adinuenit ꝓpter facultatẽ cõmutationis: ut sint quasi mẽsura quedã rerum venaliũ. ¶ Manifestũ est autem q̃ in diuitijs naturalib⁹ beatitudo hois esse nõ potest. querunt enim huiusmodi diuitie ad sustentandũ naturã hominis: & ideo nõ possunt esse vltimus finis: sed magis ordinant ad hominẽ sicut ad finem: vnde in ordine nature omnia huiusmodi sunt infra hominẽ & ꝓpter hominẽ facta sm illud ꝑs. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Diuitie autẽ artificiales non quererent nisi ꝓpter naturales: nõ enim quererent nisi quia per eas emuntur res ad vsum vite necessarie: vnde multo minus habẽt rationẽ vltimi finis: impos

sibile est igitur beatitudinem que est vltimus finis hominis in diuitijs esse. ¶ Ad primū dicendū: q̄ omnia corporalia obediūt pecunie q̄tum ad multitudinem stultorum qui sola corporalia bona cognoscūt: que pecunia acquiri possunt: iudiciū autem de bonis humanis nō debet sumi a stultis: sz a sapientibus. sicut z iudicium de sapoꝛib⁹ ab his qui habēt gustum bene moderatum. ¶ Ad secundū dicendū q̄ pecunia possunt haberi omnia venalia: nō autē spiritualia que vēdi nō possunt: vnde dicitur prouerbioꝛ. xvij°. Quid prodest stulte diuitias habere: cum sapientia emere non possit. ¶ Ad tertium dicendum q̄ appetitus naturalis diuitiarum nō est infinitus: quia fm certam mēsuram sufficiūt nature: sed appetitus diuitiarum artificialium est infinitus: quia deseruit cōcupiscentie inordinate que nō modificat: vt patet per philosophum primo politicoꝛū: aliter tamen est infinitum desiderium diuitiarum z desideriū summi boni: nam summū bonum quāto perfectius possidetur: tāto ipsum magis amatur z alia contemnūtur: quia quāto magis habetur: magis cognoscit: z ideo dicitur ecclesiastici. xliij. Qui edūt me adhuc esurient: sed in appetitu diuitiarum z quoꝛūcūq; temporalium bonoꝛum est econuerso: nam quando iam habentur ipsa cōtemnūtur z alia appetūtur: scōm q̄ significatur ioānis 4°. cum dominus dicit: Qui bibit ex aqua per quam temporalia significātur: sitiet iterum. z hoc ideo: quia eorum insufficientia magis cognoscitur cum habentur: z ideo hoc ipsum ostēdit eoꝛum imperfectionem: z q̄ in eis summū bonum nō cōsistit.

Ad secundū sic proceditur.

Videtur q̄ beatitudo hominis in honoꝛibus cōsistat. beatitudo enim siue felicitas est premium virtutis: ut philosophus dicit in primo ethicoꝛū: sed honoꝛ maxime videtur esse id quod ē virtutis premiū: ut philosophus dicit in quarto ethicoꝛ: ergo in honore maxime cōsistit beatitudo. ¶ Preterea illud quod cōuenit deo z excellētissimis maxime videtur esse beatitudo que est bonum perfectum: sed huiusmodi est honoꝛ: ut philosophus dicit in. 8° ethicoꝛ: z prima ad timoth. dicit apostolus. Soli deo honoꝛ z gloria: ergo in honoꝛe cōsistit beatitudo. ¶ Preterea illud quod est magis desideratum ab hominibus est beatitudo: sed nihil videtur esse magis desiderabile ab hominibus q̄ honoꝛ: quia omnes patiūtur iacturam in omnib⁹ alijs rebus ne patiātur aliquod detrimentum sui honoris: ergo in honoꝛe beatitudo ꝓsistit. ¶ Sz contra: beatitudo est in beato: honoꝛ autem non est in eo qui honoꝛatur: sed magis in honoꝛante: qui reuerentiaz exhibet honoꝛato: ut philosoph⁹ dicit in primo ethicoꝛ: ergo in honoꝛe beatitudo non consistit. ¶ Respondeo dicendum q̄ impossibile est beatitudinem consistere in honoꝛe: honoꝛ enim exhibetur alicui propter aliquam eius excellentiam: z ita est signum z testimoniū quod dam illius excellentie que est in honoꝛato. excellentia autem hominis maxime attenditur circa beatitudinem que est hominis bonum perfectum z scōm partes eius: ideſt scōm illa bona cuilibet aliquid beatitudinis participatur: z ideo honoꝛ potest quidem consequi beatitudinem: sed principaliter in eo beatitudo ꝓsistere non potest. ¶ Ad primum ergo dicendum q̄ honoꝛ non est premiū virtutis propter quod virtuosi operantur: sed accipiunt honoꝛem ab hominibus loco premij: quasi a non habentibus ad dandum magis. veruz autem premium virtutis est ipsa beatitudo propter quam virtuosi operātur: si aūt ꝓpter honoꝛē operarent: iam nō esset virtus sz magis ābitio. ¶ Ad secundū dō q̄ honoꝛ debet deo z excellētissimus in signū vel testimoniū excellētie preexistētis: nō q̄ ipse honoꝛ faciat eos excellētes. ¶ Ad tertiuz dicēdū q̄ ex naturali desiderio beatitudinis quā cōsequit honoꝛ: ut dictū est cōtingit q̄ homines maxime honoꝛē desiderāt: vnde querūt homines maxime honoꝛari a sapiētibus quoꝛ iudiciū credūt se esse excellētes vel felices.

D tertium sic proceditur.

Videt q̄ beatitudo hominis cōsistat in gloria: in eo enim videtur beatitudo cōsistere quod redditur sanctis ꝓ tribulationib⁹ quas in mūdo patiūtur: huiusmodi aūt est glia. dicit enī apls ro. 8°. Nō sunt ꝓdigne passiones huiꝰ tpis ad futurā gloriā que reuelabit̄ i nobis: ergo beatitudo ꝓsistit in glia. ¶ Preterea bonum est diffusiuum sui ut patet per dionysium. 8° capto de di. no. sed per gloriam: bonum hominis maxime diffunditur in noticiam aliorum: quia gloria ut ambrosius dicit: nihil aliud est q̄ clara cuz laude noticia. ergo beatitudo hominis consistit i gloria. ¶ Preterea beatitudo est stabilissimū bonoꝛ: hoc aūt ēē videtur fama vel gloria: quia per hanc quodammodo homines eternitatem sortiuntur. vnde Boetius dicit in libro de consolatione: Vos immortalitatem nobis propagare videmini cum futuri famam temporis cogitatis: ergo beatitudo consistit in fama seu gloria. ¶ Sed cōtra. beatitudo est verum hominis bonum: sed famam seu gloriam contingit esse falsam. ut enim dicit boetius in libro quarto de consolatione. Plures magnum sepe nomē falsis vulgi opinionibus attulerunt: quo quid turpius excogitari potest? Nam qui falso predicātur suis ipsi necesse est laudibus erubescant: non ergo beatitudo hominis consistit in fama seu gloria. ¶ Respondeo dicendum q̄ impossibile est beatitudinem hominis in fama seu gloria humana consistere: nam gloria nihil aliud est q̄ clara noticia cuz laude: ut Ambrosius dicit: res autem cognita aliter cōparatur ad cognitionem diuinam: z aliter ad cognitionē humanam: humanam enim cognitio a rebus cognitis causatur: sed diuina cognitio est causa rerum cognitarum: vnde perfectio humani boni que beatitudo dicit: nō pōt causari a noticia humana: sz

magis noticia humana de beatitudine alicui⁹ ꝓcedit ⁊ quodāmō causat ab ipsa humana beatitudine: vel inchoata vel pfecta: ⁊ ideo in fama vel i gloria nō potest cōsistere hōis beatitudo: sed bonum hois dependet sicut ex causa ex cognitiōe dei ⁊ ideo ex gloria que est apud deum dependet beatitudo hois: sicut ex causa sua: ſm illud psal. Eripiam eum ⁊ glorificabo eum: lōgitudine dierꝝ adimplebo eum ⁊ ostendam illi salutare meū. Est etiā aliud ꝓsiderandū q̄ humana noticia sepe fallit ⁊ ꝑcipue in singularibus ꝓtingētib⁹ cuiusmodi sūt actus humani: ⁊ ideo frequēter hūana gloria fallax est: sed quia deus falli nō pōt: eius gloria vera est: ꝓpter qō dicit. 2. ad corinth. x°. Ille ꝓbat⁹ est quem deus cōmendat. ¶ Ad p^m g̃ dicēdum: q̄ aplus nō loquitur illud de gloria que est ab hoibus: sed de gloria que est a deo coram angelis ei⁹ vnde dicit in Mar. 8°. Filius hois cōfitebit eum in gloria patris sui cora angelis eius. ¶ Ad scōz dō. q̄ bonum alicuius hominis qō per famā vel gloriā est in cognitiōe multorꝝ: si cognitio quidez vera sit. oz q̄ deriuetur a bono existēte in ipso: ⁊ sic ꝑsupponit pfectam beatitudinē vel inchoataz ¶ Si aūt cognitio falsa sit: nō cōcordat rei: ⁊ sic bonum nō inuenitur in eo cuius fama celebris habetur. vnde patet q̄ fama nullo mō pōt facere hominē bonum. ¶ Ad tertiū dō. q̄ fama non habet stabilitatem: imo falso rumore de facili pditur: ⁊ si stabilis aliquādo perseueret hoc est per accīs sed btūdo habet p̄r se stabilitatem ⁊ semper.

℣ quartū sic pro

ceditur. Videtur q̄ btūdo ꝓsistat i ptāte. oia enī appetūt assimilari deo tanq̄ vltimo fini ⁊ primo principio: sed hoies q̄ i ptātibus sunt ꝓpter similitudinē ptātis maxime videtur esse deo conformes: vnde in scriptura dij vocant. vt patet Exodi. 13°. Dūs non detrahes. g̃ in potestate beatitudo consistit. ¶ Preterea. btūdo est bonū perfectū: sed pfectissimuz est q̄ hō etiam aliquos cōgrue possit regere: qō conuenit his qui in ptātibus sunt cōstituti: ergo beatitudo cōsistit in ptāte. ¶ Preterea btūdo cū sit maxime appetibilis opponit ei qō maxime est fugiendum: sed hoies maxime fugiūt seruitutē cui ꝓponitur ptās. ergo in ptāte btūdo ꝓsistit. ¶ Sz cōtra. btūdo est perfectū bonū: sed ptās est maxime impfecta. vt ait dicit Boetius. 2°. de cōsola. ¶ Ptās humana sollicitudinez morsus expellere formidinū aculeos vitare nequit: ⁊ postea potentē censes cui satellites latus ambiunt: q̄ quos terret ipse plus metuit. nō igitur beatitudo consistit in ptāte. ¶ Rñ. dicendū q̄ impossibile est beatitudinē in ptāte cōsistere ꝓpter duo. Primo quidem: q̄ ptās habet rōnez principij. vt patet in. 5° metaphi. beatitudo aūt habet rōnē vltimi finis. Secūdo: q̄ ptās se habet ad bonū ⁊ ad malum. beatitudo aūt est ꝓprium ⁊ pfectum hois bonuz vnde magis posset cōsistere beatitudo aliqua in bono vsu ptātis qui est per virtutē: q̄ in ipsa ptāte. possunt aūt quattuor generales cause iduci ad ostendendum q̄ in nullo ꝑmissorꝝ exteriorꝝ bonorum beatitudo cōsistit: quarum prima est q̄ cum beatitudo sit summū hois bonū nō ꝓpatitur secū aliquod malum. oia autem predicta possunt inueniri ⁊ in bonis ⁊ in malis. Secūda ratio est: quia cum de rōne beatitudinis sit q̄ sit per se sufficiēs vt patet in primo ethi. hoc necesse est q̄ beatitudine adepta nullum bonum necessariuz homini desit. adeptis aūt singulis ꝑmissorꝝ possunt adhuc multa bona hoi necessaria deesse: puta sapientia sanitas corpis: ⁊ huiusmodi. Tertia quia cū beatitudo sit bonum perfectum ex beatitudine non pōt aliqō malum alicui ꝓuenire qō nō cōuenit ꝑmissis. dicitur Ecclesiastes. 5°. q̄ diuitie interduz cōseruantur in malum domini sui. ⁊ simile patet in alīs tribus. Quarta ratio est: q̄ ad beatitudinem homo ordinatur per principia interioza: cū ad ipsam naturaliter ordinetur. premissa autem quattuor bona magis sunt a causis exteriozibus ⁊ vt plurimū a fortuna: vnde ⁊ bona fortune dicuntur: vnde patet q̄ in ꝑmissis nullo mō beatitudo cōsistit. ¶ Ad primū ergo dicendū: q̄ diuina ptās est sua bonitas: vnde vti sua ptāte nō potest nisi bene: sed hoc in hoibus nō inuenitur: vnde nō sufficit ad beatitudinē q̄ homo assimiletur deo quantum ad ptātem nisi assimiletur ei quātū ad bonitatem. ¶ Ad scōm dicendū: q̄ sicut optimum est: q̄ aliquis vtatur bene ptāte in regimine multorꝝ: ita pessimū est si male vtatur: ⁊ ita ptās se habet ⁊ ad bonum ⁊ ad malum. ¶ Ad tertiuz dicendū: q̄ seruitus est impedimētum boni vsus ptātis: ⁊ ideo naturaliter hoies eaz fugiunt: ⁊ nō quasi in ptāte hois sit summū bonum.

℣ quintū sic pro

ceditur. videtur q̄ btūdo cōsistat in bonis corpis. dicit enī Ecclesiastici. xxx°. Non est census supra censum salutis corporis. sed in eo qō est optimū cōsistit beatitudo: ergo ꝓsistit in corpis salute. ¶ Preterea Dionysius dicit. 5°. ca°. de di. no. q̄ esse est melius q̄ viuere: ⁊ viuere q̄ alia que cōsequūtur. sed ad esse vl viuere hominis requiritur salus corpis: cum ergo btūdo sit summū bonū hominis: videtur q̄ salus corporis maxime pertineat ad beatitudinē ¶ Preterea quanto aliquid est communius tanto ab altiori principio dependet: quia quanto est superius tanto eius virtus ad plura se extendit sed sicut causalitas cause efficientis consideratur ſm influentiam: ita causalitas finis attenditur secundū appetitum. ergo sicut prima causa efficiēs est que in oia influit: ita vltimus finis est qō ab oibus desideratur: sed ipm esse est qō maxime desideratur ab oibus: ergo in his que ptinent ad esse hois sicut est salus corpis: maxime cōsistit beatitudo. ¶ Sed ꝓtra est q̄ ſm btūdinē hō excellit oia alia: sz ſm bona corpis a multis animalibus supatur sicut ab elephante in diuturnitate: a leone in fortitudine: a ceruo in cursu: ergo btūdo nō

cōsistit in bonis corpis. Rñ. dicendū q impossibile est beatitudinē hois in bonis corpis pstare, pter duo. Primo quidē: q impossibile est q illi⁹ rei que ordinatur ad aliud sicut ad finē vltim⁹ finis sit eiusdem cōseruatio in esse. vnde gubernator nō intendit sicut vltimū finem cōseruationē nauis sibi cōmisse: eo q nauis ad aliud ordinatur sicut in finem. s. ad nauigādū. sicut aūt nauis cōmittitur gubernatori ad dirigendū: ita hō est sue voluntati rōni cōmissus: fm illō qđ dicit Eccl. 15°. Deus ab initio cōstituit hoiem et reliquit eū in manu cōsilij sui. Manifestū est autē q hō ordinatur ad aliquid sicut ad finē. nō enim est summū bonum. vnde impossibile est q vltimus finis rōnis et voluntatis humane sit cōseruatio sui esse. Secundo quia dato q finis rationis et volūtatis humane esset cōseruatio humani esse: non tamen posset dici q finis hominis eēt aliquod corporis bonum. Esse enim hominis consistit in anima et i corpore: et quāuis esse corporis dependeat ab anima: esse tamen humane anime nō dependet a corpore. vt s̄ dictum est: ipsum q corp⁹ est ꝓpter animam sicut materia ꝓpter formam: et instrumenta ꝓpter motorem vt per ea suas actiones exerceat: vnde oia bona corpis ordinantur ad bona anime sicut ad finē: vnde impossibile est q in bonis corporis beatitudō consistat que est vltimus finis. Ad pmū ergo dicendum: q sicut corpus ordinatur ad animam sicut ad finem: ita bona exteriora ad ipsum corpus: et ideo rōnabiliter bonum corporis pfertur bonis exterioribus que per censum significantur sicut et bonum anime pfertur omnibus bonis corporis. Ad secundū dicendum q esse simpliciter acceptum secundū q includit in se omnem perfectionem essendi pre eminet vite et omnibus subsequentibus sic igitur ipsum esse prehabet in se omnia bona subsequentia: et hoc modo Dionysius loquitur: sed si consideretur prout participatur in hac re vel in illa que non capiunt totam perfectionem essendi: sed habent esse imperfectum sicut est esse cuiuslibet creature: manifestū est q ipsum esse cū perfectione superaddita est eminētius. vnde et Dionysius ibidem dicit q viuentia sunt meliora existentibus et intelligentia viuentibus. Ad tertiū dicendū q finis respondet principio ex illa rōne probatur q vltimus finis est primum principium essendi: in quo est omnis essendi pfectio: cuius similitudinem appetunt fm suam perfectionē: quedam quidem fm viuens et intelligens et beatū: et hoc paucorum est.

Sextum sic pro

cedit. Videtur q beatitudo hois in voluptate ꝓsistat. beatitudo enī cuius sit vltimus finis nō appetitur ꝓpter aliud: sed alia ꝓpter ipsam: sed hoc maxime ꝓuenit delectatiōi ridiculum est enī ab aliquo querere ꝓpter qđ velit delectari. vt dicit in. x°. ethi. ergo btitudo maxime in voluptate et delectatiōe cōsistit. Preterea cā prima vehemētius imprimit q secunda vt dicit in li°. de cāis. influentia autē finis attēdit fm eius appetitū: illud ergo videt habere rōnem finis vltimi qđ maxime mouet appetitū: hoc autem est voluptas cui⁹ signum est q delectatio intantum absorbet hois voluntatē et rōnem q alia bona cōtemnere facit: q videt q vltimus finis hominis qui est btitudo maxime in voluptate cōsistat. Preterea cum appetit⁹ sit boni illud qđ oia appetunt videt esse bonū optimū: sed delectatiōnē oia appetunt et sapientes et insipientes et etiā rōne carentia. ergo delectatio est optimū: consistit ergo in voluptate beatitudo que est summum bonum. Cōtra est qđ Boeti⁹ dicit in 3°. de cōsolatiōe. Tristes exitus esse voluptatū quisq̄s reminiscī libidinū suaꝝ volet intelliget: que si beatos efficere possent nihil esset ⁊pecudes quoq; esse beate dicant. Rndeo dicendū q q delectatiōes corpales plurib⁹ note sunt: assumpserūt sibi nomē voluptatum. vt dicit. 6°. ethi. in quibus tñ beatitudo ꝓncipaliter nō ꝓsistit: q in vnāq̄q re aliud est qđ ptinet ad cēntiam eius: aliud est ꝓprium accidens ipsi⁹: sicut in hoie: aliud est qđ est aīal rōnale mortale: aliud qđ est risibile. Est igit̄ ꝓsiderandū q ois delectatio est qđdam ꝓprium accidens qđ cōsequit beatitudinē vel aliquā btitudinis partē: ex hoc enī aliq̄s delectat: q habet bonum aliqđ sibi ꝓueniens: vel in re: vel in spe: vel saltē in memoria. bonū aūt ꝓsequens siquidē sit pfectum est ipsa hois beatitudo. si autē sit imperfectum: beatitudo est quedā participata vel ꝓpinqua vel remota vel saltē apparēs. vnde manifestum est q nec ipsa delectatio que sequit bonum pfectū est ipsa cēntia btitudinis: sed qđdam consequēs ad ipsam sicut p se accidēs. voluptas aūt corpalis non pōt etiam mō p dicto sequi bonū pfectum. nam sequit bonū qđ apphendit sensus q est virtus aīe corpe vtens. bonū autē qđ ptinet ad corpus qđ apphendit fm sensum nō pot esse perfectum hois bonū. cum enī aīa rōnalis excedat proportionē materie corpalis: pars aīe que est ab organo corporeo absolutā quandā habet infinitatem respectu ipsius corpis et partiū aīe corpi creatarū: sicut intuisibilia sunt quodāmō infinita respectu materialiū: eo q forma per materiā quodāmō ꝓhibit et finit: vñ forma a materia absoluta est quodāmō infinita: et iō sensus q est vis corpalis cognoscit singulare qđ est determinatū p māz intellect⁹ vero qui est vis a materia absoluta cognoscit vle qđ est abstractū a mā: et cōtinet sub se infinita singularia: vñ p3 per bonū ꝓuenīēs corpi qđ p apphēsionē sensus delectationē corpalē causat nō est pfectū bonū hois: sed est mimū qđdaz in cōpatiōe ad bonū aīe. vñ Sap. 7°. dicit. Qđ omne aurū in ꝓpatione sapientie arena est exigua. sic igit̄ neq; voluptas corpalis est ipsa btitudo: nec ē p se accīs btitudinis. Ad primū q dicendum q eiusdem rationis est q appetatur bonum et q appetat delectatio que nihil est aliud q quietatio appetitus in bono: sicut ex eadem virtute est

q̄ graue feratur deorsum ⁊ q̄ ibi quiescat. vnde sicut bonū per seipm appetitur: ita ⁊ delectatio ꝓpter se ⁊ nō ꝓpter aliud petitur: si li ꝓpter dicat cām finalē. si vero dicat cām formalē vel potius cām motiuā: sic delectatio est appetibilis ꝓpter aliud. i. ꝓpter bonū qđ est delectatiōis obiectum ⁊ per ꝓns est principiū eius ⁊ dat ei formam. ex hoc enī delectatio habet q̄ appetatur: q̄ est q̄dam in bono desiderato. ¶ Ad secūdū dicendū. q̄ vehemens appetitus delectatiōis sensibilis ꝓtingit ex hoc opatiōes sensuū: q̄ sunt principia nostre cognitiōis: sunt magis ꝓceptibiles. vñ etiā a pluribus delectatiōes sensibiles appetuntur. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ eo mō oēs appetunt delectationes sicut ⁊ appetūt bonū: ⁊ tamē delectationem appetunt rōne boni ⁊ nō ecōuerso: vt dictum est. vnde nō sequit q̄ delectatio sit maximū ⁊ per se bonū: sed q̄ vnaquęq; delectatio cōsequat aliqđ bonū: ⁊ aliqua delectatio cōsequatur id qđ est p se ⁊ maximum bonum.

❡ septimū sic pro

ceditur. Videtur q̄ beatitudo consistat in aliquo bono aie. btitudo enī est quoddā bonū. hoc aūt per tria dicit que sunt bona exteriora: bona corporis: ⁊ bona aie: sed beatitudo nō cōsistit in bonis exterioribꝰ neq; in bonis corpis sicut ꝫ oñsum est: ergo cōsistit in bonis aie. ¶ Preterea. illud cui appetimꝰ aliqđ bonū magis amamꝰ q̄ bonū qđ ei appetimus: sicut magis amamꝰ amicū cui appetimꝰ pecuniaꝫ q̄ pecuniā: sed vnusqsq; qđcūq; bonū sibi appetit amat: ꝯ seipm amat magis q̄ oia alia bona: ſz btitudo ē qđ maxime amatur: qđ pz ex hoc q̄ ꝓpter ipsam oia amātur ⁊ desiderātur. ꝯ btitudo ꝓsistit in aliquo bono ipsiꝰ hois sed non in bonis corporis: ergo in bonis anime. ¶ Preterea perfectio est aliqđ eius qđ perficit: sed beatitudo est quedā pfectio hois: ꝯ btitudo est aliqđ hois. sed nō est aliqđ corpis vt oñsum est: ergo beatitudo est aliqđ aie: ⁊ ita ꝓsistit in bonis aie. ¶ Sed ꝫ. est sicut dicit Augꝰ. in li. de doct. xp̄iana. Id in q̄ cōstituit beata vita ꝓpter se diligendū est. sed hō ñ est ꝓpter seipm diligendus: sed qđđ est i hoie est diligendū ꝓpter deū. ꝯ in nullo bono aie btitudo cōsistit. ¶ Rñ. dō. q̄ sicut ꝫ dcm est finis duplicit dicit. s. ipsa res quā adipisci desideramꝰ: ⁊ vsus seu adeptio vel possessio illius rei. si ergo loquamur de vltimo fine hois q̄tū ad ipsam rem quaz appetimꝰ sicut vltimū finē: impossibile est q̄ vltimꝰ finis hois sit ipsa aia vel aliquid ei. ipsa enim aia in se ꝓsiderata est vt in potentia exns. fit enīz de potentia sciente actu sciens: ⁊ de potētia virtuosa actu virtuosa. cū aūt potētia sit ꝓpt actuz sicut ꝓpter ꝓplementū: impossibile est q̄ id qđ ē fm se in potentia existens habeat rōnez vltimi finis suiipsius: similiter etiā neq; eius aliqđ siue sit potentia siue actus siue habitus. bonū enī qđ est vltimus finis est bonū perfectū ꝓplens bonū appetitum. appetitus aūt hūanus qui est voluntas est boni vniuersalis: qđlibet bonū aūt inherens ipsi aie est bonū participatū ⁊ per ꝓns particulatū. vnde impossibile est q̄ aliqđ corꝓ sit vltimus finis boni. Sed si loquamur de vltimo fine hois q̄tum ad ipsam adeptionē vel possessionē seu quēcunq; vsum ipsius rei que appetit vt finis sic ad vltimū finem ptinet aliqđ hois ex pte aie: q̄ hō ꝓ aniā beatitudinē ꝓsequit: res ergo ipsa que appetitur vt finis est id in quo beatitudo cōsistit ⁊ qđ beatū facit: sed huiusmodi adeptio vocatur beatitudo. vnde dō est q̄ beatitudo est aliquid extra aiam. ¶ Ad primū ergo dicendum q̄ fm q̄ sub illa diuisiōe ꝓhendūtur oia bona que oia sunt hoi appetibilia sic bonū anime dicit nō solū potētia aut habitus aut actus: sed ⁊ obiectū qđ est extrinsecū ⁊ hoc mō nihil ꝓhibet dicere id in quo beatitudo cōsistit esse qđa bonū anime. ¶ Ad scdm dicēdū. quātum ad ꝓpositum ptinet q̄ btitudo maxime amatur tanq̄ bonū cōcupitū amicus aūt amat tanq̄ id cui ꝓcupiscit bonum: ⁊ sic homo amat seipm: vnde nō est eadem rō amoris vtrobiq;. vtꝫ aūt amore amicitie aliqđ hō supra se amet: erit locus ꝓsiderādi cum de caritate agetur. ¶ Ad tertiū dō. q̄ beatitudo ipsa cum sit pfectio anime est quoddā anime bonū inherens sed id in quo beatitudo cōsistit: qđ. s. beatuz facit est aliquid extra aiam: vt dictum est.

❡ octauuz sic pro

ceditur. Videtur q̄ beatitudo hominis ꝓsistat in aliquo bono creato. dicit enī Dionysius. 4°. ca°. de di. no. q̄ diuina sapientia ꝓiungit fines ꝓmoz ꝓncipijs secūdoz: ex quo pōt accipi q̄ sūmū inferioris nature sit attingere infimū nature supioris: sed sūmū hois bonū est btitudo: cuz ergo angelus nature ordine sit supra hoiem. vt in p°. habitum est: videt q̄ btitudo hois ꝓsistat in hoc q̄ aliquo mō attingit ad angelum. ¶ Preterea vltimꝰ finis cuiuslibet rei est in suo pfecto. vñ pars est ꝓpter totū sicut ꝓpter finem: sed tota vniuersitas creaturarū que dicitur maioz mūdus ꝓparat ad hoiem: qui in 3°. physicoz dicit minoz mūdus: sicut pfectū ad impfectū ergo btitudo hois cōsistit in tota vniuersitate creaturarū. ¶ Preterea per hoc homo efficit beatus q̄ eius naturale desiderium quietat ⁊ desiderium hois nō extendit ad maius bonū q̄ ipse capere pōt: cum ergo hō nō sit cāpax boni qđ excedit limites totius creature: videt q̄ per aliqđ bonū creatū hō beatus fieri possit. ⁊ ita btitudo hominis in aliquo bono creato ꝓsistit. ¶ Sed ꝫtra est qđ Augꝰ dicit. xix°. de ciui. dei. Ut vita carnis aia est: ita beata vita hois deus est. de quo dicit. Beatus populꝰ cuius dñs deus est. Rñdeo dicēdum q̄ impossibile est btitudinē hois esse in aliq̄ bono creato. beatitudo enī est bonū pfectū qđ taliter quietat appetitū: alioq̄n nō esset vltimꝰ finis si adhuc restaret aliquid appetendū. obiectū aūt volūtatis que est appetitus humanus est vniuersale bonū: sicut obiectum intellectꝰ est vniuer-

sale verum: ex quo patet q̄ nihil pōt quietare voluntatē hois nisi bonū vniuersale: qđ nō inuenit in aliquo creato: sed solū in deo: q̄ ois creatura hz bonitatē participatā. vnde solus deus voluntatem hois implere pōt fm q̄ dicit in ps. Qui replet in bonis desideriū ꝛc. in solo igit deo beatitudo hois cōsistit. ¶ Ad p̄imū ergo dicendum: q̄ superius hois attingit quidē infimū āgelice nature per quādam similitudinē: nō tamē ibi sistit sicut in vltimo fine: sed ꝓcedit vsq; ad ipsum vniuersalem fontez boni: qui est vniuersale subiectū beatitudinis oīum bonoꝝ tanq̄ infinitū ⁊ perfectum bonū existens. ¶ Ad secundū dicendū q̄ si totū aliquod nō sit vltimus finis ptis non est ipm totum: sed aliquid aliud. vniuersitas aūt creaturarū ad quā compatur homo vt pars ad totum non est vltim⁹ finis: sed ordinatur in deū sicut in vltimū finem. vnde bonū vniuersi non est vltim⁹ finis: sed ipse deus. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ bonū creatum non est minus q̄ bonum cuius est homo capax vt rei intrinsece ⁊ inherentis: est tamē minus q̄ bonū cuius est capax vt obiecti qđ est infinitum. bonū aūt qđ participat ab angelo ⁊ a toto vniuerso est bonū finitū ⁊ ptractū. Qō tertia

Eunde consi

derandū est quid sit beatitudo: ⁊ que requirant ad ipsam. ¶ Circa p̄imū quer̄itur. 8°. ¶ P̄imo vtrum beatitudo sit aliquid increatum. Secūdo si est aliq̄d creatū: vtrum sit opatio. Tertio vtr̄ sit opatio sensitiue partis an intellectiue tm̄. Quarto si est opatio intellectiue partis vtr̄ sit opatio intellect⁹ an volūtatis. Quinto si ē opatio speculatiui intellect⁹ aut p̄actici. Sexto si est opatio intellect⁹ speculatiui: vtrū cōsistat in speculatione scīaꝝ speculatiuarū. Septimo vtr̄ cōsistat in speculatione sbaꝝ sepataꝝ. s. angeloꝝ. Octauo vtrum in sola speculatiōe dei qua p ēntiam videtur.

d

¶ primum sic p2o

ceditur. Videt q̄ btitudo sit aliq̄d increatū. dicit enī Boeti⁹ in tertio de cōsolat. deum ipsam beatitudinē necesse cōfiteri. ¶ P̄eterea. beatitudo est sūmū bonū sz ee sūmū bonū cōuenit deo: cū g̃ non sint plura sūma bona: videt q̄ beatitudo sit idē qđ de⁹. ¶ P̄eterea. beatitudo est vltimus finis in quē naturaliter hūana volūtas tanq̄ in finē tendit: sed in nullum aliud voluntas tanq̄ in finē tendere debet nisi in deum quo solo fruendū est. vt Aug⁹ dicit: g̃ btitudo est idē qđ deus. ¶ Sed cōtra. nullū factuz est increatū aliquid: sed btitudo hois est aliq̄d factū q̄ fm Aug. p̄mo de doctrina x̄piana: illis rebus fruendū est que nos beatos faciunt. ergo btitudo nō est aliq̄d increatū. ¶ Rñdeo dicēdū q̄ sicut ꝫ dictū est: finis dicit dupliciter. Uno mō ipsa res quā cupimus adipisci: sicut auaro est finis pecunia. Alio mō ipsa adeptio vel possessio seu vsus aut fruitio eius rei que desiderat: sicut si dicat q̄ possessio pecunie ē finis auari: ⁊ fruire voluptuosa est finis intēperati. ¶ P̄imo ergo mō vltim⁹ hominis finis est bonū increatū. s. deus qui sol⁹ sua infinita bonitate pōt volūtatē hois pfecte implere. Sc̄o aūt mō vltimus finis hois est creatū aliq̄d in ipso existēs quod nihil est aliud q̄ adeptio vel fixio finis vltimi. vltimus aūt vocat btitudo. si g̃ btitudo hois ꝓsideret quātū ad cām vel obiectū sic est aliquid increatū. si aūt ꝓsideret quātum ad ipsam ēntiam btitudinis sic est aliq̄d creatum. ¶ Ad p̄mū g̃ dō q̄ deus est btitudo per ēntiā suam. nō enī per adeptionē aut ptic̄patiōez alicui⁹ alteri⁹ btūs est: sz per ēntiā suaz. ¶ Hoies aūt sūt beati: sicut ibidē dicit Boetius: per participatiōnē: sicut ⁊ dō p participationē dicūt. ipsa aūt ptic̄patio btitudinis fm quā hō dicit btūs aliquid creatum est. ¶ Ad sc̄m dō: q̄ btitudo dicit esse summū hois bonū: q̄ est adeptio vel fruitio summi boni. ¶ Ad tertiū dō. q̄ btitudo dicit vltim⁹ finis per modum quo adeptio finis dicit finis.

¶ secundū sic p2o

ceditur. Videt q̄ btitudo nō sit opatio dicit enī ap̄lus. Ro. 6. Habetis fructū vestrū in sanctificatiōe: finē vero vitā eternā: sed vita nō est opatio: sed est ipm esse viuentiū: g̃ vltimus finis qui est btitudo nō est opatio. ¶ P̄eterea. Boetius dicit in tertio de consola. q̄ beatitudo est status oīum bonorum cōgregatione perfectus: sed status nō notat opationez: ergo beatitudo nō est operatio. ¶ P̄eterea. beatitudo significat aliq̄d in bono existens cuz sit vltima pfectio hominis: sed opatio nō significat vt aliquid existens in operante: sed magis vt ab ipso ꝓcedens: ergo beatitudo nō est operatio. ¶ P̄eterea btitudo pmanet in beato. operatio aūt non permanet sed transit: ergo beatitudo non est operatio. ¶ P̄eterea vnius hois est vna beatitudo. opationes aūt sunt multe: ergo beatitudo nō est operatio. ¶ P̄eterea. beatitudo inest beato absq; interruptiōe: sed opatio humana frequēter interrūpitur: puta somno vel aliqua alia occupatiōe vel quiete: ergo beatitudo non est operatio. ¶ Sed cōtra est qđ ph̄us dicit in p̄mo ethicoꝝ: q̄ felicitas est opatio fm virtutē perfectaz. ¶ Rñdeo dicendū q̄ fm q̄ btitudo hois est aliq̄d creatuz in ipso exīs necesse ē dicere q̄ btitudo hois sit opatio. est enī btitudo vltima hois pfectio. vnūq̄q; enī intantū pfectū est inquātum est actu. nā potentia sine actu imperfecta est. oz ergo btitudinez in vltimo actu hois ꝓsistere. manifestū est aūt q̄ opatio est vltim⁹ act⁹ opantis. vñ ⁊ act⁹ secūd⁹ a ph̄o notat in 2° de aia. nā hīs formā pōt esse in potentia opans: sicut scīēs est in potētia ꝓsiderās: ide ē q̄ in alīs reb⁹ res vnaquęq; dicit cē p p suā operationē: vt dī in 2° de celo. necesse ē g̃ btitudinē hois opationē cē. ¶ Ad p̄m g̃ dō: q̄ vita dicit duplici-

ter. Uno mō ipm esse viuētis ⁊ sic btitudo nō est vita. oīsum est enī q esse vni⁹ hois qualecūq; sit nō est hominis btitudo. solius enī dei btitudo ē suū ee. Alio modo dicit vita ipsa opatio viuētis fm quā pncipiū vite in actu reducit. ⁊ sic noiamus vitā actuā vel ptēplatiuā vel voluptuosam ⁊ hoc modo vita eterna dicitur vltimus finis: qō patet per hoc qō dicit Joh. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscant te deum verū viuū. ¶ Ad scōz dicendū q Boeti⁹ diffiniendo btitudinē cōsideraūit ipam coez btitudinis rōnē. Est enī cōis beatitudinis ratio q sit bonū cōe pfectū: ⁊ hoc significauit cum dixit: q est status oīum bono⁹ ꝓgregatione pfectus. per qō nihil aliud significat nisi q beatus est in statu boni perfecti. Sed Aristoteles expressit ipsam cēntiam beatitudinis ostēdēs per quid homo sit in huiusmodi statu: qz per opationē quādam. ⁊ ideo in ꝓmo ethicoz ipse etiaz ostendit q beatitudo est bonū pfectū. ¶ Ad tertiū dicendū: q sicut dicit i nono metaph. duplex est actio. vna que ꝓcedit ab operāte in exteriorē materiā: sicut vrere ⁊ seccare: ⁊ talis operatio ñ pōt esse beatitudo. nā talis opatio nō est actio ⁊ perfectio agentis: sed magis patiētis: vt ibidem dicitur. Alia est actio manēs in ipso agēte: vt sentire itelligere ⁊ velle huiusmodi actio est pfectio ⁊ actus agentis: ⁊ talis opatio pōt esse btitudo. ¶ Ad quartū dicendū: q cū beatitudo dicat quādam vltimā perfectionē fm q diuerse res beatitudinis capaces ad diuersos gradus perfectiōis ptingere pnt: fm hoc necesse ē q diuersimode btitudo dicatur. nā in deo est btitudo per cēntiam qz ipsum esse eius est operatio eius: qz nō fruitur alio sed seipso. in angelis aūt beatitudo est vltia perfectio fm aliquā operationē qua cōiungit bono increato: ⁊ hec operatio est in eis vnica ⁊ sempiterna. in hoibus aūt fm statū pntis vite est vltima perfectio fm operationē qua homo cōiūgit deo: sed hec operatio nec ptinua pōt esse: ⁊ p consequens nec vnica est: qz operatio iterscissiōe multiplicatur: ⁊ ꝓpter hoc in statu pntis vite perfecta beatitudo ab hoīe haberi non pōt. vñ phs in ꝓmo ethicoz ponēs beatitudinē hominis in hac vita: dicit eam imperfectā post multa ꝓcludens. Beatos aūt dicim⁹ vt homines: sed ꝓmittit nobis a deo beatitudo perfecta qñ erimus sicut angeli in celo: sicut dicitur Matth. xxij. quātum ergo ad illā beatitudinē pfectā cessat obiectio: qz vera ⁊ cōtinua ⁊ sempiterna operatione in illo btitudinis statu mens hominis deo cōiungit: sed in pntī vita quātū deficimus ab vnitate ⁊ cōtinuitate talis opationis: tantū deficimus a btitudinis perfectione. est tn aliqua participatio beatitudinis. ⁊ quāto opatio pōt esse magis cōtinua ⁊ vna tāto plus habet rōnē beatitudinis: ⁊ ideo in actiua vita que circa multa occupat est min⁹ de rōne beatitudinis q in vita cōtemplatiua que versatur circa vnum. i. circa veritatis cōtemplationē: ⁊ si aliquādo homo actu non operet huiusmodi operationē tn qz in ꝓmptu habet eā semp pōt operari: ⁊ qz etiā ipsam cessationē puta somni vel occupationis alicui⁹ naturalis ad opationem predictā ordinat quasi videt opatio ꝓtinua esse. Et per hoc patet solutio ad qntū ⁊ ad sextū.

D tertium sic pro

ceditur. Uidetur q beatitudo cōsistat etiā in operatione sensus. nulla enī operatio inuenitur in hoīe nobilioz operatione sensitiua nisi intellectiua: sed operatio intellectiua dependet in nobis ab operatione sensitiua: qz nō possum⁹ intelligere sine fantasmate: vt dicitur in tertio de aīa: ergo beatitudo cōsistit etiam in operatione sensitiua. ¶ Preterea. Boetius dicit in tertio de cōsolatiōe q beatitudo est status oīum bono⁹ ꝓgregatione pfect⁹: sed quedam bona sunt sensitiua que attingimus per sensus opationē: ergo videt q opatio sensus requiratur ad beatitudinē. ¶ Preterea. Beatitudo ē bonū perfectū: vt ꝓbatur in ꝓmo ethicoz: qō ñ esset nisi homo pficeretur per ipsam fm oēs ptes suas sed per opatiōes sensitiuas quedā ptes aie pficiūtur: ergo opatio sensitiua requirit ad beatitudinē. ¶ Sed cōtra. In opatione sensitiua communicāt nobis bruta aīalia: nō aūt in beatitudine ergo beatitudo nō cōsistit in opatione sensitiua. ¶ Rñdeo dicendū: q ad beatitudinē pōt aliqd ptinere tripliciter. vno modo cēntialiter. alio mō antecedenter. tertio mō cōsequenter. Essentialit quidem nō pōt ptinere sensus ad beatitudinē. nā beatitudo hominis cōsistit cēntialiter in cōiūctione ipsius ad bonū increatū qō est vltim⁹ finis: vt supra ostensum est: cui homo cōiungi nō pōt per sensus opationē. Similiter etiā qz sicut ostensum est in corpalib⁹ bonis beatitudo hois nō cōsistit que tn sola per sensus opationē attingimus. pnt aūt opationes sensus ptinere ad beatitudinē añcedenter ⁊ psequēter. antecedēter quidē fm beatitudinē imperfectā: qualis in pntī vita haberi pōt. nā opatio intellect⁹ exigit opationē sensus. cōsequēter aūt in illa pfecta btitudine q expectat aie vt Aug⁹. dicit in epla ad dioscoz: fiet qdā refluētia in corpe ⁊ in sensus corporeos vt in suis opationib⁹ pficiant vt infra magis patebit cū de resurrectione agef. nō aūt tūc opatio qua mēs hūana deo ꝓiūgit a sensu dependebit. ¶ Ad pmū ergo dō. q obiectio illa ꝓbat q opatio sensus req̄rit antecedēter ad beatitudinē imperfectam q̄lis in hac vita haberi pōt. ¶ Ad secūdū dicēdū q btitudo pfecta qualē agēli hñt: hz cōgregationē omniū bonoz p cōiunctionē ad vniuersalē fontē totius boni: nō q indigeat singulis particularib⁹ bonis: sed in hac btitudine imperfecta requirit cōgregatio bonoz sufficiētiū ad pfectissimā opationē huius vite. ¶ Ad tertiū dō. q in pfecta btitudine pficitur totus hō: sed in inferiori parte per redūdātiā a superiori. in btitudine aūt ipfecta pntis vite ecōuerso a pfectiōe inferioris ptis ꝓceditur ad perfectionem superioris.

¶ quartum sic pro

ceditur. Videt q̄ bītudo cōsistat in actu volūtatis. Dicit. n. Aug. xix. de ciui. dei: q̄ bītudo hois i pace cōsistit. vñ in ps. Qui posuit fines tuos pacē. sz pax ad volūtatez pertinet: ergo bītudo hominis in volūtate consistit. ¶ Preterea bītudo est sūmū bonū: sz bonū est obiectū volūtatis: ergo bītudo in volūtatis opatiōe ꝓsistit. ¶ Preterea p̄mo mouenti rñ det vltim⁹ finis: sicut vltim⁹ finis totius exercitus est victoria que est finis ducis qui oēs mouet sed primū mouens ad operandum est voluntas quia mouet alias vires: vt. j. dicetur: ergo bītudo ad volūtatē ptinet. ¶ Preterea si bītudo est aliqua opatio oz q̄ sit nobilissima opatio hois sz nobilioz est dei dilectio que est actus volūtatis q̄ cognitio q̄ est opatio intellectus vt pz per apostolum p̄ma ad corinth. xiij. g̃ videt q̄ bītudo consistat in actu volūtatis. ¶ Preterea Aug⁹. dicit in. xiij. de trini. q̄ btūs est qui hz oia que vult z nihil vult male. z post pauca subdit: z appropinq̄t beatitudo que bene vult qđcūq; vult: bona enim beatū faciūt quoz̄ bonoz̄ iā hz ad ipam. s. bonā voluntatē: g̃ beatitudo in actu volūtatis cōsistit. ¶ Sed cōtra est qđ dñs dicit Joānis. xvij⁰. Hec est vita eterna vt cognoscāt te deū verū vnū vita autē eterna est vltim⁹ finis: vt dictū est: ergo beatitudo hois in cognitione dei cōsistit que ē actus intellectus. ¶ Rñdeo dicēdū q̄ ad beatitudinem sicut supra dictū est: duo requirūtur: vnum qđ est cē beatitudinis: aliud quod ē quasi p se accidēs eius. s. delectatio ei adiuncta. Dico ergo q̄ quātū ad id qđ est essentialiter ipsa beatitudo: impossibile est q̄ cōsistat in actu voluntatis. Manifestū est enī ex p̄missis q̄ beatitudo est cōsecutio finis vltimi. cōsecutio autē finis nō cōsistit in ipo actu voluntatis: voluntas autē fertur in finē z absentē cū ipsū desiderat: z pñtem cū in ipso requiescens delectatur: manifestū est autē q̄ ipsū desiderium finis nō est cōsecutio finis: sed est motus ad finē. delectatio autē aduenit voluntati ex hoc q̄ finis est pñs: nō aūt ecōuerso: ex hoc aliqđ fit pñs q: voluntas delectatur in ipo: oz igit aliquid aliud esse q̄ actū volūtatis p quod fit finis ipe pñs volūtati: z hoc manifeste apparet circa fines sensibiles: si enī cōsequi pecuniā esset p actū volūtatis: statim a p̄ncipio cupidus cōsecutus esset pecuniam qñ vult eā habere: sed a p̄ncipio quidem est abñs ei: cōsequitur aūt ipam p hoc q̄ manu ipsam apphendit vel aliquo hmōi: z tūc iā delectatur in pecunia habita: sic igit z circa intelligibilē finē cōtingit: nā a p̄ncipio volumus cōsequi finē intelligibilē: cōsequimur aūt ipm p hoc q̄ fit pñs nobis per actū intellectus: z tūc volūtas delectata cōquiescit in fine iā adepto: sic igit essētia beatitudinis in actu intellectus cōsistit: sed ad volūtatem pertinet delectatio beatitudinē cōsequens fm q̄ Aug⁹. dicit. x⁰. cōfes. q̄ beatitudo est gaudium de veritate: quia. s. ipm gaudiū est cōsumatio beatitudinis. ¶ Ad p̄mū ergo dicendū q̄ pax pertinet ad vltimū hominis finē nō quasi essētialiter sit ipsa beatitudo: sed qz antecedenter z cōsequenter hz se ad ipsaz: añcedenī quidē inquātū iam sūt remota oia pturbātia z ipedientia ab vltimo fine: cōsequēter vero inquātū iā homo adepto vltimo fine remanet pacat⁹ desiderio quietato. ¶ Ad secūdū dicēdū q̄ p̄mū obm voluntatis nō ē act⁹ ei⁹: sicut nec p̄mū obiectū visus ē visio: sed visibile. vñ ex hoc ipso q̄ beatitudo ptinet ad volūtatē tanq̄ p̄mū obiectū eius: sequit q̄ nō ptineat ad ipaz tanq̄ actus ipius. ¶ Ad tertium dō q̄ finē p̄mo apphendit intellectus q̄ volūtas: tñ motus ad finē incipit in voluntate: z ideo voluntati debet id qđ vltimo cōsequit cōsecutionē finis. s. delectatio vel fruitio. ¶ Ad quartum dicēdum q̄ dilectio pertinet cognitioni i mouendo: sed cognitio p̄uia est dilectioni in attingendo: nō enī diligitur nisi cognitū: vt dicit Aug⁹. in x⁰. de tri. z ideo intelligibilē finē p̄mo attingim⁹ per actionē intellectus: sicut z finē sensibilē p̄mo attingim⁹ p actionē sensus. ¶ Ad quītū dō. q̄ ille qui habet oia que vult ex hoc est beat⁹ q̄ habet ea que vult: qđ qdez est p aliud q̄ per actuz volūtatis: sed nihil male velle requirit ad beatitudinē sicut quedā debita dispositio ad ipsaz: voluntas aūt bona ponitur i numero bonoz̄ que beatū faciūt p̄out est inclinatio quedā in ipa sic motus reducitur ad genus sui termini: vt alteratio ad qualitatem.

¶ quintum sic pro

ceditur. Videtur q̄ beatitudo cōsistat in operatione intellectus p̄actici: finis aūt vltimus cuiuslibet creature cōsistit in assimilatione ad deū: sed homo magis assimilatur deo per intellectuz p̄acticū qui est cā rerum itellectarum q̄ per intellectū speculatiuū cuius sciētia accipitur a reb⁹: ergo beatitudo hominis magis cōsistit in operatōe intellectus p̄actici q̄ speculatiui. ¶ Preterea beatitudo est perfectuz bonū hominis: sed itellectus p̄acticus magis ordinatur ad bonū q̄ speculatiuus qui ordinatur ad verū: vnde z fm perfectionem p̄actici intellectus dicimur boni: non autem fm perfectionem speculatiui intellectus: sed fm eam dicimur scientes vl intelligentes: ergo beatitudo hominis magis cōsistit in actu intellectus p̄actici q̄ speculatiui. ¶ Preterea beatitudo est quoddaz bonū ipius hominis: sed speculatiuus intellectus occupatur magis circa ea que sunt extra hoīem: p̄actic⁹ aūt itellect⁹ occupat circa ea q̄ sūt ipsi⁹ hois scilicz circa operationes z passiones eius: ergo beatitudo hominis magis cōsistit in operatione intellectus p̄actici q̄ intellectus speculatiui. ¶ Sed contra est quod Aug⁹. dicit in p̄imo de trini. q̄ contemplatio p̄omittitur nobis actionum omniū finis cum eterna perfectione gaudioruz. ¶ Rēspōdeo dicendum q̄ beatitudo magis consistit in operatione speculatiui itellectus q̄ p̄actici: quod patz

ex tribus. Primo quidem ex hoc q̄ si beatitudo hois est operatio oz q̄ sit optima operatio hois optima aūt opatio hois est que est optime potentie respectu optimi obiecti. optima aūt potētia ē intellectus cuius obiectū optimū est bonū diuinū qđ quidem nō est obiectum practici intellect⁹ sed speculatiui: vñ in tali opatiōe. s. in cōtemplatiōe diuinoz maxime cōsistit btitudo: ⁊ qz vnusq̄sq; videt esse id qđ est optimū in eo. vt dicit in. 9°. ⁊ x. ethicoz. ideo talis operatio est maxime ꝓpria hoi ⁊ maxime delectabilis. Scđo apparet idem ex hoc q̄ ptēplatio maxime querit ꝓpter seipsaz actus aūt intellectus practici nō querit ꝓpter seipsum sed ꝓpter actiōem. ipse aūt actiōes ordinātur ad aliquē finē: vnde manifestū est q̄ vltim⁹ finis nō pōt cōsistere in vita actiua que ptinet ad intellectum practicū. Tertio idem apparet ex hoc q̄ in vita cōtemplatiua hō cōicat cum superioribus. s. cum deo ⁊ angelis quibus per similitudinē assimilatur: sed in his que ptinent ad vitā actiuā ctiā alia aīalia cū hoie aliqualiter cōmunicāt: licz impfecte: ⁊ ideo vltima ⁊ pfecta beatitudo q̄ expectatur in futura vita tota principaliter cōsistit in cōtemplatiōe: secundario in opatione practici intellect⁹ ordinātis actiōes ⁊ passiōes humanas vt dicit in x° ethicoz. ¶ Ad primū ergo dđ q̄ similitudo predicta intellectus practici ad deuz est fm ꝓportionalitatē: qz. s. habet se ad suū cognitū sicut deus ad suum: sed assimilatio intellect⁹ speculatiui ad deum est fm vnionē vel informatiōez que est multo maioz assimilatio: ⁊ tñ dici potest q̄ respectu principalis cogniti qđ est sua ēntia ñ habet deus practicā cognitiōem sed speculatiuā tm. ¶ Ad tertiū dicēdum. q̄ intellect⁹ practicus habet bonū qđ est extra ipsum: sed intellect⁹ speculatiu⁹ habet bonū in seipso. s. cōtemplationem veritatis: ⁊ si illud bonū sit perfectū: ex eo totius hō pficitur ⁊ fit bonus: qđ quidē intellect⁹ practicus nō habet: sed illud ordinat. ¶ Ad tertiū dicēdum q̄ rō illa ꝓcederet si ipsemet homo esset vltimus finis. tunc enī cōsideratio ⁊ ordinatio actuum ⁊ passionū eius esset beatitudo: sed qz vltim⁹ hois finis est aliud bonum extrinsecū. s. deus ad quem per opationē intellectus speculatiui attingimus: ideo magis beatitudo hois in pfectiōe intellectus speculatiui cōsistit q̄ in operatione intellectus practici.

❧ sextum sic ꝓcēditur.

Videtur q̄ beatitudo hominis cōsistat in cōsideratione scientiarum speculatiuarum. phs enī dicit in li. ethicoz q̄ felicitas est operatio fm perfectā virtutē: ⁊ distingueus virtutes nō ponit speculatiuas virtutes nisi tres: sciam sapiētiā ⁊ intellectū que oēs ptinent ad cōsideratiōem sciaz speculatiuaz: ꝯ vltima hois beatitudo in cōsideratiōe sciaz speculatiuaz consistit. ¶ Preterea illud videt ee vltima hois beatitudo qđ naturaliter desideraf ab oibus ꝓpter seipsum: sed huiusmodi est cōsideratio speculatiuarum sciarum. qz vt dicitur in ꝓmo metaph̄. oēs hoies natura scire desiderāt ⁊ post pauca subdit q̄ speculatiue sciētie ꝓpter seipsas queruntur. ergo in cōsideratiōe sciarū speculatiuaruz cōsistit beatitudo. ¶ Preterea beatitudo est vltima hois pfectio. vnūqđq; aūt pficitur fm q̄ reducitur in actū per cōsideratiōem sciaz speculatiuarum: ergo videt q̄ in huiusmodi cōsideratione vltima hois beatitudo consistat. ¶ Sed cōtra est qđ dicit Hiere. 9°. Nō gloriet sapiens in sapiētia sua. ⁊ loquitur de sciētia speculatiuaruz sciētiarū: nō ergo cōsistit in harū cōsideratiōe vltima hois beatitudo. ¶ Rñdeo dicendū q̄ sicut supra dictum est: duplex est hois beatitudo: vna pfecta: ⁊ alia impfecta. Oportet aūt intelligere pfectā beatitudinē que attingit ad verā beatitudinis rōnem. beatitudinē aūt impfectā que nō attingit sed participat quādā particularē beatitudinis similitudinē sicut est pfecta prudentia in hoie apō quē est rō rerū agibiliū. Impfecta aūt prudentia est in quibusdā aīalib⁹ brutis in quib⁹ sunt quidā particulares instinctus ad quedā opera similia operibus prudentie. Perfecta igit beatitudo in cōsideratiōe sciarum speculatiuaz ēntialiter cōsistere nō pōt. Ad cuius euidētiam cōsiderandū est q̄ cōsideratio speculatiue scientie nō se extēdit vltra veritatē ꝓncipioz illi⁹ sciētie. qz in ꝓncipijs sciētie virtualiter tota sciētia ptinet. Prima aūt ꝓncipia sciaz speculatiuarū sunt per sensuz accepta: vt patet per phm in ꝓncipio metaph̄. ⁊ in fine posterioz. Ex tota cōsideratio sciaz speculatiuarū non pōt vltra extendi q̄ sensibiliū cognitio ducere pōt. In cognitiōe aūt sensibiliū nō pōt consistere vltima hominis beatitudo: que est vltima eius perfectio. nō enim aliquid perficitur aliquo inferiori nisi fm q̄ in inferiori est aliqua participatio superioris. Manifestū est aūt q̄ forma lapidis vel cuiuslibet rei sensibilis est inferior homine. vnde per formā lapidis nō pficitur intellectus inquātū est talis forma: sed inquātū in ea participatur aliquid simile alicui qđ est supra intellectū humanū. s. lumē intelligibile vel aliquid huiusmodi. Omne autē qđ est per aliud reducit ad id quod est per se. vnde oportet q̄ vltima perfectio hois sit per cognitionē alicuius rei que sit supra intellectū humanū. Ostensum est aūt q̄ p sensibilia nō pōt deueniri in cognitionē substātiaruz separatarum que sunt supra intellectū humanuz vnde relinquit q̄ hois vltima beatitudo nō possit esse in cōsideratiōe speculatiuarū sciarum: sed sicut in formis sensibilib⁹ participat aliqua similitudo sbārū supioz: ita ꝑsideratio sciaz speculatiuarū est qdā participatio vere ⁊ pfecte btitudinis ¶ Ad ꝑm ꝯ dicendū q̄ phs loquitur in li° ethicoz de felicitate ꝑfecta qlr in hac vita haberi pōt: vt. s. dictū est. ¶ Ad secūduz dđm q̄ naturaliter desiderat non solū pfecta btitudo: sed ēt qlīscūq; similitudo: vel pticipatio ipsius. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ p cōsiderationē sciaz speculatiuaz reducit intellectus noster aliquo° in actū: non autē

in vltimum ⁊ completum.

Ad septimū sic pro

ceditur. Videtur q̄ beatitudo hominis cōsistat in cognitiōe substantiaruꝫ se paratarū. i. angelorū. Dicit enim gregorius in quadam homel. Nihil pdest interesse festis hominū si nō cōtingat interesse festis angelorū. p qō finalē beatitudinē designat: sed festis angelorū interesse possumus per cor̄ ptēplationē: ḡ videt q̄ in cōtēplatiōe angelorū vltima hois beatitudo cōsistat. ¶ Preterea vltima perfectio vnuscuiusq; rei est vt cōiungat suo p̄ncipio: vñ ⁊ circulus dicit eē figura perfecta: quia habet idē p̄ncipiū ⁊ finez: sz p̄ncipiū cognitōis humane est ab ipsis angelis: per quos hoīes illuminant: ut dicit dionysius. 4°. ca. de celesti hierar. ḡ pfectio humani intellect⁹ est in ptēplatiōe angelorū. ¶ Preterea vnaquęq; natura perfecta est qñ p̄iūgit superiori nature: sicut vltima pfectio corporis ē vt p̄iūgatur nature spirituali: sed supra intellectū humanū ordine nature sunt angeli: ḡ vltima pfectio humani intellect⁹ est ut p̄iūgat per ptēplationē ipsis angelis. ¶ Sed cōtra est hoc qō dicit hiere. 9. In hoc glorietur qui gl̄iatur scire ⁊ noscere me. ḡ vltima hominis gloria vel beatitudo non consistit nisi in cognitione dei. ¶ Respondeo dicendum q̄ sicut dictum est: pfecta hois beatitudō nō cōsistit i eo q̄ est pfectio intellectus fm alicuius p̄ticipationē: sed in eo q̄ ē p essentiaz tale. Manifestū ē aūt q̄ vnūqōq; in tantum ē pfectio alicui⁹ potētie: inquātuz ad ipm p̄tinet rō p̄pr̄ obiecti illi⁹ potētie. p̄priū aūt obiectū ītellectus ē ver. q̄d ḡ hz veritatē p̄ticipatā contemplatū nō facit intellectū pfectū vltima pfectione: cū aūt eadē fit dispositio rei in eē sicut in veritate: vt dicit in 2° metaph. q̄cūq; sunt entia p participationē sunt vera per p̄ticipationē. Angeli autem hñt esse participatū: qz soli⁹ dei suū ēe est sua ēntia. vt in p̄mo onsuz est: vñ rel nquit q̄ sol⁹ deus sit veritas p̄ ēntiaz: ⁊ q̄ eius cōtemplatio faciat pfecte beatū. Aliqlem aūt btitudinē impfectaz nihil pḥibet attēdi in ptēplatiōe angelorū: ⁊ etiaz altiorē q̄ in p̄sideratiōe sciētiaꝝ speculatinaruz. ¶ Ad p̄imū dicendū q̄ festis angelorū intereri-mus nō solus cōtemplantes angelos: sed simul cū ipsis deum. ¶ Ad secundū dicendū q̄ fm illos q̄ ponūt aias humanas esse ab angelis creatas satis cōueniēs videt q̄ beatitudo hois sit in cōtemplatiōe angelorū quasi in p̄iūctiōe ad suū p̄ncipium sed hoc est erroneū: vt in p̄mo dictū est. Unde vltima perfectio intellectus humani est per cōiūcti onem ad deum qui est p̄ncipiū ⁊ creatiōis aie: ⁊ illuminatōis ei⁹. Angelus aūt illuminat tanq̄ minister: ut in p̄mo habituz est. vnde suo ministerio adiuuat hoīem ut ad beatitudinē perueniat. non autē est humane beatitudinis obiectū. ¶ Ad tertium dicendū q̄ attingi superiorē naturā ab inferiori cōtingit dupliciter. Uno mō fm gradū potentie p̄ncipātis: ⁊ sic vltima pfectio hois erit in hoc q̄ hō attinget ad p̄templandū sicut angeli cō templant. Alio mō sicut obiectū attingit a potentia ⁊ hoc mō vltima pfectio cuiuslibet potētie est: vt attingat ad id in q̄ plene inuenit rō sui obiecti.

Ad octauuz sic pro

ceditur. Videtur q̄ beatitudo hois nō sit in visiōe ipsius diuine essentie. Dicit enim dionysius in p̄mo capło mystice theologie: q̄ per id qō est supremū intellectus hō deo cōiungit sicut oīno ignoto: sed id qō videt per essentiā nō est oīno ignotū: ḡ vltima intellectus pfectio seu beatitudo nō cōsistit in hoc q̄ deus p essē tiam videt. ¶ Preterea altioris nature perfectio altior est: sed hec perfectio diuini intellect⁹ p̄pria ut suaz essentiā videat: ḡ vltima pfectio intellect⁹ humani ad hoc nō ptingit sz infra subsistit. ¶ Sz cōtra est qō dicit. 1. ioh. 3. Cuz apparuerit simles ei erimus: ⁊ videbimus eū secuti est ipse. ¶ Rñdeo dicendū q̄ vltima ⁊ pfecta beatitudo nō p̄t esse nisi in visione diuine essentie. Ad cuius euidentiā duo cōsideranda sunt. Primo quidē q̄ hō nō ē perfecte beatus q̄ diu restat sibi aliquid desiderandū ⁊ querēdū. Secundū est q̄ vniuscuiusq; perfectio attendit fm rōnem sui obiecti. Obiectū aūt intellectus est qō quid est. i. essentia rei vt dicit in. 3. de anima: vnde intantū p̄cedit perfectio intellectus inquantū cognoscit essentiā alicuius rei. Si ergo intellectus aliqs cognoscat essentiā alicuius effectus per quā nō possit cognosci essentia cause: ut scilicet sciat de causa quid est. nō dicit intellectus attingere ad causam simpliciter q̄uis p effectū cognoscere possit ō cā an sit: ⁊ ideo remanet naturaliter homini desideriū cū cognoscit effectuz: ⁊ scit eam habere causam vt etiā sciat de cā quid est: ⁊ illud desideriū est admiratiōis ⁊ causat inq̄sitionē: vt dicit in p̄ncipio metaph. Puta si aliqs cognoscens eclypsim solis p̄siderat q̄ ex aliq̄ causa p̄cedit: de q̄ quia nescit quid sit: admirat ⁊ admirādo inquirit: nec ista inquisitio quiescit quousq; perueniat ad cognoscendū essentiā cause. Si igit intellectus humanus cognscēs essentiaz alicui⁹ effectus creati nō cognoscat de deo nisi an est: nōdū perfectio eius attingit simpliciter ad causam primā: sz remanet ei adhuc naturale desideriuz inquirendi causam: vñ nōdū est pfecte beatus. Ad pfectā igit beatitudinē req̄rit q̄ intellect⁹ ptingat ad ipsā essentiā p̄me cause: ⁊ sic pfectionē suā habebit per vnionē ad deū sicut ad obiectū i q̄ solo beatitudo hominis cōsistit: ut supra dictū est. ¶ Ad primuz ergo dicendum q̄ dionysius loquit de cognitone eorum qui sunt in via tendētes ad beatitudinem. ¶ Ad scām dicēdum: q̄ sicut supra dictum est: finis potest accipi dupliciter. Uno mō quātum ad rem ipsam que desideratur: ⁊ hoc modo idez est finis ⁊ superioris ⁊ inferioris nature: imo oīum rerum vt supra dictū est. Alio modo quātū ad cōsecutionē hui⁹ rei: ⁊ sic diuersus est finis superioris ⁊ inferioris nature fm diuersam beatitudinez ad rem talem: sic igit altior est beatitudo dei suam essentiam intellectu cōprehēdētis q̄ hois vel angeli

videns ⁊ non cōprehēdentis. Questio ārta.

Eunde cōsidē

randū est de his que exigūtur ad beatitudinē. Et circa hoc querūtur octo. Primo vtr̄ delectatio requiratur ad beatitudinē. Secūdo quid sit principalius in btitudine: vtrum delectatio vel visio. Tertio vtrū requiratur cōprehensio. Quarto vtrū requiratur rectitudo voluntatis Quinto vtrū ad beatitudinē hois requiratur corpus. Sexto vtrū pfectio corpis. Septimo vtrum aliqua exteriora bona. Octauo vtrum requiratur societas amicorum.

Ad primum sic pro

ceditur. Videtur ꝙ delectatio nō requiratur ad beatitudinē. Dicit enim Aug⁹ in primo de tri. ꝙ visio est tota merces fidei sed id qđ est pmiū vel merces virtutis est beatitudo: vt pz per phm in pmo ethi. g̃ nihil aliud requritur ad beatitudinē nisi sola visio. ¶ Preterea btitudo est p se sufficientissimū bonū: vt phs dicit in pmo ethi. qđ aūt eget aliquo alio nō est pfecte sufficiens. cum igit essentia btitudinis in visione dei cōsistat vt oñsum est: videt ꝙ ad btitudinē nō requirit delectatio. ¶ Preterea opatiōem voluntatis seu btitudinis oz esse nō impeditā. vt dicit i x°. ethicoz. sed delectatio impedit actionē intellectus. corrumpit enī extimationē prudētie. vt dicitur in. 6. ethi. g̃ delectatio nō requirit ad btitudinē. ¶ Sed cōtra est qđ Aug⁹ dicit. x. cōfes. ꝙ btitudo est gaudiū de veritate. ¶ Rñ. dicēdum ꝙ q̄ drupliciter aliqđ requirit ad aliud. Uno modo sicut pambulū vel pparatoriū ad ipsum: sicut disciplina requirit ad sciam. Alio mō sicut pficiēs aliquid: sicut aīa requirit ad vitā corpis. Tertio mō sicut coadiuuās extrinsecus: sicut aīa requiritur ad aliquid agendū. Quarto mō sicut aliqđ cōcomitans vt si dicam⁹ ꝙ calor requirit ad ignē: ⁊ hoc mō delectatio requirit ad btitudinē. delectatio enī cātur ex hoc ꝙ appetitus requieuit in bono adepto: vnde cum btitudo nihil aliud sit q̄ adeptio summi boni: nō pōt esse beatitudo sine delectatione cōcomitante. ¶ Ad primū ergo dicēdum ꝙ ex hoc ipso ꝙ merces alicui redditur volūtas merentis requieuit qđ est delectari: vnde in ipa ratione mercedis reddite delectatio includitur. ¶ Ad secundū dd. ꝙ ex ipsa visione dei causat delectatio vnde ille qui deum videt delectatiōe indigere nō potest. ¶ Ad tertiū dd. ꝙ delectatio cōcomitās opationē intellectus nō impedit ipsam: sed magis eam cōfortat. vt dicit in. x. ethi. Ea enī que delectabiliter facim⁹ attentius ⁊ pseuerātius opamur delectatio aūt extranea impedit opationem quā doq̄ quidem ex intentiōis distractiōe: q̄ sicut dictum est: ad ea in quib⁹ delectamur magis intenti sumus: vt dum vni vehemēter intendim⁹ ,necesse est ꝙ ab alio intentio retrahatur. Quādoq̄ autē etiam ex ꝓprietate: sicut delectatio sensus cōtraria rationi impedit extimationē speculatiui intellect⁹

Ad secundū sic pro

ceditur. Videt ꝙ delectatio sit principalius in beatitudine q̄ visio. delectatio enī vt dicit in. x. ethi. est pfectio operis: sed pfectio est potior pfectibili. ergo delectatio est potior opatiōe intellect⁹ que est visio. ¶ Preterea illud ꝓpter qđ aliquid est appetibile est potius: sz opatiōes appetūtur ꝓpter delectatiōem ipsaruz vnde ⁊ natura in opatiōibus necessarijs ad cōseruatiōem indiuidui ⁊ speciei delectatiōem apposuit: vt huiusmodi opatiōes ab aialibus nō negligant: ergo delectatio est potior in beatitudine q̄ operatio intellectus que est visio. ¶ Preterea visio rñdet fidei. delectatio aūt siue fruitio charitati: sed charitas est maior fide. vt dicit Aplus prima ad corinth. xiij. ergo delectatio siue fruitio ē potior visione. ¶ Sed cōtra causa est potior effectu: sed visio est cā delectatiōis: ergo visio est potior q̄ delectatio. ¶ Rñdeo dicēdum ꝙ istā questionē mouet phus in. x. ethi. ⁊ eam insolutam dimittit. sed si quis diligenter cōsideret ex necessitate oz ꝙ opatio intellectus que est visio sit potior delectatiōe. delectatio enī cōsistit in quada quietatiōe volūtatis: ꝙ aūt volūtas in aliquo quietet nō est nisi ꝓpter bonitatē eius in quo quietat: si g̃ voluntas quietat in aliqua opatione ex bonitate opationis ꝓcedit quietatio volūtatis: nec voluntas querit bonum ꝓpter quietatiōem. sic enī ipse actus voluntatis esset finis: qđ est cōtra premissa Sed ideo querit ꝙ quietet in opatiōe: q̄ opatio ē bonū eius: vnde manifestū est ꝙ principalius bonum est ipsa opatio in qua quietat volūtas q̄ quietatio volūtatis in ipso. ¶ Ad primū ergo dd. ꝙ sicut phus ibidē dicit: delectatio pficit opationē sicut decor iuuentutē qui est ad iuuētutem consequens: vnde delectatio est quedā pfectio cōcomitans visionē: nō sicut pfectio faciēs visionē in sua specie perfectā esse. ¶ Ad secūdum dd. ꝙ apprehensio sensitiua non attingit ad cōem rōnem boni: sed ad aliqđ bonū priculare qđ est delectabile ⁊ ideo fm appetitū sensitiuum qui est in aialibus opationes querūtur ꝓpter delectatiōem: sed intellectus apprehēdit vniuersalem rōnem boni ad cuius ꝓsecutionē sequitur delectatio: vnde principalius intendit bonū q̄ delectationē: ⁊ inde est ꝙ diuinus intellectus qui est institutor nature delectationes apposuit ꝓpter opationes: nō est aūt aliquid extimādū simpliciter fm ordinem sensitiui appetitus: sed magis fm ordinē appetitus intellectiui. ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ charitas non querit bonū dilectum ꝓpter delectationē. sed hoc est ei cōsequens vt delectet in bono adepto qđ amat ⁊ sic delectatio nō rñdet ei vt finis: sed magis visio ꝓpter quā primo finis sit ei pñs.

Ad tertium sic pro

ceditur. Videtur ꝙ ad beatitudinez

nō req̄ratur cōp̄hensio. dicit enī Aug⁹ ad paulinā de videndo deum. Attingere mente deū magna est beatitudo. ꝑ hēdere autē est impossibile. ḡ sine ꝑhensiōe est btitudo. ¶ Preterea. beatitudo est perfectio hois fm intellectiuā partem in qua non sunt alie potentie q̄ intellectus ⁊ voluntas: vt in primo dictū est: sed intellectus sufficienter perficitur per visionem dei: voluntas autem per delectationem in ipso: ergo non requirit cōp̄hensio tanq̄ aliqd tertiū. ¶ Preterea beatitudo in opatiōe cōsistit: opatiōes determinātur fm obiecta. obiecta aūt genera lia sunt duo: verū ⁊ bonū: vez cozrīdet visioni. ⁊ bonū cozrīdet dilectioni: ḡ nō requirit ꝑhensio q̄si aliqd tertium. ¶ Sꝛ ꝓra qd Aplus dicit. j. ad cozinth. 9. Sic curite vt ꝑhendatis sed spūalis cursus termiat ad btitudinē. vnde ipse dicit. 2. ad Timoth. vlt. Bonum certamen certaui: cursum ꝑsumaui fidē fuaui: in reliquo reposita est mihi cozona iusticie. ergo ꝑhensio req̄ritur ad btitudinē. ¶ Rn. dd. q̄ cum btitudo ꝑsistat in ꝓsecutiōe vltimi finis: ea q̄ requirūtur ad btitudinē sunt ꝑsiderada ex ipo ordine ad finē. ad finē aūt intelligibilē ordinat hō: ptim q̄dem per intellectū. partim aūt per voluntatem. per intellectū q̄dem inq̄tū intellectu p̄existit aliqua cognitio finis impfecta. Per volūtatem aūt primo quidem per amorē qui est prim⁹ mot⁹ voluntatis in aliquid. scōo aūt per realē habitudinē amātis ad amatum: que q̄dē pōt esse triplex q̄nq̄s enī amatū est pns amāti: ⁊ tūc iam nō queritur: q̄nq̄s aūt nō est pns sed ipossibile est ipm adipisci: ⁊ tunc etiā nō queritur: q̄nq̄s aūt possibile ē ipsum adipisci: ſ est obleuatū supra facultatē adipiscētis ita vt statim haberi nō possit. ⁊ hec est habitudo sperātis ad speratū: que sola habitudo facit finis inquisitiōem. Et istis tribus rndent aliq̄ in ipsa btitudine: nā pfecta cognitio finis rndet iperfecte. Pnūtia vero ipsius finis rndet habitudini spei. Sed delectatio in pnūtia ꝓsequit dilectionē: vt supra dictū est. ⁊ ideo necesse est ad beatitudinē ista tria ꝓcurrere. ſ. visionē que est cognitio pfecta intelligibilis finis: ꝑhensionē que iportat pnūtiam finis: delectatiōez vel fruitionē q̄ iportat quietationē rei amātis in amato. ¶ Ad p̄m ḡ dicē dū. q̄ ꝑhensio dicitur dupliciter. Uno mō inclusio cōp̄hensi in ꝑhendente: ⁊ sic oē qd̄ ꝑhenditur a finito est finitū. vnde hoc mō deus ꝑhendi non pōt ab aliquo intellectu creato. Alio mō ꝑhensio nihil aliud notat q̄ tentionē alicui⁹ rei que iam pnūtialiter habet: sicut aliqs ꝓsequēs aliquem dicit eum ꝑhendere q̄n tenet eū: ⁊ hoc mō ꝑhensio requirit ad btitudinē. ¶ Ad scom dd. q̄ sicut ad volūtatē ptinet spes ⁊ amor: q⁹ eiusdez est amare aliqd ⁊ tendere in illud nō habitu: ita etiā ad voluntatē ptinet ꝑhensio ⁊ dilectio: q⁹ eiusdem est habere aliqd ⁊ q̄escere in illo. ¶ Ad tertiū dd. q̄ ꝑhensio nō est aliqua opatio p̄ter visionē: sed quedā habitudo ad finem iam habitu: vñ etiā ipsa visio vel res visa que pnūtialiter adest obiectum cōp̄hensionis est.

Quartus sic p̄ro

ceditur. Videt q̄ rectitudo volūtatis nō requirat ad btitudinē. btitudo enī cōsistit in opatiōe intellect⁹ vt dictū est: sed ad pfectā intellect⁹ opationē nō req̄rit rectitudo voluntatis per quā hoies mūdi dicūtur. dicit enim Aug⁹ in li° retractis. Nō approbo qō in oratiōe dixi: deus qui nō nisi mūdos verū scire voluisti. rnderi enī pōt: multos etiā nō mundos multa scire vera: ergo rectitudo voluntatis nō req̄ritur ad btitudinem. ¶ Preterea ꝑus nō dependet a posteriori: sed opatio intellect⁹ ē p̄ior q̄ opatio voluntatis: ḡ btitudo que est pfecta opatio itellect⁹ non dependet a rectitudine volūtatis. ¶ Preterea qō ordinat ad aliqd tanq̄ ad finē nō est necessarium adepto iam fine: sicut nauis postq̄ puenit ad portū: sed rectitudo volūtatis que est per virtutē ordinat ad btitudinē tanq̄ ad finē. ḡ adepta beatitudine nō est necessaria rectitudo volūtatis ¶ Sed ꝓ est qō dicit Matth. 5°. Beati mūdo corde qm ipsi deum videbūt. ⁊ Heb. vltimo. Pacez sequimini cum oibus ⁊ scimoniaz sine qua nemo videbit deum. ¶ Rndeo dd. q̄ rectitudo voluntatis req̄rit ad btitudinē ⁊ antecedēter ⁊ cōcomitanter. Antecedēter quidem: q⁹ rectitudo volūtatis est ꝓpter debitum ordinē ad finē vltimum: finis aūt ꝑpatur ad id qō ordinat ad finē: sicut forma ad materiā: vnde sicut materia nō pōt ꝓsequi formā nisi sit debito modo dispōsita ad ipsaz: ita nihil ꝓsequit finē nisi sit debito mō ordinatuz ad ipsum. ⁊ ideo nullus pōt ad beatitudinē pucnire nisi habeat rectitudinē voluntatis. Cōcomitanter aūt q⁹ sicut dictum est beatitudo vltima consistit in visione diuine ēntie que est ipsa ēntia bonitatis. ⁊ ita volūtas videtis dei ēntiā ex necessitate amat q̄cquid amat sub ordine ad deum: sicut voluntas non videtis dei ēntiā ex necessitate amat quicqd amat sub cōi rōne boni quaz nouit: ⁊ hoc ipsum est qō facit volūtatem rectā. vñ manifestū est q̄ btitudo non pōt esse sine recta voluntate. ¶ Primū ergo dd. q̄ Aug. loquit de cognitione veri qō non est ipsa essentia bonitatis. ¶ Ad scōz dicendū q̄ oīs actus voluntatis ꝓcedit ab aliquo actu intellectus. aliquis tñ act⁹ volūtatis est p̄or oī aliq̄s actus intellect⁹. voluntas enī tendit in finalem actū intellectus qui est btitudo: ⁊ ideo recta iclinatio volūtatis ꝓexigit ad btitudinē: sicut rectus mot⁹ sagitte ad pcussionē signi. ¶ Ad tertiū dd. q̄ nō oē qd̄ ordinat ad finē cessat aduenīte fine: sed id tñ qō se habet in rōne impfectionis vt mot⁹: vnde instrumēta motus non sunt necessaria postq̄ puenitur ad finē: sed debitus ordo ad finem est necessarius.

Quintū sic pro\

ceditur. Videt q̄ ad btitudinē requiratur cōp⁹. pfectio enī virtutis ⁊ gratie ꝓsupponit pfectiōem nature: sed beatitudo ē pfectio virtutis ⁊ gratie. alia aūt sine cōpe nō ha

pfectionē nature cum sit ꝑs naturaliter hūane natu-
re. oīs aūt pars est ímpfecta a suo toto separata:
ergo aīa sine cōre non pōt esse beata. ¶ Preterea
btitudo est opatio quedā pfecta: vt s̄ dictum
est. sed opatio pfecta sequit esse pfectum: q̄ nihil
opatur nisi fm q̄ est ens in actu: cum ḡ aīa nō ha-
beat eē pfectū qñ est a cōre separata: sicut nec ps
separata a toto: videt q̄ aīa sine cōre nō possit esse
btā. ¶ Preterea btitudo est pfectio hois: sz aīa
sine cōre nō est hō: ḡ btitudo nō pōt esse in aīa si-
ne cōre. ¶ Preterea fm phm in. x°. ethi. opatō
felicitatis in q̄ ꝑsistit btitudo ē nō ipedita: sz opa-
tio aīe separate est ipedita: q̄ vt dicit Aug. in. super
Gen. ad litterā. Inest ei natural' q̄dā appetit' cōr
pus administrādi: ḡ appetitu retardat quodam-
mō ne tota intentiōe pgat in illud sūmū celū. i. in
visionē cētie diuine: ḡ aīa sine cōre nō pōt esse
btā. ¶ Preterea btitudo est sufficiēs bonū ⁊ dē-
tat desideriū: sed hoc nō ꝓuenit aīe separate: q̄ ad-
huc appetit cōris vnionē. vt Aug. dicit ḡ aīa se-
parata a cōre nō est btā. ¶ Preterea hō in bea
titudine est angel' eq̄l': sz aīa sine cōre non equat
angel'. vt Aug°. dicit ḡ nō est btā. ¶ Sz ꝯ est qđ
dicit Apoc. i4. Bti mortui q̄ in dño moriuntur.
¶ Rñ. dō. q̄ duplex est btitudo. Una impfecta q̄
habet in hac vita. Et alia pfecta q̄ in dei visiōe cō
sistit. Manifestū est aūt q̄ ad btitudinē hui° vite
de necessitate req̄ritur cōp°. Est enī btitudo hu-
ius vite opatio intellect° vel speculatiui vel pra-
ctici. opatio aūt intellect° in hac vita nō pōt esse
sine fantasmate: q̄ nō est nisi in orgāno cōporeo
vt in ꝑmo hītū est: ⁊ sic btitudo que in vita habe
ri pōt dependet quodāmō ex cōre. Sz circa bti
tudinē pfectā q̄ in dei visiōe ꝓsistit aliq̄ posuerūt
q̄ nō pōt aīe aduenire sine cōre existēti: dicētes
q̄ aīe scē̄ a cōribus separate ad illā btitudinē nō
pueniūt vsq̄ ad diē iudicij qñ cōrpa resumēt: qō
quidē apparet esse falsum ⁊ auctē ⁊ rōne. Auctē
dem: q̄ Aplus dicit. 2. ad corinth. 5°. q̄diu sum°
i cōre peregrinamur a dño. ⁊ q̄ sit rō peregrina-
tiōis oñdit subdens. Per fidē enī ambulam° ⁊ nō
per spēm: ex q̄ apparet q̄ q̄diu aliq̄s ābulat p fi-
dem: ⁊ nō per spēm carēs visiōe diuine cētie nō-
dū est deo pīs. aīe aūt scē̄ a cōribus° separate sūt
deo pītes. vnde subdit. Audem° aūt ⁊ volūtatē
habem° bonā peregrinari a cōre ⁊ pītes eē ad
deū. vñ manifestūest q̄ aīe scē̄ separate a cōribus°
ābulāt p spēm dei cētiā videtes in q̄ est vera bti-
tudo: hoc etiā p rōnē apparet: nā intellect° ad su-
am opationē nō indiget cōre nisi ꝓpt fantasmata in q̄bus veritatē intelligibilē cōtuet: vt in ꝑmo
dictū est. Manifestū est aūt q̄ diuina cēnta p fan
tasmata videri nō pōt vt in ꝑmo oñsuz est: vnde
cum in visiōe dine cētie pfecta hois btitudo cō-
sistat: nō dependet btitudo pfecta hois a cōre.
vnde sine cōre pōt aīa eē btā. Sz sciēdū q̄ ad p-
fectionē alicui° rei dupl'r aliq̄d ptinet. Uno mō ad
ꝓstituendā cētiā rei sicut aīa req̄rit ad pfectionē
hois. Alio° req̄rit ad pfectionē rei:: qō ptinet ad
bene esse eius: sicut pulchritudo cōris vel velo-
citas ingenij ptinet ad pfectiōez hois: q̄ uis ḡ cor
pus ꝑmo mō ad pfectiōem btitudinis hūane nō
ptineat: ptinet tn̄ sc̄do mō. cū enī opatio dependē
at ex nā rei q̄to aīa pfectior erit in sua nā: tāto pfe
ctio° habebit suā ꝓpriā opationē in q̄ felicitas ꝓsi
stit. vñ Aug. in. 12. sup Gen. ad litterā cū q̄stiuisset
vtr spiritib° defunctor̄ sine cōribus° possit sum-
ma illa btitudo ꝑberi. Rñdit q̄ nō sic pñt videre
incōmutabilē substām vt sci angeli vidēt: siue alia la
tentiore cā: siue iō: q̄ est in eis nālis q̄dā appetit°
cōrpus administrādi. ¶ Ad ꝑmū ergo dō. q̄ btī
tudo est pfectio aīe ex pte intellect°: fm quez aīa
trāscendit cōris organa: nō aūt fm q̄ est forma
natural' cōris: ⁊ iō illa natural' pfectio manet
q̄z quā ei btitudo debet: sz nō maneat illa nature p-
fectio fm quā est cōris forma. ¶ Ad sc̄m dō. q̄
aīa aliter se hz ad esse q̄ alie ptes: nā esse toti° nō
est alicui° suarū ptiū: vñ vel ps oīo desinit eē de-
structo toto: sicut ptes aīalis destructo aīali: vel
si remanēt hñt aliud esse in actu: sic ps līnee hz ali
ud esse q̄ tota līnea: sed aīe hūane remanet esse cō
positi post cōris destructiōem ⁊ hoc iō: q̄ idem
est esse forme ⁊ materie. ⁊ hoc idem esse ꝓpositi.
aīa aūt subsistit in suo esse. vt in ꝑmo oñsum est.
vnde relinquit q̄ post separationē a cōre pfectum
esse habeat. vñ pfectā opatiōem habere pōt: sz nō
habeat pfectā naturā. ¶ Ad tertiū dō. q̄ btitudo
est hois fm intellectū: ⁊ iō remanente intellectu
pōt inesse ei btitudo: sicut dentes ethiopis pñt eē
albi etiā post cuulsionē fm q̄s ethiops dicit alb°
¶ Ad quartū dō. q̄ dupl'r aliquid ipedit ab alio
Uno° p modū ꝓtrietatis: sicut frig° ipedit actiōez
caloris: ⁊ tale impedimētū opatiōis repugnat fe-
licitati. Alio mō p modū cuiusdā defect°: q̄. s. res
ipedita nō hz q̄cq̄d ad oīmodā eius pfectiōez re-
quirit. ⁊ tale impedimētū opatiōis nō repugnat
felicitati: sz oīmode pfectiōi ipsi°: ⁊ sic separatio aīe
a cōre dicit aīam retardare ne tota intentōe ten
dat in visiōez diuine cētie. appetit enī aīa sic frui
deo q̄ etiā ipsa fruitio derīuet ad cōr° p redun-
dātiā: sicut est possibile: ⁊ iō q̄diu ipsa fruit deo
sine cōre appetit° eius sic quiescit in eo q̄ tn̄ ad-
huc ad participationē ei° vellet suū cōrpus ptin-
gere. ¶ Ad quintū dō. q̄ desideriū aīe separate to-
taliter quiescit ex pte appetibilis: q̄ hz id qō suo
appetitui sufficit: sed non totaliter quiescit ex pte
appetentis: q̄ illud bonū nō possidet fm oē mo
dū, quo possidere vellet: ⁊ ideo cōre resūpto bti
tudo crescit nō intensiue sed extensiue. ¶ Ad se
xtum dō. q̄ id qō ibidē dicit: q̄ spūs defunctor̄ nō
sic vidēt deū sicut angeli: nō est intelligēdū fm
inequalitatē q̄titatis: q̄ etiā mō aliq̄e aīe beato
rum sunt assūpte ad superiores ordines angelor̄
clariꝰ vidētes deū q̄ inferiores angeli: sed intel
ligit fm inequalitatē ꝓportiōis: q̄ angeli etiā in-
fimi habēt oēm pfectionez btitudinis quam sunt
habituri: non aūt aīe separate sanctorum.

Sextus sic proce

dit. Videt q̄ pfectio cōris nō requi

ratur ad btitudinē hoīs pfectā. pfectio eni corporis est qdam corpale bonū: sed ō ostensum est q̄ btitudo nō ꝓsistit in corpalib⁹ bonis: ergo ad btitudinē hoīs nō requirit aliqua pfecta dispositio corpis. ¶ Preterea btitudo hoīs ꝓsistit in visione diuine ētie: vt oñsum est: sed ad hanc opationē nihil exhibet corpus: vt dictū est: ergo nulla dispositio corpis requritur ad btitudinē. ¶ Preterea q̄to intellect⁹ est magis abstract⁹ a corpe tanto pfectius intelligit: sz btitudo ꝓsistit in pfectissima opatione intellectus: ergo oz oībus modis aiam esse abstractaz a corpe: nullo ergo mō requrit aliq̄ dispositio corpis ad btitudinē. ¶ Sed cōtra. premiū virtutis est btitudo: vnde dicit Joh. 13°. Bti eritis si feceritis ea: sz sanctis repromittit ꝑ premio nō solum visio dei z delectatio: sed etiā corpis bōa dispositio: dicit eni Esa. vlt. Videbitis z gaudebit cor vestrū: z ossa vestra quasi herba germinabūt. ergo bona dispositio corpis requrit ad btitudinē. ¶ Rñ. dicēdū q̄ si loquamur de btitudine hoīs q̄lis in hac vita pōt haberi: mānifestū est q̄ ad eā ex necessitate requirit bona dispositio corpis. cōsistit eni hec btitudo fm ꝑfm in opatione virtutis pfecte. manifestū est aūt q̄ per inualitudinē corpis in oi opatiōe virtutis homo impediri pōt: sed si loquamur de btitudine pfecta. si q̄dam posuerūt q̄ nō requirit ad btitudinē aliqua corpis dispositio: imo requirit ad eā vt oīno aia sit a corpe sepata. vnde Aug. 22°. de ciui. dei introducit verba. Porphyrij dicētis. Nō ad hoc q̄ sit btā aia oē corpus fugiēdum est. sed hoc est inconueniens. cū eni naturale sit aie corpi vniri nō pōt esse q̄ pfectio aie naturalē ei⁹ pfectionē excludat z iō dō est q̄ ad beatitudinē oībus modis pfectā requritur pfecta dispositio corpis z antecedēter z cōsequēter. antecedēter quidem: q: vt Aug. dicit 12°. super Gen. ad litterā: si tale sit corpus cui⁹ sit difficilis z grauis administratio: sicut caro q̄ corrūpitur z aggrauat animā: auertit mēs ab illa visione sūmi celi: vnde cōcludit q̄ cum hoc corpus iam nō erit animale sed spūale: tūc angelis adeq̄bitur: z erit ei ad gloriā qō sarcine fuit. Cōsequēter vero: q: ex btitudine aie fiet redundantia ad corpus vt z ipm sua pfectiōe potiat. vnde Aug. dicit in epla ad Bioscor. Tam potēti natura dei fecit animā vt ex eius plenissima btitudine redūdet in inferiorem naturam incorruptiōis vigor.

¶ Ad p^m^ g dicendū q̄ in corpali bono nō cōsistit beatitudo sicut in obiecto beatitudinis: sed corporale bonū pōt facere ad aliquē beatitudinis de corē vel pfectionē. ¶ Ad secūdū dō. q̄ z si corp⁹ nihil cōferat ad illā opationē intellectus qua dei ētia videt: tñ posset ab hac impedire z ideo requirit pfectio corpis vt nō impediat elevationez mentis. ¶ Ad tertiū dō. q̄ ad pfectā opationem intellect⁹ requirit quidē abstractio ab hoc corruptibili corpe qō aggrauat aiaz: ñ aūt a spūali corpore quod erit totaliter spiritui subiectū: de quo in tertia parte huius operis dicetur.

¶ Septimū sic pro

cedit. Videt q̄ beatitudinē requirātur etiā exteriora bona. qō eni in ꝓmiuz sanctis ꝓmittit ad beatitudinē ptinet: sed sanctis repromittūtur exteriora bona: sicut cibus z pot⁹ diuitie z regnū. dicit eni Luce. 22°. Ut edatis z bibatis sup mensam meā in regno meo. z Matth. 6. Thesaurizate vob thesauz in celo. z Matth. 25. Uenite bñdicti patris mei poss. regnū. g̃ ad btitudinē requirūtur exteriora bona. ¶ Preterea fm Boetiū in 3°. de cōsolat. Beatitudo est status oīum bonoz cōgregatiōe pfect⁹. sz exteriora sūt aliq̄ hoīs bona: lz ima. vt Aug. dicit: g̃ ipsa etiā requirūt ad btitudinē. ¶ Preterea dñs Matth. 5°. dicit. Merces vestra multa est in celis: sz eē in celis significat esse in loco: g̃ saltez locus exterior requirit ad beatitudinez. ¶ Sed ꝫ est qō dicit in psal. Quid eniz mihi est in ce. z a te. q̄d vo. super terrā. q. d. nihil volo nisi hoc qō sequit: mihi adherere deo bonū est: g̃ nihil aliq̄d extra deuz ad beatitudinē requirit. ¶ Rñ. dō. q̄ ad beatitudinē impfectā qualis in hac vita pōt haberi requirūtur exteriora bona: nō quasi de cētia beatitudinis exītia: sed q̄si instrumētaliter deseruiētia beatitudini que cōsistit i opatiōe virtutis. vt dicit in ꝓmo ethicoz. indiget eniz hō in hac vita necessarijs corpis tā ad opatiōem virtutis ꝓtēplatiue q̄ etiā ad opatiōem virtutis actiue: ad quā etiā plura alia requirūtur quibus exerceat opa actiue virtutis. Sed ad beatitudinē pfectā que in visiōe dei cōsistit nullo mō huiusmodi bona requirūtur: cuius rō ē: q: omnia huiusmodi bona exteriora: vt requirūtur ad sustentationē aialis corpis: vel requirūtur ad aliq̄s opatiōes q̄s p aiale exercemus que hūane vite cōueniūt: illa aūt pfecta beatitudo que in visione dei cōsistit: vel erit in aia corpi iuncta non iam aiali sz spūali: z iō nullo mō huiusmodi exteriora bona requirūtur ad illā beatitudinē cum ordinent ad vitā aialem: z q: in hac vita magis accidit ad similitudinē illius pfecte beatitudinis cōtemplatiua q̄ actiua: vtpote etiam deo similioz vt ex dictis patet: ideo minus indiget hui⁹ modi bonis corpis: vt dicitur in x°. ethicorum

¶ Ad primū ergo dō. q̄ oēs ille corporales ꝓmissiones que in sacra scriptura cōtinētur sunt metaphorice intelligende fm q̄ in scripturis solēt spiritualia p corpalia designari: vt ex his que nouimus ad desiderandū incognita cōsurgam⁹: sicut Greg. dicit in quadā homilia. Sicut per cibuz z potum intelligitur delectatio beatitudinis: p diuitias sufficiētia qua homini sufficiet deus: per regnum exaltatio hominis vsq̄ ad cōiunctionē cū deo. ¶ Ad secūdum dō. q̄ bona ista deseruiētia aiali vite: nō cōpetunt vite spūali in qua beatitudo pfecta cōsistit: z tamen erit in illa beatitudine omniū bonoz cōgregatio: q: quicq̄d bonū inuenitur in istis totuz habebit in sūmo fonte bonoz. ¶ Ad tertiū dō. q̄ fm Aug. in li. de ser. do. in mō. Merces scōz nō dicit esse in corporeis celis: sed

per celos intelligitur altitudo spūaliū bonoꝝ: nihilomin⁹ tamē locus corporeus. s. celum empyreum aderit beatis nō ꝓpter necessitatē beatitudinis: sed fm quandā cōgruentiā ⁊ decorem.

B octauus sic pro-

ur. Videtur q̄ volūtas ō neceſſitate moueat a ſuo obiecto: obiectum enī volūtatis cōparat ad ipſā ſicut motiuū ad mobile: ut pz in 3° de aia: ſz motiuū ſi ſit ſufficiēs ex neceſſitate mouet mobile: g̃ voluntas ex neceſſitate pōt moueri a ſuo obiecto. ¶ Preterea ſic voluntas ē vis imaterialis ita ⁊ intellectꝰ: ⁊ vtraq̄ potētia ad obiectū vḿ ordinat: ut dictū ē: ſz intellectus ex neceſſitate mouet a ſuo obiecto: g̃ ⁊ volūtas a ſuo. ¶ Preterea oē qō q̄s vult: aut eſt finis aut aliq̄d ordinatū ad finē: ſz finē aliq̄s ex neceſſitate vḿ ut videt: q̄ ē ſicut ꝓncipiū i ſpeculatiuis: cui ex neceſſitate aſſentimꝰ: finis aūt eſt rō volēdi ea q̄ ſūt ad finē: et ſic videt etiā q̄ ea q̄ ſūt ad finē ex neceſſitate velimꝰ: volūtas g̃ ex neceſſitate mouet a ſuo obiecto. ¶ Sed ꝯ eſt q̄ potētie rōnales ſm pbm ſunt ad oppoſita: ſz volūtas ē potētia rōnalis: eſt enī in rōne ut dicit in. 3°. de aia: g̃ volūtas ſe hz ad oppoſita: non g̃ ex neceſſitate mouet ad alterū oppoſitoꝝ. ¶ Rñdeo dō q̄ voluntas mouet duplr. vno mō q̄tū ad exercitū actꝰ. alio mō q̄tū ad ſpecificationē actꝰ q̄ ē ex obiecto. Primo g̃ mō volūtas a nullo obiecto ex neceſſitate mouet: pōt enī aliq̄s ō q̄cūq̄ obiecto nō cogitare: ⁊ p ꝓns nec actu velle illud. Sed q̄tū ad 2ᵐ mō mōis modū volūtas ab aliq̄ obiecto ex neceſſitate mouet: ab aliq̄ aūt nō. i motu enī cuiuſlibet potētie a ſuo obiecto ꝓsidrāda ē rō p quā obiectū mouet potētia. viſibile enīz mouet viſū ſub rōne coloris actu viſibilis: vñ ſi color ꝓponat viſui: ex neceſſitate mouet ipſū: niſi aliq̄s vtū auertat: qō ptinet ad exercitū actꝰ: ſi aūt ꝓponeret aliq̄d viſui: qō nō oibꝰ modis eēt color i actu: ſz ſm aliq̄s eēt tale: ſm āt aliq̄d nō tale: nō ex neceſſitate vtius tale obiectū videret. poſſet enī intēdē in ipſū ex ea pte q̄ nō ē color: atū in actu: ⁊ ſic ipſū nō videt: ſicut āt coloratū in actu ē obiectū viſus: ita bonū ē obiectū volūtatis. vñ ſi ꝓponat alicui obiectū voluntati qō ſit vḿ bonum. ⁊ ſm oēz ꝓſiderationē ex neceſſitate voluntas in id tēdit ſi aliq̄d velit. nō enī poterit velle oppoſitū. Si āt ꝓponat ſibi aliq̄d obiectū qō nō ſm quālibet ꝓſiderationē ſit bonum: nō ex neceſſitate volūtas ferē i illud: ⁊ q̄ defectꝰ cuiuſcūq̄ boni hz rōnē nō boni: tō illud ſolum bonum qō ē ptcm ⁊ cui nihil deficit ē tale bonum qō volūtas nō pōt nō velle: qō ē bitudo: alia āt q̄libet particularia bōa inq̄tuz deficiūt ab aliq̄ bono: ꝑt accipi ut nō bona: ⁊ ſm hāc ꝓſiderationē ꝑt repudiari vel apprehobari a voluntate: q̄ pōt i idē ferri ꝑz diuerſas ꝓſiderationes. ¶ Ad ꝓmū g̃ dō: q̄ ſufficiēs motiuū alicuiꝰ potētie nō ē niſi obiectuz qō totaḷr hz rōnē motiui: ſi āt in aliq̄ deficiat: nō ex neceſſitate mouebit vt dcm ē. ¶ Ad 2ᵐ dō q̄ intellectꝰ ex neceſſitate mouet a tali obiecto: qō eſt ſp ⁊ ex neceſſitate veruz: nō āt ab eo qō pōt cē vez ⁊ falſuz. ſ. a ptingēti: ſicut ⁊ de bono dictum ē. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ finis vltimꝰ ex neceſſitate mouet voluntatē: q̄ ē bonum ꝑfm: ⁊ ſiḿ illa q̄ ordinant ad hunc finez: ſine q̄b⁹ finis haberi nō pōt: ſicut cē ⁊ vivere ⁊ huiuſmodi: alia vero ſine q̄b⁹ finis haberi pōt nō ex neceſſitate vult finez ſicut ꝓcluſiones ſine quib⁹ ꝓncipia ꝑnt eſſe vera: nō ex neceſſitate credit qui principia credit.

Ad tertium ſic ꝓcedit

ur. Videtur q̄ volūtas ex neceſſitate moueat a paſſione appetitꝰ inferioris: dicit enī apls ro. 7. Nō enī qō volo bonuz hoc ago: ſz qō odi malū illud facio qō dicit ꝓpter cōcupiſcētia q̄ eſt paſſio q̄dā: g̃ volūtas ex neceſſitate mouet a paſſione. ¶ Preterea ſicut dicit in 3° ethi. q̄libet vnuſq̄q; eſt talis finis videt ei: ſz nō eſt in poteſtate volūtatis q̄ ſtatī paſſionē abiciat: g̃ nō eſt in ptate volūtatis q̄ nō velit illud ad quod paſſio ſe inclinat. ¶ Preterea cāvlis nō applicat ad effectū particulare niſi mediāte cā particulari: vñ et rō vlis nō mouet niſi mediāte eſtimatione particulari: ut dicit in. 3°. de aia: ſz ſicut ſe hz rō vlis ad eſtimationē particularē: ita ſe hz volūtas ad appetituz ſenſitiuuz: g̃ ad aliq̄d particulare volēduz nō mouet volūtas niſi mediante appetitu ſenſitiuo: g̃ ſi appetitꝰ ſenſitiuꝰ ſit p aliquā paſſionē ad aliq̄d diſpoſitus: voluntas nō pōtit incōtrariū moueri. Sz ꝯ ē qō dicit gen. 4. Subter erit appetitꝰ tuꝰ: ⁊ tu dñaberis illiꝰ: nō g̃ voluntas hois ex neceſſitate mouet ab appetitu inferiori. ¶ Rñdeo dō q̄ ſicut. ſ. dcm eſt: paſſio appetitꝰ ſenſitiui mouet voluntatē ex ea pte q̄ voluntas mouet ab obiecto: inq̄tuz. ſ. hō aliq̄ḷr diſpoſitꝰ p paſſionē iudicat aliq̄d eē cōueniēs ⁊ bonuz: qō extra paſſionē exīs nō iudicaret: huiuſmōi āt imutatio hois p paſſionē duobus modis ꝓtingit. vno mō ſic q̄ totaḷr rō ligat: ita q̄ hō vſum rōnis nō hz: ſicut ꝓtingit in his q̄ ppter vehemētē irā uel ꝓcupiſcentiā furioſi uel amentes fiūt: ſicut ⁊ ppter aliquā aliā ꝑturbationē corꝑalē huiuſmodi enīz paſſiones nō ſine corꝑali trāſmutatōe accidunt: ⁊ de talib⁹ eadē eſt rō ſicut ⁊ ō aīa lib⁹ bruta q̄ ex neceſſitate ſequunt impetū paſſionis: in his enim nō ē aliq̄s rōnis motꝰ: ⁊ p ꝓns nec voluntatis: aliq̄n āt rō nō totaḷr abſorbet a paſſione: ſz remanet q̄tuz ad aliq̄d iudiciū rōnis libez ⁊ ſm hoc remanet aliq̄d ō motu volūtatis: inq̄tū g̃ rō manet libera ⁊ paſſioni nō ſubiecta: in tm̄ voluntatis motus q̄ manet nō ex neceſſitate tēdit ad hoc ad qō paſſio inclinat: ⁊ ſic aut motꝰ voluntatis nō ē in hoc: ſz ſola paſſio dñat: aut ſi motꝰ vo-

lūtatis sit: nō ex necessitate sequit passionē. ¶ Ad ꝑmū ḡ dicendū ꝙ etsi voluntas nō possit facē ḋn mot⁹ ꝓcupiscētie insurgat: de q̄ aplꝰ dicit: Nō odi malum illud facio. i. ꝓcupisco: tn̄ pōt voluntas nō velle ꝓcupiscere aut ꝓcupiscētie nō ꝓsentire: ⁊ sic nō ex necessitate sequit ꝓcupiscētie motus. ¶ Ad secundū dicendū ꝙ cum i hoie due sunt nature intellectual'. s. ⁊ sensitiua q̄nq; q̄dē est hō aliqlis vnifo:mit ꝑm totā aīam: q̄. s. vl' pars sensitiua totalr subiacit rōni: sicut ꝓtingit in virtuosis: ul' ecouerso rō totalr absorbet a passione sicut accidit in amētib⁹: ſz aliqñ etsi rō obnubilet a passione: remanet tn̄ aliq̄d rōnis libex: ⁊ ꝑm hoc pōt aliqs vl' totalr passionē repellē: uel saltē se tenē ne passionē seq̄t: i talī enīz dispōne: q̄ hō ꝑm diuersas ptes aie diuersimode disponit: aliud ei videt ꝑm rōnez: ⁊ aliud ꝑm passionē. ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ volūtas nō solū mouet a bono vl' apphēso p rōnez: ſz etiā a bono apphēso p sensuz: ⁊ iō pōt moueri ad aliqđ ꝓticulare bonū absq; passione appetit⁹ sensitiui. multa enī volum⁹ ⁊ opamur absq; passiōe p solaz appetit⁹ electōez: ut pz i his i q̄b⁹ rō nititr passioni

¶ quartuz sic ꝓcō

ceditur. Videt ꝙ volūtas ex necessitate moueat a deo: oē enī agēs cui resisti nō pōt ex necessitate mouet: ſz deo cū sit infinite virtutis resisti nō pōt. vñ dicit ro. 9°. Voluntati ei⁹ q̄s resistit: ḡ dñs ex necessitate mouet volūtatem. ¶ Preterea volūtas ex necessitate mouet i illa q̄ naturalr vult: ut dcm̄ est: ſz hoc est vnicuiq; rei naturale qđ de⁹ in eo opat: ut aug. dicit. 25. ꝓtra fausti: ḡ volūtas ex necessitate vult oē illud ad qđ a deo mouet. ¶ Preterea possibile est q̄ posito nō sequit ipossibile: sequit autē ipossibile si ponat ꝙ voluntas nō velit hoc ad qđ de⁹ eā mouet: q̄ ꝑm hoc opatio dei cēt ineficax: nō ḡ ē possibile volūtatē nō velle hoc ad qđ de⁹ eā mouet: ḡ necesse ē eā hoc velle. ¶ Sz ꝯ est quod dicit eccli. 15°. De⁹ ab initio constituit hoiez ⁊ reliq̄t eū in manu ꝓsilij sui nō ḡ ex necessitate mouet volūtatē ei⁹. ¶ Rndeo dd ꝙ sicut dion⁹. dicit. 4° ca° de di. no. ad ꝓuidentiā diuinā nō ptinet naturā rex̄ corrūpe ſz seruare: vñ oia mouet ꝑm eox̄ ꝓditionē: ita ꝙ ex causis necessarijs p motionē diuinā sequunt effect⁹ ex necessitate: ex causis aūt cōtingētib⁹ sequunt effect⁹ cōtingēter. ꝙ igit volūtas ē actiuū ꝓncipiū nō determinatū ad vnū: ſz idifferēter se hās ad multa: sic de⁹ ipsam mouet ꝙ nō ex necessitate ad vnū determinat: ſz remanet motus ei⁹ ꝓtingēs ⁊ nō necessarⁱ⁹ nisi i his ad q̄ naturalr mouet. ¶ Ad ꝓmū ḡ dd ꝙ volūtas diuina nō solū se extēdit ut aliqđ fiat p rem quā mouet: ſz ut ēt eo mō fiat q̄ ꝓgruit nature ipsi⁹ ⁊ iō magis repugnaret diuine motōi si volūtas ex necessitate moueret: qđ sue nature nō cōpetit: q̄ si moueret libere ꝓut cōpetit sue nature. ¶ Ad 2ᵐ dicēdū ꝙ naturale ē vnicuiq; quod de⁹ opat i ipso ut sit ei naturale: sic enī vnicuiq; ꝓuenit aliqđ ſz ꝙ de⁹ vult ꝙ ei ꝓueniat: nō aūt vult ꝙ q̄cq̄d opat i rebus sit eis naturale: puta ꝙ mortui resurgāt: ſz hō vult vnicuiq; eē nāle. ꝙ ptāti dīne ſbdat. ¶ Adᵐ dicēdū ꝙ si de⁹ mouet voluntatē ad aliqđ: ipossibile ē huic positōi ꝙ volūtas ad illud nō moueat ñ tn̄ ē ipossibile simplr: vñ nō seq̄t ꝙ volūtas a deo ex necessitate moueat. Questio. xj.

Einde cōsidrā

dū est de fruitōe. Et circo hoc rediunt. 4. Primo vtr fruitio sit actⁿ appetitiue potētie. 2° vtrū soli rōnali creature ꝓueniat: an etiā aialibus brutis. 3° vtr fruitio sit tm̄ vltis finis. Quarto vtrum sit solum finis habiti.

¶ primum sic ꝓcō

ceditur. Videt ꝙ frui nō sit solū appetitiue potētie: frui enī nihil aliud esse videt q̄ fructū capere: ſz fructū humane vite q̄ ē bītudo accipit intellect⁹: in cui⁹ actu bītudo ꝓsistit: ut. ā. oñsuz ē: ḡ frui nō ē appetitiue potētie ſz intellectus. ¶ Preterea q̄libet potētia h3 ꝓpriū finez q̄ est pfectio ei⁹ sicut visus finis est cognoscē visibile: audit⁹ ꝓcipe sonos: ⁊ sic de alīs ſz finis rei ē fructus ei⁹: ḡ frui ē potētie cuiuslibet ⁊ nō solū appetitiue. ¶ Preterea fruitio delectionē q̄ndā ꝓportat: ſz delectatio sensibilis ptinet ad sensuz q̄ delectat in suo obiecto: ⁊ eadē rōne delectatio intellectualis ad intellectū: ergo fruitio ptinet ad apprehēsiuā potentiā: ⁊ nō ad appetitiuā. ¶ Sz ꝯ ē qđ aug. dicit in ꝓmo de doc. xpi. ⁊ in. x. de tri. Frui ē amore inhērē alicui rei ꝓpter seipsaz: ſz amor ptinet ad appetitiuā potētiā: ergo ⁊ frui ē actⁿ appetitiue potētie. ¶ Rndeo dicendū ꝙ fruitio ⁊ fructⁿ ad idē ptinē vident: ⁊ vnū ex altero deriuari: q̄ tū aūt ad hoc nihil ad ꝓpositū refert nisi q̄ hoc ꝓbabile videt ꝙ id quod magis est manifestū pri⁹ etiā fuerit notatū. Sūt aūt nobis ꝓmo manifesta q̄ sūt sensibilia magis: vñ a sēsibilib⁹ fructib⁹ nomē fruitōis deriuatū videt. Fructⁿ aūt sensibilis ē id ꝙ vltimū ex arbore expectat: ⁊ cū q̄dā suauitate ꝓcipitur: vñ fruitio ptinē videt ad motē uel delectatōez quā aliqs h3 de vltimo expectato: quod ē finis: finis aūt ⁊ bonū est obiectū appetitiue potētie: vñ manifestū est ꝙ fruitio est actⁿ appetitiue potētie ¶ Ad ꝓmū ḡ dicendū ꝙ nihil ꝓhibet vnū ⁊ idez ſm diuersas rōnes ad diuersas potētias ptinere: ipsa igit visio dei inquantū est visio est actⁿ intellectus: inquantū aūt est bonū ⁊ finis ē volūtatis obiectū: ⁊ hoc mō est ei⁹ fruitio: ⁊ finē hūc intellect⁹ cōsequit tanq̄ potētia agēs: volūtas aūt tanq̄ potētia mouēs ad finē: ⁊ fruēs fine iā adepto. ¶ Ad 2ᵐ dicendū ꝙ pfectio ⁊ finis cuiuslibet alteri⁹ potētie ptinet sub obiecto appetitiue sicut ꝓpriū sub cōi: ut dictū est. ā. vñ pfectio ⁊ finis cuiuslibet potētie inquantū est quoddā bonū: ptinet ad appetitiuā: ꝓpter quod appetitiua potētia mouet alias ad suos fines ⁊ ipsa ꝓsequit finē q̄ñ q̄libet alia ꝓtingit ad finē. ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ in dilectatione duo sūt. s. ꝓceptio ꝓueniētis: q̄ ptinet ad apprehēsiuā potentiā: ⁊ cōplacētia ei⁹ quod offert ut cōue-

niens: ⁊ hoc pertinet ad appetitiuā potentiaz: in quo ratio delectationis cōpletur.

D secundū sic pro

ditur. Videt ꝙ frui solūmodo sit hominū. dicit enī aug. i ꝓmo de doc. xp̄i ꝙ nos hoies sum⁹ q̄ fruimur ⁊ vtimur: non ḡ alia aialia frui pñt. ¶ Preterea frui est vlti finis. sz ad vltimū finē nō pñt ptingē bruta aialia: ḡ eoꝝ nō ē frui. ¶ Preterea sicut appetit⁹ sensitiu⁹ est sub intellectiuo: ita appetit⁹ nālis est sub sensitiuo: si igit frui ptinet ad appetitū sensitiuū: videt ꝙ pari rōne possit ad nālez ptinē: qō pz eē falsū: qz ei⁹ nō est delectari: ḡ appetit⁹ sensitiui nō ē frui: ⁊ ita nō pueniet bruta aialib⁹. ¶ Sz cōtra est qō aug. dicit in li. 83. q. Frui quidē cibo ⁊ q̄libet corpali voluptate nō absurde existimant ⁊ bestie. ¶ Respōdeo dicendū ꝙ sicut ex p̄dictis hēt: frui nō ē act⁹ potētie pueniētis ad finē sicut exequētis: sz potentie iperatis executionē: dictū ē enī ꝙ est appetitiue potētie. In rebus aūt cognitōe carētib⁹ inuenit q̄dē potētia pertingēs ad finē p modū exequētis: sicut grauitēdit deorsū: ⁊ leue sursum. Sz potētia ad quā ptinet finis p modū imperātis nō inuenit in eis: sz in aliq̄ superiori natura q̄ sic mouet totā naturā p imperiū sicut in hñtib⁹ cognitionē appetit⁹ mouet alias potētias ad suos act⁹: vñ manifestū est ꝙ in his q̄ cognitione carēt q̄ uis ptingāt ad finē: nō inuenit fruitio finis: sz solū in his q̄ cognitionē hñt: sed cognitio finis est duplex: pfecta ⁊ impfecta. Perfecta q̄dem q̄ nō solū cognoscit id qō est finis ⁊ bonū: sed rō vltis finis: ⁊ boni ⁊ talis cognitio est solius rōnalis nature. Impfecta aūt cognitio est q̄ cognoscit particulariter finis ⁊ bonū: ⁊ talis cognitio est in brutis aialib⁹: quoꝝ ⁊ virtutes appetitiue nō sūt imperātes libere: sz fm nālem instinctū ad ea q̄ apphendūt mouent: vñ rōnali nature pueniet fruitio fm rōnez perfectā: brutis autem aialibus fm rationem impfectā: aliis autem creaturis nullo mō.

¶ Ad ꝓmū ergo dicendū ꝙ aug. loquit de fruitione pfecta. ¶ Ad secundū dicendū ꝙ nō oportz ꝙ fruitio sit vltimi finis simplr: sz ei⁹ quod habet ab vnoquoq; ꝓ vltimo fine. ¶ Ad tertiuz dicendū ꝙ appetitus sensitiuus consequit aliquā cognitionē: nō aūt appetit⁹ naturalis: p̄cipue ꝑut ē i his que cognitiōe carēt. ¶ Ad 4ᵐ dō. ꝙ aug. ibi loquitur de fruitōe impfecta: qō ex ipso mō loquēdi apparet. dicit enī ꝙ frui nō adeo absurde existimant ⁊ bestie. s. sicut vti absurdissime dicerentur.

D tertium sic pro

cedit. Videtur ꝙ frui nō sit tm̄ vltimi finis. dicit enī apl̄s ad philemonē fratrem. Itaq; frater ego te fruar in dño: sed manifestū est ꝙ paul⁹ nō posuerat vltimū finē suū i boie: ḡ frui nō tm̄ est vltimi finis. ¶ Preterea fructus est q̄ aliq̄s fruit: sz apl̄s dicit ad gal. 5°. Fruct⁹ spūs est charitas gaudiū pax ⁊ huiusmodi: q̄ nō hñt rōnem vltimi finis: non ḡ fruitio est tm̄ vltimi finis. ¶ Preterea actus volūtatis supra seipsos reflectuntur. volo enim me velle: ⁊ amo me amare: sed frui est actus volūtatis. volūtas enim est per quā fruimur: ut augusti. dicit. x. de tri. ergo aliquis fruitur sua fruitiōe: sed fruitio nō est vltimus finis hominis: sed solum bonū increatū quod est deus: nō ergo fruitio est solum vltimi finis. ¶ Sed cōtra ē ꝙ aug. dicit. x. de trini. ꝙ non fruitur si quis id qō in facultatē volūtatis assumit ꝓpter aliud appetit sed solū vltimus finis est qui nō ꝓpter aliud appetitur: ergo solius vltimi finis est fruitio. ¶ Respō deo dicendū ꝙ sicut dictum est: ad rationē fruct⁹ duo pertinēt. s. ꝙ sit vltimū ⁊ ꝙ appetitū quietet q̄ dam dulcedine uel delectatōe. vltimū autē est simpliciter: ⁊ fm quid. simpliciter quidē quod ad aliud nō refertur: sed fm quid quod est aliquoꝝ vltimum: quod ergo est simpliciter vltimū in quo aliquid delectatur: sicut in vltimo fine: hoc quippe ꝓpie dicit fructus ⁊ eo ꝓpie dicit aliquis frui: qō aūt in seipso non est delectabile: sed tm̄ appetit in ordine ad aliud: sicut potio amara ad sanitatem: nullo modo fructus dici potest: quod autem in se habet quandā delectationē ad quā quedaz precedentia referunt: potest quidem aliquo modo dici fructus: sed nō ꝓpie: ⁊ fm cōpletā rōnez fructus eo dicimur frui. vñ aug. i. x. de trini. dicit ꝙ fruimur cognitione in quib⁹ volūtas delectata quiescit: non autem quiescit simpliciter nisi in vltimo: qz q̄ diu aliquid expectat motus volūtatis remanet in suspenso: lz iam ad aliquid peruenerit: sicut in motu locali: lz illud quod est mediū in magnitudine sit p̄incipiū ⁊ finis: nō tamē accipitur vt finis in actu nisi quādo in eo quiescit. ¶ Ad ꝓmuz ḡ dō: ꝙ sicut augusti. dicit in ꝓmo de doct. chr̄istiana. Si dixisset te fruar: ⁊ nō addidisset in dño: videret finem delectationis in eo posuisse: sed quia addidit in dño: in dño posuisse finez atq; in eo se frui significauit: ut sic fratre se frui dixerit non tanq̄ termino sed tanq̄ medio. ¶ Ad secundū dicendū ꝙ fructus aliter comparat ad arborē ꝓducentē: ⁊ alr ad hoiem fruentē: ad arborē quidē ꝓducentē comparat ut effectus ad causaz: ad fruentē aūt sicut vltimū expectatū ⁊ delectās: dicūtur igit ea que enumerat ibi apl̄s fructus: quia sunt effectus quidam spiritus sancti in nobis: vnde ⁊ fructus spūs dicūtur: nō autem ita ꝙ eis fruamur tanq̄ vltimo fine. Uel aliter dicendū ꝙ dicūtur fructus fm ambro. quia ꝓpter se petēda sunt: non quidem ita ꝙ ad beatitudinem non referant: sed quia in seipsis habent vnde nobis placere debeāt. ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ sicut. s. dictū ē: finis dicit dupliciter. vno modo ipsa res. alio modo adeptio rei: que quidē nō sunt duo fines: sed vn⁹ finis in se ꝑsideratus ⁊ alteri applicatus: de igitur est vltim⁹ finis sicut res que vltimo queritur: fruitio aūt sicut adeptio huius vltimi finis: sicut igit nō ē aliud finis de⁹ ⁊ fruitio dei ita eadē rō fruitōis est q̄ fruimur deo: ⁊ q̄ fruimur diuina fruitōe: ⁊ eadē rō est de bitudine creata: que in fruitione consistit.

D quartuz sic pro

cedit. Videt q fruitio nō sit nisi finis habiti. dicit eni Aug. x. de tri. q frui est cum gaudio vti nō ad huc spei sed iam rei: sed q̄ diu nō habetur: non est gaudium rei: sed spei: ergo nō est nisi finis habiti. ¶ Preterea sicut dictum est: fruitio nō est ꝓpter nisi vltimi finis: q2 solus vltim9 finis quietat appetitum: sed appetit9 nō quietatur nisi in fine ita3 habito: ergo fruitio ꝓpter loquēdo non est nisi finis habiti. ¶ Preterea frui est capere fructū: sed nō capitur fructus nisi qñ iā finis habet: ergo fruitio nō est nisi finis habiti. ¶ Sed ꝓtra frui est amore inherere alicui rei ꝓpter seipam. ut Aug. dicit: sz hoc ꝓt fieri ēt de re ñ habita: g̃ frui ꝓtēē ēt finis ñ habiti. ¶ Rñ. dō. q frui ipoztat ꝓpationē quādā volūtatis ad vltimū finē: fm q voluntas hz aliqd ꝓ vltimo fine. Habet aūt vltimus finis duplr. vno modo pfecte: z alio mō ipfecte. Perfecte q̄dē qñ habet nō solū in intētiōe: sz etiā in re. ipfecte ät qñ habet in intētiōe tm̄. Est g̃ pfecta fruitio iā hīti finis realiter: sz ipfecta est etiā finis nō hīti realiter sz in intentiōe tm. ¶ Ad ꝑmū ergo dō. q aug. loquit de fruitiōe pfecta. ¶ Ad scdm dō q ḡes volūtatis duplr ipedit. Uno mō ex pte obiecti: q2. s. nō est vltim9 finis: sz ad aliud ordinat. alio mō ex pte appetētis finē qui nōdū adipiscit. obiectū aūt est qđ dat spēm actui: sz ab agēte dependet modus agēdi: vt sit pfect9 vel ipfect9 fm ꝓditionē agentis z iō eius qđ nō est vltim9 finis fruitio est ipzopria quasi deficiēs a specie fruitiōis. Finis aute vltimi nō habiti est fruitio ꝓpria quidē: sed imꝑfecta pp ipfectū modū habēdi vltimū finē. ¶ Ad tertium dō. q finē accipe vel habere dicit aliqs nō solū sz rē sz etiā fm intētionē vt dictū est. Questio. xij.

Einde cōsidē

randū est de intentione. Et circa hoc querūtur quinq̄. Primo vtr intētio sit act9 intellectus vel voluntatis. 2°. vtr sit tantū finis vltimi 3°. vtrū aliquis possit simul duo intendere. 4°. vtrū intentio finis sit idē actus cum voluntate eius qđ est ad finē. 5°. vtrum intentio cōueniat bzutis aialibus.

¶ primum sic ꝓz

cedit. Videt q intentio sit actus intellectus z non volūtatis. dicitur enim Matth. 6°. Si oculus tuus fuerit simplex: totuz coꝛpus tuum lucidum erit. vbi per oculum significatur intentio: vt dicit Aug. in li. de ser. do. i mō. sed oculus cuz sit instrumentū visus significat apprehensiuā potentiā: ergo intentio non est actus appetitiue potentie: sed apphēsiue. ¶ Preterea ibidē Aug. dicit: q intentio lumē uocat a oño ubi dicit. si lumē qđ in te ē tenebre sunt tē. sz lumē ad cognitionē ptinet: ergo intentio. ¶ Preterea itē tio designat ordinatiōez quādā in finē: sz ordiare est rōnis: ergo intētio nō ptinet ad uolūtatē: sz ad rōnem. ¶ Preterea act9 uolūtatis nō ē nisi finis uel eoꝛ q̄ sūt ad finē: sz act9 uolūtatis respectu finis uocat uolūtas seu fruitio. respectu aūt eoꝛ q̄ sunt ad finē est electio: a quibus differt intētio. g̃ intentio nō est actus volūtatis. ¶ Sed cōtra est q aug. dicit in. x. de tri. q volūtatis intētio copulat coꝛpus visum visui: z similiter spēm in memoria existentē ad aciē animi interius cogitantis: est igitur intentio actus volūtatis. ¶ Rñ. dicendū. q intentio sicut ipm nomē sonat: significat in aliud tēdere. in aliqd aūt tendit z actio mouētis z motus mobilis. sz hoc q mot9 mobilis in aliqd tendit ab actiōe mouētis ꝓcedit: vñ intētio ꝑmo z ꝓncipaliter ptinet ad id qō mouet ad finē: vñ dicimus architectoꝛē z oēm ꝑcipiētez mouere suo iperio alios ad id ad qō ipse tendit. volūtas aūt mouet oēs alias vires aie ad finem vt ē habitū est: vñ manifestū est q intentio ꝓpie est actus volūtatis. ¶ Ad ꝑmū g̃ dicendū. q intentio nō ponit oculus metaphoꝛice: nō q2 ad cognitionē ptinet: sed q2 cognitionē ꝓsupponit: per quā ꝓponit volūtati finis ad quē mouet: sicut oculo ꝓuidem9 quo tendere coꝛporaliter debeam9. ¶ Ad scdm dō. q intentio dicitur lumen: q2 manifesta est intendēti: vñ z opera dicūtur tenebre: q2 hō scit qđ intēdit: sed nescit qđ ex ope sequatur: sicut aug. ibidem exponit. ¶ Ad tertiū dō. q volūtas quidē nō ordinat: sed tm̄ in aliquid tendit fm ordinē rōnis. vnde hoc nomē intētio notat actū volūtatis ꝓsupposita ordinatione rōnis ordinātis aliquid in finē. ¶ Ad q̄rtū dicendū. q intentio est actus volūtatis respectu finis: sed volūtas respicit finē tripliciter. Uno mō absolute: z sic dicit volūtas ꝓut absolute volum9 vel sanitatē: vl si qđ aliud est huiusmodi. Alio mō cōsideraī finis fm q in eo quiescitur: z hoc mō fruitio respicit finē. Tertio mō ꝓsideraī finis fm q est termin9 alicuius qō in ipm ordinat: z sic intentio respicit finē: nō eni solū ex hoc intendere dicimur sanitatē q2 volum9: sed q2 volum9 ad eam per aliquid aliud peruenire.

¶ secundū sic ꝓz

cedit. Videt q intentio sit tantum vltimi finis, dicit eni in li. sniaz. Prosperi. Clamoz ad deū est intentio coꝛdis. sed deus est vltim9 finis humani coꝛdis: ergo intentio semper respicit vltimum finez. ¶ Preterea intentio respicit finem fm q est terminus vt dictuz est: sed termin9 habet rōnē vltimi finis: ergo intentio semper respicit vltimū finem. ¶ Preterea sicut intētio respicit finē: ita z fruitio: sed fruitio semper est vltimi finis: ergo z intentio. ¶ Sed ꝑ vltim9 finis humanarū voluntatum est vnus. s. beatitudo: vt supza dictum est. si igitur intentio esset tantū vltimi finis: non essent diuerse hominuz intentiones: quod patet esse falsum. ¶ Rñ. dō. q sicut dictum est: intentio respicit finem fm q est termin9 motꝰ respectu volūtatis: in motu aūt pōt accipi termin9 duplicit. Uno mō ipse termin9 vltim9 in q̄ desciscitur: qui est termin9 totius motus. Alio mō aliqō medium quod est ꝓncipiuz vnius ptis motus z

finis uel terminus alterius: sicut in motu quo itur de .a. in .c. per .b. c. est terminus ultimus .b. aũt terminus: sed non ultimus: ⁊ utriusq; pot esse intentio: unde ⁊ si semp sit finis: nõ tñ oportet q; semp sit ultimi finis. ¶ Ad pmũ ergo dõ q; intẽtio cor dis dicit clamor ad deum: nõ q; deꝰ sit obiectũ intentiõis semp: sed qr est intentõis cognitor: uel qr cum oramꝰ intentionẽ nostrã ad deũ dirigimꝰ: q; quidẽ intentio uim clamoris hz. ¶ Ad scõz dõ q; terminꝰ hz rõnẽ ultimi finis: sed non semp ultimi respectu totius: sed qñq; respectu alicuius ptis. ¶ Ad tertiũ dõ q; fruitio importat quidẽ quietez que est in fine: quod ptinet solũ ad ultimũ finem: sed intentio importat motũ in finẽ: nõ aũt in quietem: unde non est ſmilis ratio.

❡ tertium sic pro

ceditur. Uidetur q; nõ possit aliquis simul intendere plura. dicit enim aug. in li. de ser. do. in monte: q; nõ pot homo simul intendere deum ⁊ cõmodũ corpale: ergo pari rõne neq; aliq; alio duo. ¶ Preterea intẽtio notat motũ uolũtatis ad terminũ: sed uniꝰ motꝰ nõ possũt esse plures termini ex una pte. ergo uolũtas non pot simul multa intendere. ¶ Preterea intentio pſupponit actũ rõnis siue intellectꝰ: ſz nõ ptingit simul plura intelligere ſm phm: ergo etiã neq; cõtingit simul plura intendere. ¶ Sed ꝯ ars imitat naturã: sed natura ex uno instrumẽto intendit duas utilitates: sicut lingua ordinat ad gustum ⁊ ad locutionez. ut dicitur in .3°. de aĩa: ergo pari rõne ars uel rõ pot simul aliquid unũ ad duos fines ordinare: ⁊ ita pot aliquis simul plura intendere.

¶ Rñ. dicẽdum q; aliqua duo possunt accipi dupliciter: uel ordinata adinuicẽ: uel nõ ordinata: ⁊ siquidẽ adinuicẽ fuerint ordinata: manifestũ est ex pmissis q; homo pot simul multa intendere. Est enim intentio nõ solum finis ultimi: ut dictũ est: sed etiã finis medij: simul aũt intendit aliquis ⁊ finem pximũ ⁊ ultimũ: sicut cõfectionẽ medicine ⁊ sanitatẽ. Si aũt accipiãtur duo adinuicẽ nõ ordinata sic etiã simul bõ pot plura intendere: quod patet ex hoc q; homo unũ alteri peligit: qr meliꝰ est altero. Inter alias aũt cõditiões quibꝰ aliq̃d est melius altero: una est q; ad plura valet: uñ pot aliq̃d peligi alteri ex hoc q; ad plura valet: ⁊ sic manifeste homo simul plura intendit. ¶ Ad primũ g̃ dõ q; Aug. intelligit hoiem nõ posse simul deũ ⁊ pmodũ tpale intẽdere: sicut ultimos fines. qr ut supra oñsum est: nõ pñt esse plures fines ultimi uniꝰ hominis. ¶ Ad scõz dõ. q; unius motus pñt ex una pte esse plures termini si unus ad aliũ ordinetur: sed duo termini adinuicẽ nõ ordinati ex una pte unius motus esse nõ pñt. Sed tñ ꝓsiderãdũ est: q; id qõ nõ est unum ſm rem pot accipi ut unuz ſm rõnem. Intentio aũt est motus uoluntatis in aliquid pordinatũ in rõne: sicut dictũ est: ⁊ ideo ea q; sunt plura ſm rem pñt accipi ut unus terminꝰ intentionis ꝓut sunt unum ſm rõnẽ: uel qr aliq̃ duo cõcurrunt ad integrandũ aliquid unũ: sicut ad sanitatem ꝓcurrunt calor ⁊ frigus ꝓmensurata: uel qr aliqua duo sub uno cõi cõtinẽtur qõ pot esse intentũ: puta acquisitio uini ⁊ uestis cõtinet sub lucro sicut sub quodã cõi: unde nihil ꝓhibet quin il le qui intendit lucrum simul hec duo intendat.

¶ Ad tertium dõ q; sicut in primo dictũ est cõtingit simul plura intelligere inq̃tũ sunt aliq̃ mõ unũ

❡ quartuz sic pro

ceditur. Uidet q; nõ sit unus ⁊ idem motus intentio finis: ⁊ uolũtas eius qõ est ad finẽ. dicit enim Aug. in .x°. de tri. q; uoluntas uidendi feneſtrã finez hz feneſtre uisionẽ: ⁊ altera est uoluntas per feneſtrã uidendi transeũtes sed hoc ptinet ad itẽtionẽ q; uelit uidere trãseũtes per feneſtrã: habet aũt ad uoluntatẽ eius quod ẽ ad finẽ q; uelim uidere feneſtrã: ergo alius est motus uoluntatis intentio: ⁊ alius uoluntas eius qõ est ad finẽ. ¶ Preterea actus distinguũtur ꝓz obiecta: sed finis ⁊ id qõ est ad finẽ sunt diuersa obiecta: ergo alius motus uolũtatis est intentio finis ⁊ uolũtas eius quod est ad finẽ. ¶ Preterea uoluntas eius quod est ad finẽ dicit electio: sed non est idem electio ⁊ intentio: ergo nõ est idem motꝰ intentio finis cum uoluntate eius quod est ad finem. ¶ Sed ꝯ est q; id quod est ad finez se hz ad finẽ ut mediũ ad terminũ: sed idẽ motus est qui p mediũ transit ad terminũ in rebus naturalibꝰ: ergo ⁊ in rebus uolũtarijs idem motus est intentio finis ⁊ uolũtas eiꝰ qõ est ad finẽ. ¶ Rñ. dõ q; motus uolũtatis in finẽ ⁊ in id quod est ad finez pot ꝓsiderari dupliciter. Uno modo ſm q; uolũtas in utrũq; fertur absolute ⁊ ſm se: ⁊ sic sunt simpliciter duo motus uolũtatis in utrũq;. Alio mõ pot cõsiderari ꝓz q; uoluntas fertur in id qõ est ad finẽ ꝓpter finẽ: ⁊ sic unus ⁊ idem subiecto motus uolũtatis ẽ tendẽs ad finẽ ⁊ id qõ est ad finẽ. Cũ enim dico uolo medicinã ꝓpter sanitatẽ nõ designo nisi unũ motũ uolũtatis: cuius rõ est: qr finis rõ est uolendi ea que sunt ad finẽ: idẽ aũt actus cadit super obiectũ ⁊ sup rõnem obiecti: sicut eadẽ uisio est coloris ⁊ luminis: ut supra dictũ est: ⁊ est simile de intellectu: qui si absolute ꝑncipiũ ⁊ ꝓclusionẽ cõsideret: diuersa est consideratio utriusq;: in hoc aũt q; cõclusioni ꝓpter ꝑncipia assentit ẽ unꝰ actus intellectus tm. ¶ Ad primũ g̃ dõ. q; aug. loq̃tur de uisione feneſtre: ⁊ uisiõe trãseũtiũ per feneſtram ſm q; uolũtas in utrũq; absolute fertur.

¶ Ad scõm dõ. q; finis inquãtum est res quedaz est aliud uolũtatis obiectũ q; id qõ est ad finẽ: sed inquãtum est rõ uolendi id qõ est ad finẽ est unuz ⁊ idem obiectuz. ¶ Ad tertiũ dõ., q; motꝰ qui est unus subiecto pot rõne differre ſm principiũ ⁊ finem: ut ascensio ⁊ descensio. sicut dicit in .3°. phicoꝝ. sic igit inquãtũ motus uoluntatis fert in id qõ est ad finẽ ꝓut ordinatur ad finẽ est electio: motus aũt uoluntatis qui fertur in finẽ ſm q; acquiritur per ea que sunt ad finem uocatur intentio: cuius signum est q; intentio finis esse potest: etiã nõdũ determinatis his q; sunt ad finẽ: quoꝝẽ electio

ℬ quintū sic pro

ceditur. Videt q̄ bruta aialia intendant finē. natura enim in his que cognitiōe carent magis distat a rōnali natura q̄ natura sensitiua: que est in aialibus brutis: sed natura intendit finem etiam in his que cognitiōe carēt vt probat in .2°. phicorum. ergo multomagis bruta aialia intendunt finem. ℂ Preterea sicut intentio est finis ita ⁊ fruitio: sed fruitio cōuenit brutis aialibus: vt dictum est: ergo ⁊ intentio. ℂ Preterea eius intendere finem cuius est agere ꝓpter finem: cum intendere nihil sit nisi in aliud tendere sed bruta aialia agunt ꝓpter finem. mouet enim animal vel ad cibum querendū: vel ad aliquid huiusmodi: ergo bruta aialia intendunt finē. ℂ Sz cōtra intentio finis importat ordinationē alicui° in finez quod est rōnis: cum igitur bruta aialia nō habeant rōnem: videtur q̄ non intendant finem. ℂ Rñ. dō. q̄ sicut supra dictum est: intendere est in aliud tendere: quod quidem est ⁊ mouentis ⁊ moti. Fm quidem igitur q̄ dicitur intendere finez id quod mouet ad finem ab alio: sic natura dicit intendere finē quasi mota ad suum finem a deo: sicut sagitta a sagittante: ⁊ hoc modo etiam bruta aialia intendunt finem inquātū mouent instinctu naturali ad aliquid. Alio modo intendere finem est mouentis: prout. s. ordinat motum alicuius: vel sui vel alterius in finem: quod est rōnis tm: vnde per hunc modū bruta non intendūt finem: quod est ꝓprie ⁊ principaliter intendere: vt dictum est. ℂ Ad primum igr dō q̄ ratio illa ꝓcedit fm q̄ intēdere est eius quod mouet ad finez. ℂ Ad secūdū dō q̄ fruitio non importat ordinationē alicui° in aliquid sicut intentio: sed absolutam quietem in fine. ℂ Ad tertiū dō. q̄ bruta animalia mouentur ad finem: non quasi cōsiderātia q̄ per motū suū possunt cōsequi finem quod est ꝓprie intendere: sed quasi concupiscentes finem naturali instinctu mouentur ad finem quasi ab alio mota: sicut ⁊ cetera que mouent naturaliter.

Questio decimatertia.

ℬ insequēter

Cōsiderādū est de actibus voluntatis qui sunt in cōparatione ad ea que sunt ad finē ⁊ sunt tres: eligere: pscentire ⁊ vti: electionez aūt ꝓcedit cōsilium. Primo ergo considerandū est de electione. Scdo de cōsilio. Tertio de consensu. Quarto de vsu. Circa electionez querūtur sex. Primo cuius potētie sit actus vtr voluntatis vel rōnis. Scdo vtrum electio cōueniat brutis aialibus. Tertio vtrum electio sit solū eorum que sunt ad finem: vel etiam quādoq̄ finis. Quarto vtruz electio sit tantū eorū que sunt per nos agunt. Quinto vtrum electio sit solum possibilium. Sexto vtrum homo ex necessitate eligat vel libere.

ℬ primum sic pro

cedit. Videt q̄ electio nō sit act° voluntatis sed rōnis. electio enī collationem quādā importat q̄ vnū alteri ꝓfertur: sz cōferre est rōnis: g̃ electio rōnis. ℂ Preterea eiusdē ē syllogizare ⁊ ꝓcludere. syllogizare aūt in opabilibus est rōnis: cum igit electio sit quasi cōclusio in opabilib°. vt dicit in. 7. ethi. videt q̄ sit act° rōnis ℂ Preterea ignorātia nō ptinet ad voluntatem sed ad vim cognitiuā. est aūt quedā ignorātia electionis: vt dicit in. 3. ethi. ergo videt q̄ electio nō ptineat ad voluntatē: sed ad rōnē. ℂ Sed contra est qđ phs dicit in. 3°. ethi. q̄ electio est desideriuz eoz que sunt in nobis: desiderium aūt est actus voluntatis. ergo ⁊ electio. ℂ Rñdeo dō q̄ in nomie electiōis importatur aliq̄d ptinēs ad rōnem siue ad intellectū: ⁊ aliq̄d ptinens ad voluntatez. dicit enī phs i. 6. ethi. q̄ electio ē appetitiu° itellect°: vl appetit° itellectiu°. q̃cūq̄z aūt duo ꝓcurrūt ad aliq̄d vnū ꝓstituēdū. vnū coz ē vt formale respectu alteri°. vñ Greg. nicen° dicit q̄ electō neq̄ ē appetitus fm seipam neq̄ consiliū solum: sed ex his aliquod compositū. sicut enī dicim° aial ex anima ⁊ ex corpore cōpositum esse fm seipm: neq̄ aiam solam: sed vtrūq̄: ita ⁊ electionē. Est autē considerandū in actibus aīe: q̄ act° qui est eēntialiter vni° potentie vel habitus: recipit formaz ⁊ speciē a supiori potentia vel habitu fm q̄ ordinatur inferius a superiori. si enī aliquis actus fortitudinis exerceat ꝓpter dei amorē: act° quidem ille materialiter est fortitudinis: formaliter vero charitatis. ℂ Manifestū est aūt q̄ rō quodammodo volūtatem precedit ⁊ ordinat actum eius: inquantū. s. voluntas in suum obiectum tendit fm ordinē rōnis: eo q̄ vis apphensiua appetitiue suum obiectū repūtat: sic igit ille actus quo voluntas tendit in aliquid qđ ꝓponitur vt bonū ex eo q̄ per rōnē est ordinatū ad finem: materialiter quidē est volūtatis: formaliter aūt rōnis. in huiusmodi autē substātia actus māliter se habet ad ordinē q̄ iponit a supiori potētia: ⁊ iō electio sbātialiter nō est actus rōnis: sed volūtatis. pficit. n. electio in motu quodā aīe ad bonuz qđ eligit: vñ manifeste act° est appetitiue potētie. ℂ Ad pmū g̃ dō q̄ electio importat collationē quādā p̄cedētem nō q̄ eēntialiter sit ipsa collatio. ℂ Ad scom dō. q̄ cōclusio syllogismi que fit in opabilibus ad rōnem ptinet: ⁊ dicit snia vel iudiciū: quaz sequit electio: ⁊ ob hoc ipsa conclusio ptinere videt ad electionē tanquā ad pñs. ℂ Ad tertiū dō q̄ ignorantia dicitur esse electionis: non q̄ ipa electio sit sciētia: sed qz ignoratur quid sit eligendum.

ℬ secundū sic pro

cedit. Videtur q̄ electio brutis aialibus ꝓueniat. electio enī est appetitus aliquoz ꝓp finē. vt dicit in. 3. ethi. sed bruta aialia appetūt aliquid ꝓpter finē. agunt enī ꝓpter finez ⁊ ex appetitu. g̃ i brutis aialib° ē electō. ℂ Pretē

ipm nomẽ electionis significare videt q aliqd p̃ alijs accipiatur: sed bruta animalia accipiunt aliquid pre alijs: sicut manifeste apparet q ouis vnã herbã comedit aliã refutat: ergo in brutis aialib⁹ est electio. ¶ Preterea vt dicit in. 6. ethi. ad prudentiã ptinet q aliqs bñ eligat ea q̃ sũt ad finẽ: sed prudẽtia puenit brutis aialibus: vñ dicit in pncipio metaph. q prudẽtia sunt sine disciplina q̃cunq; sonos audire nõ possibilia sunt: vt apes. ⁊ hoc etiã sensui manifestũ videt. apparẽt eni mirabiles sagacitates in opibus aialiũ: vt apũ ⁊ arancarum ⁊ canũ. canis eni insequẽs ceruũ si ad triuiũ venerit: odoratu quidẽ explorat an ceruus primã vel secundam viã trãsiuerit: q si inuenerit nõ trãsisse iam securus p tertiã viã incedit vt explorãdo q̃si vtẽs syllogismo diuisiuo: quo cõcludi possit ceruũ per illã viã incedere ex quo nõ icedit p alias duas: cũ nõ sint plures: q̃ videt q electio brutis aialib⁹ cõueniat. ¶ Sed ꝯ est q Greg. nicen⁹ dicit: q pueri ⁊ irrõnalia volũtarie quidẽ faciũt: nõ tñ eligẽtia. ergo in brutis aialibus nõ est electio. ¶ Rñ. dõ q cũ electio sit pacceptio vnius respectu alteri⁹ necesse est q electio sit respectu pluriũ q̃ eligi pñt: ⁊ ideo in his q̃ sunt penit⁹ determinata ad vnũ electio locũ non hz. Est aũt dria inter appetitũ sensitiuũ ⁊ volũtatẽ: q⁹ vt ex p̃dictis pz: appetit⁹ sensitiu⁹ est determinat⁹ ad vnũ aliqd pticulare sz ordinẽ nature. volũtas aũt est fm nature ordinẽ determinata ad vnũ cõe qđ est bonũ: sz indetermiate se hz respectu pticulariũ bonoꝝ: ⁊ iõ ꝓprie voluntatis est eligere: nõ aũt appetit⁹ sensitiui q̃ sol⁹ est i brutis aialib⁹: ⁊ pp hoc brutis aialib⁹ electio nõ cõuenit. ¶ Ad p̃m̃ q̃ dicendũ q nõ ois appetitus alicui⁹ ꝓpter finẽ vocat electio: sz cũ quadã diserectiõe vni⁹ ab altero: q̃ locũ habere nõ potest nisi vbi appetitus pot ferri ad plura. ¶ Ad scdm dõ. q brutũ aial accipit vnũ p alio: q⁹ appetit⁹ ei⁹ est nãliter determinat⁹ ad ipm: vñ statim qñ p sensum vel p imaginationẽ repñtat sibi aliqd ad qđ nãliter inclinat: eius appetit⁹ absq; electione mouetur ad ipm: sicut etiã absq; electiõe ignis mouetur sursum ⁊ nõ deorsũ. ¶ Ad tertiũ dõ q sicut dicitur in. 3. phisycoꝝ. ¶ Mot⁹ est act⁹ mobilis a mouente. ⁊ iõ virtus mouẽtis apparet in motu mobilis: ⁊ ꝑp hoc in oibus q̃ mouẽt a rõne apparet ordo rõnis mouẽtis: lz ipa q̃ a rõne mouent rõnẽ nõ habeãt: sic eni sagitta directe tendit ad signum ex motiõe sagittãtis: ac si ipsa rõnẽ haberet dirigentẽ: ⁊ idẽ apparet i motib⁹ horologioꝝ ⁊ oiuz ingenioꝝ hũanoꝝ que arte fiunt. Sicut aũt ꝓparant artificialia ad artẽ hũanã: ita cõparãtur oia naturalia ad artẽ dinã. ⁊ ideo ordo apparet i his q̃ mouẽtur fm nãm: sicut ⁊ in his q̃ mouẽtur fm artẽ. vt dicit in 2°. phicoꝝ: ⁊ ex hoc cõtingit q in opibus bruto⁹ aialiũ apparent q̃dã sagacitates inq̃tũ habẽt inclinationẽ nãlẽ ad quosdã ordinatissimos ꝓcessus: vtpote a sũma arte ordinatos. ⁊ ꝓpter hoc etiã q̃dã aialia dicũtur prudẽtia vel sagacia: nõ q in eis sit aliqua rõ vel electio: qđ ex hoc apparet q omnia que sunt vnius nature similiter operantur.

¶ tertium sic pro

cedit. Videt q electio ñ sit tñ eoꝝ q̃ sũt ad finẽ. dicẽ eni phs i. 6. ethi. q electionẽ rectaz facit virt⁹: q̃cunq; aũt illi⁹ gratia nata sũt fieri nõ sũt virtutis sz alteri⁹ potẽtie: illud aũt cui⁹ gratia fit aliqd est finis: ergo electio est finis. ¶ Preterea electio ipoꝛtat pacceptionẽ vni⁹ respectu alteri⁹ sz sicut eoꝝ q̃ sunt ad finẽ vnũ pot pacipi alteri: ita etiã diuersoꝝ finiũ: ergo electio pot cẽ finis sic ⁊ illoꝝ q̃ sunt ad finẽ. ¶ Sed ꝓtra est q phs dicit in. 3°. ethi. q volũtas est finis: electio aũt eoꝝ que sunt ad finẽ. ¶ Rñ. dõ. q sicut iaz dictũ est: electio cõsequitur snia vel iudiciũ qđ est sicut cõclusio syllogismi opatiui: vñ illud cadit sub electiõe quod se hz vt cõclusio in syllogismo opabiliũ: finis aũt in opabilib⁹ se hz vt pncipiũ ⁊ non vt pclusio vt phs dicit i 2°. phicoꝝ. vñ finis inq̃tũ est huiusmodi nõ cadit sub electiõe: sz sicut in specularuis nihil ꝓhibet id qđ est vni⁹ demõstratiõis vel sciẽtie pncipiũ esse pclusionẽ alteri⁹ demõstratiõis vel scie: pmũ tñ pncipiũ in demõstrabile nõ pot esse pclusio alicui⁹ demõstratiõis vel scie: ita etiã contingit id qđ est in vna opatiõe vt finis ordinari ad aliqd vt ad finẽ: ⁊ hoc mõ sub electiõe cadit: sicut in opatiõe medici sanitas se hz vt finis: vñ hoc ñ cadit sub electiõe medici: sed hoc supponit tanq̃ pncipiũ: sed sanitas corpis ordinat ad bonũ aie. vñ apud cũ qui hz curã de aie salute pot sub electione cadere esse sanũ vel esse infirmũ. nã Aplus dicit. 2. ad corinth. 12. Cũ aũtẽ infirmor tũc fortior sum ⁊ potẽs. sed vltim⁹ finis nullo mõ sub electione cadit. ¶ Ad pmũ ergo dõ. q fines ꝓpriũ virtutũ ordinãtur ad btitudinẽ sicut ad vltimũ finez ⁊ hoc mõ pot esse eoꝝ electio. ¶ Ad scdm dõ. q sicut supra habitũ est: vltim⁹ finis est vn⁹ tñ: vnde vbicũq; occurrũt plures fines in eos pot esse electio fm q ordinãtur ad vltimũ finẽ.

¶ quartuz sic pro

cedit. Videt q electio nõ sit soluz respectu hũanoꝝ actuũ. electio eni est eoꝝ q̃ sunt ad finẽ: sed ea que sunt ad finẽ nõ soluz sunt actus: sed etiã organa. vt dicit in. 2. phicoꝛuz ergo electiões nõ sunt tñ hũanoꝝ actuũ. ¶ Preterea actio a cõtemplatiõe distinguit: sed electio etiã in cõtemplatiõe locum habet ꝓput. 3. vna opinio alteri p̃eligitur. ergo electio nõ est solum hũanoꝝ actuũ. ¶ Preterea eligunt boies ad aliqua officia vel secularia vel ecclesiastica ab his qui nihil erga eos agunt. ergo electio non solum est humanoꝛũ actuũ. ¶ Sed cõtra est q phs dicit in. 3. ethi. q nullus eligit nisi ea q̃ existimat fieri p ipm ¶ Rñ. dicendũ. q sicut intẽtio est finis: ita electio est eoꝝ que sunt ad finem: finis autez vel est actio vel res aliqua: ⁊ cum res aliqua fuerit finis: necesse est q aliqua hũana actio interueniat: vel inq̃tũ homo facit rem illã que est finis: sicut medic⁹ facit sanitatẽ que est finis ei⁹: vñ ⁊ facere sanitatẽ dicit

finis medici: vel inq̃tū homo aliquo mō vtit: vel fruitur re q̃ est finis sicut auaro est finis pecunia vel possessio pecunie: ⁊ eodē mō dō. est de eo qō ē ad finē: qz necesse ē vt id qō est ad finē vel sit actio vel res aliqua interueniēte aliq̃ actiōe per quā facit id qō est ad finē vel vtitur eo: ⁊ per hunc modū electio semp est humanoꝝ actuū. ¶ Ad p̄mū ergo dō q̄ organa ordinātur ad finē inquātuz homo vtitur eis ꝓpter finem. ¶ Ad scōz dō q̄ ī ipa ꝓtēplatione est aliqs actus intellectus assentiētis huic opinioni vel illi: actio vero exterior est que cōtra cōtēplationē diuidit. ¶ Ad tertiū dō. q̄ hō qui eligit ēm vel p̄incipē ciuitatis: eligit nōiare ipm in talez dignitatē: alioq̃n si nulla eēt ei⁹ actio ad cōstitutionē ēpi vel p̄incipis: non cōpeteret ei electio. Et sic dō est q̄ q̃cūq̃ dicit aliqua res ꝓeligi alteri adiūgitur ibi aliqua opatio eligētis.

¶ quintū sic pro

cedit̄. Videtur q̄ electio non sit solū possibiliū. electio enī est actus volūtatis: vt dictū est: sz volūtas est possibiliū ⁊ impossibiliū: vt dicit in. 3°. ethi. g̃ ⁊ electio. ¶ Preterea electio est eoꝝ que p nos agūtur sicut dictū est: nihil ergo refert q̄ tū ad electionē vt eligat id qō est impossibile simpliciter vel id qō est ipossibile eligēti: sz frequēter ea q̃ eligim⁹ pfic̄ nō possum⁹: ⁊ sic sunt impossibilia nobis: ergo electio ē impossibiliuz. ¶ Preterea nihil hō tentat agere nisi eligendo. sed btūs Bñdict⁹ dicit: q̄ si plat⁹ aliquid impossibile ꝓceperit tentanduz est. ergo electio pōt esse impossibiliū. ¶ Sed ꝫ est q̄ phs dic̄ in. 3°. ethi. q̄ electio nō est impossibiliū. ¶ Rñ. dō q̄ sicut dictū est: electiōes nostre referuntur semp ad nostras actiōes: ea enī que per nos agūtur sūt nobis possibilia: vnde necesse est dicere q̄ electio nō sit nisi possibiliū. Similiter etiā ratio eligendi aliquid est vt ex hoc possimus cōsequi finem: vel ex hoc q̄ ducit ad finē: per id aūt qō est impossibile nō pōt aliquis consequi finē: cuius signuz est: qz cum in cōsiliando pueniūt hoies ad id qō est eis impossibile: diſcedūt quasi nō valētes vlterius ꝓcedere: apparet etiā hoc manifeste ex ꝓcessu rōnis p̄cedente. sic enī se habet id qō est ad finez de quo electio est ad finē: sicut ꝓclusio ad p̄incipiū. Manifestū est aūt q̄ cōclusio impossibilis nō sequitur ex p̄incipio possibili: vnde nō pōt esse q̄ finis sit possibilis: nisi id qō est ad finē fuerit possibile: ad id aūt qō est impossibile nullus mouet: vnde nullus tenderet in finē nisi per hoc quod apparet id qō est ad finē esse possibile. Unde id quod est impossibile sub electiōe nō cadit. ¶ Ad p̄imū g̃ dō q̄ volūtas media est inter intellectū ⁊ exteriorez opationē: nā intellect⁹ ꝓponit volūtati suū obm: ⁊ ipsa volūtas cāt exteriorē actionē: sic igit̄ p̄incipiū motus voluntatis cōsiderat ex pte itellect⁹ qui apphendit aliq̃d vt bonū in vt̄i: sed termiatio seu pfectio actus voluntatis attendit̄ fm ordinez ad opationē per quā aliqs tendit ad ꝓsecutionem rei: nā motus volūtatis est ab aīa ad rem: ⁊ ideo pfectio actus volūtatis attendit̄ fm hoc q̄ est aliquid bonū alicui ad agendū: hoc aūt est possibile ⁊ ideo volūtas cōpleta nō est nisi de possibili qō est bonū volenti: sed volūtas incōpleta est de impossibili: que fm quosdā velleitas dicit̄: qz. s. aliqs vellet illud si esset possibile. Electio autem noiat actū volūtatis iam determinatū ad id qō est huic agendū: ⁊ ideo nullo mō est nisi possibiliū. ¶ Ad scōm dō. q̄ cum obm voluntatis sit bonū apphēsum: hoc mō iudicādū est de obiecto voluntatis fm q̄ cadit sub apphēsione: ⁊ ideo sicut q̃cūq̃ volūtas est alicui⁹ qō apphēdit vt bonū: ⁊ tñ nō est vere bonū: ita q̃cūq̃ est electio eius qō apphēdit vt possibile eligenti: qō tamen non est ei possibile. ¶ Ad tertium dō q̄ hoc ideo dicit̄: qz an aliquid sit possibile subditus nō debet suo iudicio diffinire: sed in vnoquoq̃ iudicio supioris stare.

¶ sextuz sic proce

ditur. Videt̄ q̄ hō ex necessitate eligat: sic enī se hz finis ad eligibilia vt p̄incipia ad ea q̃ ex p̄incipiis ꝓsequūt̄: vt pz in. 3°. ethi. sz ex p̄incipiis ex necessitate deducunt̄ cōclusiones. g̃ ex fine de necessitate mouet aliqs ad eligēdum. ¶ Preterea sicut dcm̄ est: electio cōsequit̄ iudicium rōnis de agēdis: sz rō ex necessitate iudicat de aliq̃b⁹ pp nēcitatē p̄missoꝝ: g̃ videt̄ q̄ etiam electio ex nēcitate seqūt̄. ¶ Preterea si aliq̃ duo si penit⁹ eqlia: nō magis mouet hō ad vnū q̃ ad aliud: sicut famelic⁹ si hz cibum eqliter appetibilem in diuersis ptib⁹: ⁊ fm eqlē distātiā nō magis mouet ad vnum q̃ ad alterū: vt plato dixit assignās rōnem quietis terre in medio: sicut dicitur in. 3°. de celo. sed multomin⁹ pōt eligi qō accipit̄ vt minus q̃ quod accipit̄ vt equale: ergo si ꝓponantur duo vel tria vel plura inter que vnum magis appetat: ipossibile est aliqō alioꝝ eligere: g̃ ex necessitate elig̃t illud qō eminēti⁹ apparet: sed ois electio est de oi eo quod videt̄ aliquo mō melius: ergo ois electio est ex necessitate. ¶ Sz ꝫ est q̄ electio est actus potētie rōnalis q̃ se hz ad opposita fm phm. ¶ Rñ. dicēdum q̄ homo nō ex necessitate eligit: ⁊ hoc ideo: qz quod possibile est nō esse non necesse est esse: q̄ aūt possibile sit non eligere. vel eligere: huius rō ex duplici hoīs ptāte accipi pōt. potest enī homo velle ⁊ non velle agere ⁊ nō agere: potest etiā velle hoc aut illud: cuius rō ex ipsa virtute rōnis accipit̄: quicq̃d enī rō pōt apphendere vt bonuz in hoc voluntas tēdere potest: potest autē ratio apprehendere vt bonum non solum hoc quod est velle aut agere: sed hoc etiā qō est non velle ⁊ non agere: ⁊ rursum in omnibus particularibus bonis potest cōsiderare rationez boni alicuius ⁊ defectum alicuius boni quod habet rationē mali: ⁊ fm hoc potest vnum q̃cūq̃ huiusmodi bonoꝝ apprehendere vt eligibile vel fugibile. Solum autem perfectum bonum quod est beatitudo non potest ratio apprehendere sub ratione mali aut alicuius defectus: ⁊ ideo ex necessitate btūdinem homo vult: nec potest velle

nō esse beatus aut miser. electio aūt cum nō sit de fine: sed de his que sunt ad finē: vt iam dictum est nō est pfecti boni qō est bitudo: sed alioꝝ particulariū bonoꝝ: ꝛ ideo hō nō ex necessitate ʒ libere eligit. ¶ Ad pm g dicendū q nō semp ex pncipijs ex necessitate pcedit cōclusio: ʒ tūc soluʒ qñ pncipia nō pñt esse vera: si cōclusio non sit vera ꝛ siliter non oz q semp ex fine insit hoi necessitas ad eligēduʒ ea que sunt ad finē: qz nō oē qō est ad finem tale est q sine eo finis haberi nō possit: aut si tale sit nō semp sub tali rone cōsideraī. ¶ Ad secūdū dō. q snia siue iudiciū rōnis de rebus agendis est circa ptingētia q a nobis fieri nō pñt: in q̄bus pclusiones nō ex necessitate sequūtur ex pncipijs necessarijs absoluta necessitate: sed necessarijs solū ex cōditiōe vt si currit mouet. ¶ Ad tertiū dō. q nihil phibet si aliqua duo equalia pponātur fm vnā cōsiderationē: quin circa alterū cōsideretur aliqua conditio per quā emineat: ꝛ magis flectatur voluntas in ipm q in aliud.

Questio decima quarta.

Einde cōsideran-

dū est de cōsilio. Et circa hoc querunt sex. Primo vtr cōsilium sit inquisitio. 2°. vtr cōsiliū sit de fine: vl solū de his q sunt ad finez. 3°. vtr psiliū sit solū de his q a nobis agūtur. 4°. vtr cōsiliū sit de oibus q a nob agunt. 5°. vtr consiliū pcedat ordine resolutorio. 6° vtrū cōsiliū pcedat in infinitum.

Ad primum sic pro-

ceditur. Videt q cōsiliū nō sit inquisitio. dicit enī Bamas. q cōsiliū est appetitus: sed ad appetitū nō pertinet inqrere: g psiliū nō est inquisitio. ¶ Preterea inquirere intellect⁹ discurrentis est: ꝛ sic deo nō cōuenit cuius cognitio nō est discursiua: vt in pmo habitū est: sed cōsiliū deo attribuit. dicit enī ad Eph. pmo: q opat oia fm cōsiliū volūtatis suc: ergo cōsiliū nō est inquisitio. ¶ Preterea inqsitio est ō reb⁹ dubijs: ʒ cōsiliū datur de his que sunt circa bona certa: fm illud Apli. i. ad corinth. 7. De virginib⁹ aūt pceptum dñi nō habeo. psiliū aūt do. ergo cōsiliū nō est inquisitio. ¶ Sed ⁊ est qō Greg. Nicen⁹ dicit De quide cōsiliū questio est: nō aūt ois qō psiliuz ¶ Rñ. dō. q electio sicut dictū est: cōsequitur iudicium rōnis de rebus agendis. in rebus aūt agendis multa incertitudo inuenit: qz actiōes sūt circa singularia cōtingētia: q̄ pter sui variabilitatē incerta sunt. in rebus aūt dubijs ꝛ incertis rō nō pfert iudiciū absq inquisitiōe pcedente: ꝛ ideo necessaria est inquisitio rōnis ante iudiciū de eligēdis: ꝛ hec inqsitio psiliū vocat: pter qō phs dicit in. 3. ethi. q electio est appetitus pcōsiliati. ¶ Ad primū g dō. q qñ actus duaꝝ potētiaꝝ adinuicē ordinātur: in vtroq ē aliq̄d qō est alteri⁹ potētie: ꝛ ideo vterq act⁹ ab vtraq potētia denoiari pōt.

Manifestū est aūt q actus rōnis dirigētis in his q sunt ad finē ꝛ actus volūtatis fm regimē rōnis in ea tendētis: ad se inuicē ordinātur: vñ ꝛ in actu volūtatis q̄ est electio apparet aliq̄d rōnis. s. ordo ꝛ in psilio qō est act⁹ rōnis apparet aliq̄d volūtatis sicut ma: qz cōsiliū est de his q̄ hō vult facere: ꝛ est sicut motiuū: qz ex hoc q hō vult finez: mouet ad cōsiliādū de his que sunt ad finē: ⁊ iō phs dicit in. 6. ethi: q electio est inttellect⁹ appetitiu⁹: vt ad electionē vtrūq; pcurrere oñdat. ita Bamas. dic: q cōsiliū est appetit⁹ inqsitiu⁹: vt cōsiliū aliq̄ mō ptinere oñdat ꝛ ad volūtatē circa quaʒ ꝛ ex qua fit inqsitio: ꝛ ad rōnē inqrentē. ¶ Ad scōm dō. q ea q̄ dicūtur de eo accipiēda sūt absq; omni defectu qui inuenit in nobis: sicut in nobis scia est conclusionū p discursum a causis in effectus. Sz scia dicta de deo significat certitudinē de oibus effectibus in pma cā absq; oi discursu. Et silr cōsiliū attribuit deo quātū ad certitudinez snie vel iudicij que in nobis pcedit ex inqsitiōe cōsilij: sed huiusmodi inqsitio in deo locū nō hz: ꝛ ideo cōsiliū ʒ hoc deo nō attribuit: fm hoc Bamas. dicit: q de⁹ nō cōsiliat: ignorātis enī est cōsiliari. ¶ Ad tertiū dō. q nihil phibet aliqua esse certissima bona ʒ sniam sapientū ꝛ spūalium virorū: quc tñ nō sunt certa bona fm sniam pluriū vel carnaliū hoium ꝛ ideo de talibus consilia dantur.

Ad secundū sic pro-

cedit. Videt q cōsiliū nō solū sit de his q̄ sunt ad finē: ʒ etiā de fine. q̄cūq; enī dubitatione hñt: de his pōt inquiri: ʒ circa opabilia hūana cōtingit esse dubitationē de fine ꝛ nō solū de his q̄ sunt ad finē: cum igit inquisitio circa opabilia sit cōsiliū: videt q cōsiliū possit eē de fine. ¶ Preterea. mā cōsilij sunt opatiōes hūane: sed quedā opatiōes humane sunt fines: vt dicitur in pmo ethicoꝝ. ergo cōsiliū pōt esse de fine. ¶ Sed ꝓtra est qō Greg. nicen⁹ dicit. q nō de fine: sed de his que sūt ad finē est psiliū. ¶ Rñdeo dō. q finis in opabilibus habet rōnē pncipij: eo q rōnes eoꝝ que sunt ad finē: ex fine sumūtur. pncipiū aūt nō cadit sub questiōe: sed pncipia oportet supponere in oi inquisitiōe: vnde cū psiliū sit q̄stio de fine nō est psiliū: sed solum de his que sunt ad finē: tamē ptingit id qō est finis respectu quorūdam ordinari ad alium finez: sicut etiam id qō est pncipium vnius demōstrationis est conclusio alterius: ꝛ ideo id quod accipit vt finis in vna inquisitione: potest accipi vt ad finem in alia inqsitione: ꝛ sic de eo erit cōsiliū. ¶ Ad primuz g dō q id quod accipit vt finis est iam determinatum vnde q̄ diu habetur vt dubiū nō habet vt finis: ꝛ ideo si de eo consilium habeat nō erit psiliū de fine: sed de eo quod est ad finem. ¶ Ad secūdū dō q de opatiōib⁹ ē cōsiliū inō tū ordināt ad aliquē finē: vñ si aliq̄ opatio hūana sit finis de ea inq̄ tū huiusmodi ñ est psiliuz.

Ad tertium sic pro-

cedit. Videt q ꝑsiliū ñ sit solū de his q̄ agūt a nob cōsiliū eni collatione quādā ipoꝛtat: ſz collatio inter mlt̄os ꝑt fieri etiā de reb⁹ imobilib⁹ q̄ nō fiūt a nob: puta de naturis reꝝ: ergo cōsiliū nō solū ē de his que agunt a nobis. ¶ Preterea boies interdū cōsilia q̄runt de his que sunt lege statuta: vnde ⁊ iurisc̄onsulti dicūtur: ⁊ tamē coꝝ qui q̄runt hui⁹ modi cōsilium nō est leges facere: g̃ cōsiliū nō solum est de his que a nobis aguntur. ¶ Preterea dicūtur etiā q̄dam cōsultatiōes facere de futuris euētibus: qui tñ non sunt in ꝓtate nostra: g̃ cōsiliū nō solū est de his que a nobis fiūt. ¶ Preterea si cōsiliū esset solū de his q̄ a nobis fiunt: nullus consiliaret de his que sunt per aliū agēda: sed hoc ꝑz esse falsum: g̃ cōsiliū nō solum est de his que a nob fiunt. ¶ Sed ꝓtra est. qđ Greg. nicen⁹ dicit. Consiliamur de his q̄ fiunt: in nobis ⁊ p nos fieri ꝑt. ¶ Rñ. dō. q cōsiliū ꝓprie importat collatiōez inter plures bitam: qđ ⁊ ipm nomen designat. dicit eni cōsiliū quasi cōsidium: eo q multi cōsident ad simul ꝑferendū. Est autē ꝑsiderādum q in ꝑticularib⁹ cōtingentib⁹ ad hoc q aliq̄d certū cognoscatur: plures ꝓditiōes seu circūstantias cōsiderare oꝛ: quas ab vno non facile est cōsiderare: sed a plurib⁹ certius ꝓcipiūtur: dū q vnus considerat: alī nō occurrit. In necessarijs aūt ⁊ vlibus ē absolutioꝛ ⁊ simplicioꝛ cōsideratio: ita q magis ad huiusmodi cōsiderationē vnus p se sufficere pōt: ⁊ ideo inquisitio cōsilī ꝓprie ꝑtinet ad cōtingētia singularia. cognitio aūt veritatis in talibus non habet aliquid magnū: vt per se sit appetibil': sicut cognitio vniuersaliū ⁊ necessarioꝝ: sed appetitur fm q est vtilis ad opationē: q̄ actiōes sunt circa cōtingentia singularia. Et ideo dō est q ꝓprie consiliū est circa ea que agūtur a nobis. ¶ Ad ꝑmū ergo dō. q ꝑsilium ipoꝛtat collationē nō quācūq;: sed collationē de rebus agendis rōne iaz dicta. ¶ Ad ſcōm dō. q id qđ est lege positū q̄ quis ñ sit ex opatione quereꝛtis ꝑsilium: tamē est directiuz eius ad opandū: q̄ ista est vna ratio aliquod opandi mandatū legis. ¶ Ad tertiū dō. q ꝑsiliū nō solū est de his que agūtur: sed de his q̄ oꝛdinātur ad opatiōes: ⁊ ꝓpter hoc ꝑsultatio dicit fieri de futuris euētibus inq̄tū hō per futuros euētus cognitos dirigit ad aliq̄d faciendū vel vitanduz. ¶ Ad quartū dō q de alioꝝ factis ꝑsiliū q̄rimus inq̄tum sunt quodāmō vnū nobiſcum: vel p vnionem affectus: sicut amicus sollicit⁹ est de his que ad amicū ſpectant sicut de suis: vel per moduz instrumenti. nam agens principale ⁊ instrumentale sunt quasi vna cā: cum vnuz agat per alterū: ⁊ sic dñs cōsiliatur de his q̄ sunt agenda per seruum.

❡ quartuz sic pro

ceditur. Videt q cōsilium sit de omnib⁹ que sunt p nos agenda. electio eni est appetit⁹ ꝑcōsiliati: vt dictū est: sed electio ē de oībus q̄ p nos agūtur: g̃ ⁊ ꝑsiliuz. ¶ Preterea ꝑsiliū importat inq̄sitionē rōnis: ſz in oībus q̄ nō p impetū passiōis agim⁹ ꝓcedim⁹ ex inq̄sitiōe rōnis: g̃ de oībus q̄ aguntur a nobis est ꝑsiliū. ¶ Preterea ꝑbs dicit i. ʒ°. ethi. q si p plura aliq̄d fieri ꝑt ꝑsilio inq̄rit p qđ facilimū ⁊ optime fiat. si autē p vnū q̄liter p illud fiat: ſz oē qđ fit: fit p vnuz vel p multa: g̃ de oīb⁹ q̄ fiunt a nobis est ꝑsiliuz. ¶ Sz cōtra est q Grego. nicenus dicit. q de his que fm disciplinā vel artē sunt opīb⁹ nō est ꝑsiliū. ¶ Rñ. dicēdū q cōsiliū est inquisitio q̄dam vt dictuz est de illis aūt inquirere solem⁹ q̄ in dubiū veniunt. vñ ⁊ rō inq̄sitiua q̄ dicit argumētū est rei dubie faciens fidē: q aūt aliq̄d in opabilibus hūanis non sit dubitabile ex duob⁹ cōtingit. Uno mō q̄ ꝑ determinatas vias ꝓcedit ad determinatos fines: sicut ꝓtingit in artib⁹ q̄ hñt certas vias opandi: sic scriptoꝛ nō ꝑsiliat quō oꝛ trahere litteras. hoc. n. determinatū est per artē. Alio mō: q̄ nō multum refert: vtꝝ sic vel sic fiat: ⁊ ista sunt mīma q̄ parū adiuuāt vl' impediūt respectu finis ꝑsequēdi: quod autē paꝝ est q̄si nihil accipit rō: ⁊ iō de duob⁹ nō cōsiliamur q̄ quis oꝛdinēt ad finē: vt ꝑbs dicit. ſ. de rebus quis ⁊ de his q̄ sunt determinata q̄liter fieri debēt: sicut est in opatiōibus artiū ꝑter q̄sdā coniecturales. vt Greg. nicen⁹ dicit: vt puta medicinalis negociatiua: ⁊ huiusmodi. ¶ Ad ꝑm̄ g̃ dicendum: q electio ꝑsupponit cōsiliū rōne iudicū vel ſnie. vñ q̄n iudiciū vel ſnia manifesta est absq; inq̄sitione: nō requirit ꝑsilī inquisitiō. ¶ Ad ſecūdū dō q rō in rebus manifestis nō inquirit: sed statiz iudicat: ⁊ ideo nō oꝛ in oīb⁹ q̄ rōne agunt esse inquisitionē cōsilī. ¶ Ad tertiū dō. q q̄n aliq̄d per vnū pōt fieri: sed diuersis modis pōt dubitatiōez habere sicut ⁊ q̄n fit p plura: ⁊ ideo opus est cōsilio: sed q̄n determinat nō solū res: sed mod⁹: tunc non est opus cōsilio.

❡ quintū sicpro

cedit. Videt q cōsiliū nō ꝓcedat mō resolutorio. cōsiliū eni est de his q̄ a nobis agunt: ſz opatiōes nostre nō ꝓcedunt mō resolutorio: sed magis mō ꝑpositiuo. ſ. de simplicib⁹ ad cōpositā: g̃ cōpositi cōsiliū non semp ꝓcedit mō resolutorio. ¶ Preterea cōsiliū est inquisitio rōnis: sed rō a ꝑioꝛib⁹ incipit: ⁊ ad posteriora deuenit fm cōueniētioꝛē oꝛdinē: cum igit ꝑteria sint ꝑioꝛa ꝑntib⁹: ⁊ ꝑntia ꝑioꝛa futuris: in consiliando videt cē ꝓcedēduz a ꝑntib⁹ ⁊ ꝑteritis in futura: qđ nō ꝑtinet ad oꝛdinē resolutoriū: g̃ in cōsiliꝭ nō seruat oꝛdo resolutoriꝰ. ¶ Preterea cōsiliū nō est nisi de his q̄ sūt nobis possibilia: vt dicit in. ʒ°. ethi. sed an sit nobis aliq̄d possibile: ꝑpēdit ex eo q possum⁹ facere: vel nō possum⁹ facere vt puenias⁹ in illud: g̃ in inq̄sitiōe ꝑsilī a ꝑntibus incipere oꝛ. ¶ Sed cōtra est q ꝑbs dicit i. ʒ. ethi. q ille qui consiliatur videt querere ⁊ resoluere. ¶ Rñ. dō q in oī inquisitiōe oꝛ incipe ab aliquo ꝓncipio: quod quidē si sicut est ꝓius in cognitione ita etiā sit ꝓius in cē: nō est ꝓcessus resolutorius: ſz magis cōpositiuꝰ. Procedere. n. a causis in effectus est ꝓcessus cōpositiuus. nā cāe sunt simpliciores effectibus: si aūt id qđ est ꝓius i cogni-

tione sit posterius in esse: est processus resolutorius vtpote cum de effectib⁹ manifestis iudicam⁹ resoluendo in cās simplices. principiū aūt in inquisitione cōsilij est finis: qui quidē est prior in intentione: posterior tamen inesse: z fm hoc oportet q inquisitio cōsilij sit resolutiua: incipiēdo. s. ab eo quod in futuro intēdit quousq; perueniat ad id qō statim agendū. ¶ Ad p̄mū ergo dō q ꝓsilium est de opibus: sed rō opationū accipitur ex fine: z ſō ordo rōcinandi de opatiōib⁹ est p̄rius ordini operandi. ¶ Ad scōz dō q rō incipit ab eo qō ē prius fm rōnem: non aūt semp ab eo qō est prius tpe. ¶ Ad tertiū dō. q de eo qō est agendū ꝓpter finem non q̄rerem⁹ scire an sit possibile si nō eēt cō gruū fini: z ideo prius oz inq̄rere an cōueniat ad ducendum in finē q̄ cōsideretur an sit possibile.

D sextuz sic proce

ditur. Videtur q inquisitio ꝓsilij procedat in infinitū. cōsiliū enim inquisitio est de pticularibus in quibus est opatio: ſz singularia sunt infinita: ergo inquisitio cōsilij est infinita. ¶ Preterea sub inquisitiōe cōsilij cadit cōsiderare non solū quid agendū sit: sed etiā quō impedimēta tollant: sed quelibet humana actio pōt impediri: z impedimētū tolli pōt per aliquā rōnē humanā: ergo in infinitū remanet querere de impedimētis tollēdis. ¶ Preterea inquisitio scientie demōstratiue non ꝓcedit in infinitū: q̄ est deuenire in aliqua principia per se nota que oīmodaz certitudinē habent: sed talis certitudo nō potest inueniri in singularibus cōtingētibus que sūt variabilia z incerta: ergo inquisitio cōsilij ꝓcedit in infinitū. ¶ Sz ꝓra: nullus mouet ad id ad qō impossibile est q̄ perueniat vt dicit in primo de celo: sed infinitū impossibile est transire: si igit inquisitio cōsilij sit infinita: nullus cōsiliari inciperet: quod patet esse falsum. ¶ Rñ. dō. q inquisitio cōsilij est finita in actu ex duplici pte. s. ex pte principij z ex pte termini. accipit enī in inq̄sitiōe cōsilij duplex principiū: vnū ꝓpriū ex ipso genere opabiliuz: z hoc est finis de quo nō est cōsiliū: sed supponitur i cōsilio vt principiū: vt dictū est. Aliud quasi ex alio genere assumptū: sicut z in sciētijs demōstratiuis vna scia supponit aliqua ab alia de quibus non inquirit. huiusmōi aūt principia que in inquisitione cōsilij supponūtur sunt q̄cunq; sunt p sensū accepta: vtpote q hoc sit panis vel ferrū: z q̄cunq; sunt per aliquā sciam speculatiuā vel practicā in vsū cognita sicut q mechani est a deo ꝓhibituz z q homo nō pōt viuere nisi nutriat nutrimento cōuenienti: z de istis non inquirit cōsiliator. Terminus autem inquisitiōis est id quod statim est in ptāte nostra vt faciamus. Sicut enī finis hz rōnē principij: ita id qō agitur ꝓpter finē hz rōnem cōclusionis. vñ id quod primo agendū occurrit hz rōnē vltime cōclusionis ad quā inquisitio termiatur: nihil aūt ꝓhibet ꝓsiliū potētia infinitū esse ſz q in infinitū pñt aliqua occurrere cōsilio inq̄renda. ¶ Ad primuz g dō. q singularia nō sunt infinita actu: sed in potētia. ¶ Ad scōm dō. q ſz hūana actio possit impediri: nō tñ semp habet impedimētum paratū: z ideo nō semp oz cōsiliari de impedimēto tollendo. ¶ Ad tertium dō q in singularibus cōtingētibus pōt aliquid accipi certū. z si nō simpliciter tñ vt nūc ꝓut assumit in opatione. Sortē enī sedere nō est necessariū: sed eum sedere dum sedet est necessariū: z hoc per certitudinem accipi potest.

Questio decimaquinta.

Einde cōside

randū est de cōsensu. Et circa hoc q̄rūtur q̄ttuor. Primo vtr̄ cōsensus sit actus appetitiue vel apphensiue virtutis. Scdo vtr̄ cōueniat bꝛutis aialib⁹. Tertio vtr̄ sit de fine vel de his que sunt ad finē. Quarto vtr̄ ꝓsensus in actu ptineat solum ad supiorē aiē ptez.

D primum sic pro

ceditur. Videt q cōsentire ptineat solum ad partē aie apphensiuā. Aug⁹. eni. xi. de tri. cōsensum attribuit supiori rōni: ſz rō noiat apphēsiuā virtutē: ergo cōsentire ptinet ad apphensiuā virtutē. ¶ Preterea cōsentire est sil sentire: sed sentire est apphensiue potentie: ergo z cōsentire. ¶ Preterea sicut assentire dicit applicationē intellectus ad aliquid: ita z cōsentire: sed assentire ptinet ad intellectū qui est vis apphensiua: g z cōsentire ad vim apphēsiuā ptinet. ¶ Sz ꝓ est qō Damas. dicit in. 2°. li. q si aliquis iudicet z nō diligat nō est snia. i. ꝓsensus: sed diligere ad appetitiuā virtutē ptinet: ergo z cōsensus. ¶ Rñ. dō q cōsentire iportat applicationē sensus ad aliqd Est aūt ꝓpriū sensus q cognoscitiu⁹ est rerum pñtium. vis enī imaginatiua est apphensiua similitudinū corpalium: etiā rebus abñtib⁹ quarum sunt silitudines. intellect⁹ aūt apphensiu⁹ est vliū rōnum quas pōt apphēdere indifferēter: z pñtibus z absentib⁹ singularibus: z q̄ actus appetitiue virtutis est quedā inclinatio ad rem ipam ſz quādam silitudinē: hinc est q ipsa applicatio appetitiue virtutis ad rem fm quā ei inheret accipit nomen sensus: quasi expientiā quādā sumēs de re cui inheret: inq̄ tum cōplacet sibi in ea. vñ Sap̄. i. dicit. Sentite de dño in bonitate. z fm hoc cōsentire est actus appetitiue virtutis. ¶ Ad primū ergo dō. q sicut dicit in. 3°. de aia: volūtas i rōne cōsistit. vnde cum Aug. attribuit cōsensum rōni: accipit rōnem fm q in ea cōcludit volūtas. ¶ Ad scōm dō. q sentire ꝓpie dictū ad apphensiuā potentiā ptinet: sed fm silitudinē cuiusdā expietie ptinet ad appetitiuā: vt dictū est. ¶ Ad tertiuz dō. q assentire est quasi ad aliud sentire: z sic importat quādā distantiā ad id cui assentit: sed cōsentiē est simul sentire: z sic importat quādam p̄fūctionē ad id cui cōsentit: z ideo volūtas cui⁹ est tendere ad ipam rem: magis ꝓpie dicit cōsentire. Intellectus aūt cuius opatio nō est fm motū ad rem

sed potius econuerso: vt in ꝑmo dictum est: magis ꝓprie dicitur assentire: q̄ uis vnum ꝓ alio poni soleat. ¶ Pōt etiā dici q̄ intellectus assentit inq̄tū a uoluntate mouetur.

ℬ secundū sic ꝓ

cedit. Videtur q̄ cōsensus cōueniat brutis aīalibus. ꝓsensus eni importat determinatiōem appetitus ad vnum: sed appetitus brutoꝝ aīalium sunt determinati ad vnuꝫ: ergo ꝓsensus in brutis aīalibus inuenit. ¶ Preterea remoto priori remouetur posterius: sed ꝓsensus ꝑcedit opis executionē: si g̃ in brutis nō eēt ꝓsens⁹ non esset in eis opis executio qō patet esse falsuꝫ ¶ Preterea hoīes iterdū ꝓsentire dicūtur in aliquid agendū ex aliqua passione: puta cōcupiscentia uel ira: sed bruta aīalia ex passiōe agunt: ergo in eis est cōsensus. ¶ Sed cōtra est qō ℬamascē. dicit: q̄ post iudicium homo disponit ⁊ amat qō ex cōsilio iudicatum est: quod vocatur snīa. i. consensus: sed cōsiliū nō est brutis aīalibus: ergo nec cōsensus. ¶ Rñdeo dō q̄ cōsensus ꝓprie loquendo nō est in brutis aīalibus: cuius ratio est: qz consensus importat applicatiōem appetitiui motus ad aliquid agendū: eius aūt est applicare appetitiuū motum ad aliquid agendū: in cuius potestate est appetitiuus motus: sicut tangere lapidē cōuenit quidē baculo: sed applicare baculum ad tactum lapidis est eius qui habet in potestate mouere baculum. bruta autē aīalia non habent in sui potestate appetitiuū morum: sed talis motus in eis est ex instinctu nature: vnde brutum aīal appetit quidem: sed non applicat appetitiuuꝫ motum ad aliquid: ⁊ ꝓpter hoc nō ꝓprie dicitur cōsentire: sed solum rationalis natura que habet in potestate sua appetitiuū motum: ⁊ potest ipsuꝫ applicare vel nō applicare ad hoc vel ad illud. ¶ Ad ꝓmum g̃ dō. q̄ in brutis aīalibus inuenitur determinatio appetitus in aliquid passiue tantum. ꝓsensus vero importat determinatōꝫ appetitus non solum passiuā: sed magis actiuā. ¶ Ad secūdū dō q̄ remoto priori remouetur posteri⁹ quod ꝓprie ex eo tantū sequitur: si aūt aliquid ex pluribus sequi possit: nō ꝓpter hoc posterius remouetur vno priorum remoto: sicut induratio possit fieri ⁊ a calido ⁊ frigido: nam latercs indurantur ab igne: ⁊ aqua cōgelata indurat ex frigore: ñ oportet q̄ remoto caloꝛe remoueat iduratio: executio aūt operis nō solum sequit ex cōsensu: ſz etiam ex impetuoso appetitu: q̄lis est in brutis aīalibus. ¶ Ad tertiū dō q̄ hoīes qui ex passiōe agūt possunt passionē nō sequi: nō aūt bruta aīalia. vnde non est similis ratio.

ℬ tertium sic ꝓ

cedit. Videtur q̄ ꝓsensus sit de fine: qz ꝓpter qō vnūqōq; ⁊ illud magis sed his que sunt ad finē ꝓsentim⁹ ꝓpter finem: ergo finis cōsentimus magis. ¶ Preterea actio ītērati est finis eius: sicut ⁊ actio virtuosi est finis eius: sed intēpatus ꝓsentit in ꝓpriū actum: g̃ ꝓsensus pōt esse de fine. ¶ Preterea appetitus coꝝ q̄ sunt ad finē est electio: vt supra dictū est. si igit cōsensus esset solū de his que sunt ad finem: in nullo ab electiōe differre videret: qō patet esse falsuꝫ ꝑ ℬamaſ. qui dicit q̄ post disputatiōem quā vocauerat snīam fit electio. nō ergo ꝓsensus est solū de his que sunt ad finē. ¶ Sed ꝑtra est qō ℬamasc. ibidē dicit. q̄ ꝓsensus siue snīa est qñ hō disꝑit ⁊ amat qō ex cōsilio iudicatū est. sed ꝓsiliū nō est nisi de his que sūt ad finez: ergo nec ꝓsensus. ¶ Rñ. dō. q̄ ꝓsensus notat applicatiōem appetitiui motus ad aliq̄d ꝑexīs in potestate applicātis. In ordine aūt agibiliū primo q̄dē oportet sumere apprehensionē finis: deinde appetitū finis: deinde ꝓsiliū de his que sunt ad finē deinde appetitū eoꝝ que sunt ad finē. appetit⁹ aūt in vltimū finē tendit naturaliter: vnde ⁊ applicatio motꝰ appetitiui in finē apprehensum nō habet rōnem ꝓsensus: sed simplicis volūtatis. de his aūt q̄ sunt post vltimuꝫ finē: inq̄tum sunt ad finē sub ꝓsilio cadūt. ⁊ sic pōt esse de eis ꝓsensus inq̄tū motus appetitiuꝰ applicatur ad id qō ex ꝓsilio iudicatū est. motus vero appetitꝰ in finē nō applicat ꝓsiliū: sed magis ꝓsilium ipsi: qz ꝓsilium ꝑsupponit appetitū finis: ſz appetitus eoꝝ que sunt ad finē ꝑsupponit determinationē cōsilij. Et ideo applicatio appetitiui motus ad determinationē ꝓsilij ꝓprie est ꝓsensus. vñ cuꝫ cōsiliū nō sit nisi de his que sunt ad finē: cōsensus ꝓprie loquēdo nō est nisi de his que sunt ad finez ¶ Ad ꝑmū g̃ dō q̄ sicut ꝓclusiones scimus p̄ principia hoꝝ tñ nō est scia: sed quod maius est. s. intellectus: ita cōsentim⁹ his que sunt ad finē ꝓpter finē: cuius tñ nō est consensus: sed qō maius est. s. voluntas. ¶ Ad scām dō. q̄ intēpatus hz p̄ fine delectatiōem opis ꝓpter quā ꝓsentit in opus magis q̄ in ipsam opationē. ¶ Ad tertium dō. q̄ electio addit supra ꝓsensū quādā relationē respectu eius cui aliq̄d ꝑeligit: ⁊ iō post ꝓsensum adhuc remanet electio. pōt eni ptingere q̄ per ꝓsilium iueniant plura ducētia ad finem: quoꝝ duo qōlibet placet in qōlibet eoꝝ cōsentitur: sed ex multis q̄ placent ꝓaccipim⁹ vnū eligendo: ſz si inueniatur vnū solum qō placeat: nō differunt re cōsensus ⁊ electio sed rōne tm̄: vt ꝓsensus dicat fm q̄ placet ad agendū: electio aūt fm q̄ ꝑfert his q̄ nō placēt

ℬ quartuꝫ sic ꝓ

ceditur. Videt q̄ ꝓsensus ad agendū nō semp ptineat ad supiozē rōnē. delectatio eni cōsequit opationē ⁊ pficit eā sicut decoꝛ iuuētutē. sicut dicit in. x. ethi. sed consensus in delectationē ptinet ad iferiozē rōnē. vt dicit aug. in. xii°. de tri. ergo cōsensus in actū nō ptinet ad solam supiozē rōnē. ¶ Preterea actio in quā cōsentim⁹ dicitur esse volūtaria: sed multaꝝ potētiarū est ꝓducere actiōes volūtarias: ergo nō sola superioꝛ rō ꝓsentit in actum. ¶ Preterea supioꝛ rō intendit eternis inspiciēdis ⁊ cōsulēdis: vt Aug. dicit in. xii. de tri. sed multotiēs hō cōsentit in actū

nō ꝑpter rōnes eternas: sed ꝑpter aliq̄s rōnes tē
porales: vel etiā ꝑpter aliquas aīe passiōes: non
ergo ꝓsentire in actū ptinet ad solā supiorē rōnē.
¶ Sed ꝫ est qđ Aug. dicit. 12°. de tri. Nō pōt pec
catū efficaciter ppetrādū mente discerni: nisi illa
mētis intētio penes quā sūma ptās mēbra in op⁹
mouēdi: vel ab ope cohibēdi male actioni cedat
7 seruiat. ¶ Rn. dđ ꝙ finalis snia semp ptinet ad
eum qui supior est: ad quē ptinet de aliq̄s iudicare
q̄ diu eni iudicādū restat qđ ꝑponit: nōdū datur
finalis snia. Manifestū est aūt ꝙ supior rō est que
hꝫ de oībus iudicare: qz de sensibilib⁹ p rōnem iu
dicam⁹. de his vero que ad rōnes hūanas ptinēt
iudicam⁹. fm rōnes dīnas q̄ ptinēt ad rōnē supio
rem 7 iō q̄ diu incertū est: an fm rōnes dīnas resi
statur vel nō: nullū iudiciū rōnis hꝫ rōnēz finalis
snie. Finalis aūt snia de agendis est ꝓsensus i actū
7 ideo ꝓsensus in actū ptinet ad rōnē supiorē: fm
tamē ꝙ in rōne volūtas includit: sicut supra dcm̄
est. ¶ Ad ꝑmū ergo dđ ꝙ cōsensus in delectatio
nē opis ptinet ad supiorē rōnem: sicut 7 cōsensus
in opus: sed cōsensus in delectationez cogitatiōis
ptinet ad rōnem inferiorē: sicut ad ipsaz ptinet co
gitare: 7 tn̄ de hoc ipso qđ est cogitare vel nō cogi
tare: inq̄tū ꝓsideraī vt actio quedā: hꝫ iudiciū
supior rō: 7 similiter de delectatiōe cōsequēte: sed
inq̄tū accipit vt ad actionē alīā ordinatū: sic pti
net ad inferiorē rōnē. qđ eni ad aliud ordinat: ad
inferiorē artem vel potētiā ptinet q̄ finis ad quez
ordinat. vñ ars que de fine architectonica seu ꝑn
cipalis vocatur. ¶ Ad scđz dđ ꝙ qz actiones dicū
tur volūtarie ex hoc ꝙ eis cōsentim⁹: nō oz ꝙ cō
sensus sit cuiuslibet potentie: sed volūtatis a qua
dicitur volūtariū que est in rōne: sicut dictum est.
¶ Ad tertiū dđ ꝙ rō supior dicit cōsentire nō so
lum qz fm rōnes eternas semp moueat ad agēdū
sed etiā qz fm rōnes eternas non dissentit.

Questo decīma sexta.

Einde cōsidē

randuz est de vsu. Et circa
hoc querūt quattuor. ¶ Pri
mo vtrū vti sit actus volū
tatis. 2° vtꝫ cōueniat bzutis
aialibus. 3° vtrū sit tm̄ eoz
que sunt ad finē: vel etiam fi
nis. 4° de ordine vsus ad electionem.

Ad primum sic pro

ceditur. Videt ꝙ vti nō sit actus vo
lūtatis. dicit eni Aug. in ꝑmo dō doc.
xp̄iana. ꝙ vti est id quod in vsū venit ad aliud ob
tinendū referre. sed referre aliq̄d ad aliud est rō
nis: cuius est cōferre 7 ordinare: ergo vti est act⁹
rōnis: nō ergo voluntatis. ¶ Preterea Damas.
dicit ꝙ homo impetū facit ad opationē: 7 dicitur
impetus. deinde vtitur: 7 dicitur vsus: sed opatio
ptinet ad potentiā executiuā: actus aūt volūtatis
non sequit actū executiue potētie: sed executio est
vltimū: ergo vsus nō est actus volūtatis. ¶ Pre
terea aug. dicit in li. 83°. q. Dia que facta sūt: i vsū
hoīs facta sunt: qz oībus vtitur rō iudicādo ea q̄
hoībus data sunt: sed iudicare de rebus a deo cre
atis pertinet ad rōnem speculatiuā que oīno sepa
ta videt a volūtate que est ꝓncipiū humanoz
actuū: ergo vti nō est actus volūtatis. Sed cōtra
est quod aug. in. x. de tri. Uti est assumere aliq̄d in
facultatē voluntatis. ¶ Rn. dicēdum ꝙ vsus rei
alicui⁹ importat applicationē rei illius ad aliquā
opationē. vnde 7 opatio ad quā applicam⁹ rē ali
quā dicitur vsus eius. sicut equitare est vsus equi
7 pcutere est vsus baculi. ad opationē aūt appli
camus 7 ꝓncipia interioza agendi. s. ipsas potē
tias aīe. vel mēbra corpis vt intellectum ad intelli
gendū: 7 oculum ad videndū 7 res exteriozes si
cut baculū ad pcutiēdū. sed manifestū est ꝙ res ex
teriozes non applicamus ad aliquā opationē nisi
per ꝓncipia intrinseca que sunt potentie aīe: aut
habitus potētiarū aut oz̄gana que sunt corpis mē
bra. Ostensuz est aūt. s. ꝙ voluntas est que mouet
potentias anime ad suos actus: 7 hoc est applica
re eas ad operationē. vnde manifestū est ꝙ vti ꝑ
mo 7 ꝓncipaliter est volūtatis tanq̄ ꝓmi mo
uentis: rōnis autē tanquā dirigentis: sed aliarum
potentiaruz tanquā exequentiū que cōparantur
ad voluntatē a qua applicant ad agendū: sicut in
strumenta ad principale agens. actio aūt ꝓprie nō
attribuitur instrumento: sed principali agenti: si
cut edificatio edificatori: non aūt instrumētis. vñ
manifestum est quod vti ꝓprie est actus voluntā
tis. ¶ Ad ꝑmū g̃ dđ. ꝙ ratio quidem in aliud re
fert: sed voluntas tendit in id quod est in aliud re
latum per rōnem: 7 fm hoc dicitur ꝙ vti est refer
re aliquid in alterum. ¶ Ad scđz dđ. ꝙ Damas.
loquitur de vsu fm ꝙ ptinet ad executiuas poten
tias. ¶ Ad tertium dđ ꝙ etiam ipsa ratio ꝓcula
tiua applicatur ad opus intelligendi vel iudicā
di a voluntate: 7 ideo intellectus ꝓculatiuus vti
dicitur tanquā a voluntate motus sicut alie exe
cutiue potentie.

Ad secundū sic pro

ceditur. Uidetur ꝙ vti cōueniat bzu
tis aialibus. frui eniz est mobilius q̄
vti: qz vt Aug. dicit in. x. de trini. Utimur eis q̄ ad
aliud referimus quo fruendū est. sed frui cōuenit
bzutis aialibus: vt supra dictū est: ergo multo ma
gis cōuenit eis vti. ¶ Preterea applicare mēbra
ad agenduz est vti mēbris: sed bzuta aialia appli
cant mēbra ad aliquid agendū: sicut pedes ad am
bulandū: cornua ad pcutiendū. ergo bzutis aiali
bus cōuenit vti. ¶ Sed cōtra est qđ Aug. dicit in
li. 83. q. Uti aliquid non pōt nisi aīal qđ rōnis est
particeps. ¶ Rn. dđ. ꝙ sicut dictum est: vti est ap
plicare aliquod ꝓncipium actionis ad actionez
sicut cōsentire est applicare motū appetitiuū ad
aliquid appetendum: vt dictum est. applicare aūt
aliquid ad alteruz non est nisi eius quod habet su
per illud arbitrium qđ non est nisi eius qui scit re
ferre aliquid in alterum: qđ ad rōnem ptinet: 7 iō

ſoluz aial rōnale ⁊ cōſentit ⁊ vtitur. ¶ Ad ꝑmū ergo dō. q frui importat abſolutū motū appetit⁹ in appetibile: ſed vti importat motum appetitus ad aliquid in ordine ad alterū. Si ergo cōpent vti ⁊ frui quātū ad obiecta: ſic frui eſt nobiliꝰ q̄ vti q̄ id quod eſt abſolute appetibile eſt melius q̄ id quod eſt appetibile ſolum in ordine ad aliud. ſed ſi comparentur quantum ad vim apphenſiuā p̄cedentem maior nobilitas requiritur exꝑte vſus q̄ ordinare aliquid in alterum eſt rōnis. abſolute autez aliquid apphendere pōt etiam eſſe ſenſus. ¶ Ad ſcdm dō. q aialia per ſua membra aliquid agunt inſtinctu nature non per hoc q̄ cognoſcāt ordinem mēbrorum ad illas opatiōes: vnde non dicuntur ꝑprie applicare mēbra ad agenduz: nec vti membris.

ℬ tertium ſic pro

cedit. Videt q̄ vſus poſſit eſſe etiam vltimi finis. Dicit enim aug. in .x. de tri. Omnis qui fruitur vtitur. ſed vltimo fine frui tur aliquis: ergo vltimo fine aliquis vtit. ¶ Pre terea vti eſt aſſumere aliquid in facultatē volūta tis: vt ibidem dicitur: ſed nihil magis aſſumitur a voluntate q̄ vltimus finis: ergo vſus pōt eſſe vlti mi finis. ¶ Preterea Hylarius dicit in .2°. de tri. q̄ eternitas eſt in patre: ſpecies in imagine idest in filio: vſus in munere. i. in ſpiritu ſancto. ſed ſpirit⁹ ſanctus cū ſit deus eſt vltimus finis. ¶ Sed ꝯ eſt qō dicit Aug. in li. 83. q. Deo nullus recte vtitur ſz fruitur. ſed ſolus deus eſt vltimus finis: ergo vlti mo fine non eſt vtenduz. ¶ Rñ. dō eſt. q̄ vti ſicut dictum eſt: importat applicationē alicuius ad ali quid. quod aūt applicatur ad aliud ſe habet in rō ne. eius quod eſt ad finē. ⁊ ideo vti ſemper eſt eius qō eſt ad finē: ꝑ qō ⁊ ea que ſunt ad finē accomo data vtilia dicuntur: ⁊ ipſa vtilitas interdū vſus nominatur. Sed cōſiderandū eſt q̄ vltimus finis dicitur dupliciter. Uno modo ſimpliciter: ⁊ alio modo quo ad aliquē cum eniz finis vt ſupra dcm̄ eſt: dicatur q̄ñq̄ quidez res: quādoq̄ aūt adeptio rei vel poſſeſſio eius: ſicut auaro finis eſt: vel pe cunia vel poſſeſſio pecunie: manifeſtum eſt q̄ ſim pliciter loquendo vltimus finis eſt ipſa res: non enim poſſeſſio pecunie eſt bona niſi ꝓpter bonuz pecunie. ſed quo ad hūc adeptio pecunie eſt finis vltimus: non enim quereret pecuniā auar⁹ niſi vt haberet eam: ergo ſimpliciter loquēdo ⁊ ꝓprie pecunia homo aliquis fruitur: quia in ea vltimuz finem cōſtituit. ſed inquātū refert eaz ad poſſeſſio nē: dicitur vti ea. ¶ Ad ꝑmū g̃ dō. q̄ Aug. loq̄tur de vſu cōiter ſm q̄ importat ordinem finis ad ipſam fruitionē quā aliquis querit de fine. ¶ Ad ſcōz dō. q̄ finis aſſumitur in facultatē, voluntatis vt voluntas in illo quieſcat. vnde ipſa requies in fine: que fruitio eſt: dicit hoc modo vſus finis. ſed id quod eſt ad finē aſſumitur in facultatem volū tatis: vt voluntatis non ſolum in ordine ad vſum eius qō eſt ad finem: ſed in ordine ad aliaz rem in qua voluntas quieſcit. ¶ Ad tertiū dō. q̄ vſus ac cipitur in verbis Hylarij ꝓ quiete in vltimo fi ne: eo modo quo aliquis cōiter loquendo dicitur vti fine ad obtinendū ipſum ſicut dictum eſt. vn de Aug. in. 6°. de trini. dicit: q̄ illa delectatio felici tas vel beatitudo vſus ab eo appellatur.

ℬ quartuz ſic ꝓ

cedit. Videt q̄ vſus p̄cedat electionē poſt electionē enī nihil ſeq̄t niſi exe cutio: ſed vſus cū ptineat ad voluntatem p̄cedit executionē: ergo p̄cedit etiā electionē. ¶ Pretere a abſolutū eſt ante relatum: ergo minus relatū eſt ante magis relatuz: ſed electio importat duas relationes: vnam eius qō eligit ad finem: aliā ve ro ad id cui eligitur. vſus aūt importat ſolam re lationem ad finem. ergo vſus eſt ꝓioz electione. ¶ Preterea voluntas vtitur alīs potentīs in q̄ tum mouet eas: ſed volūtas mouet etiā ſeipſaz vt dictum eſt: ergo etiā vtitur ſeipſa applicādo ſe ad agendū. ſed hoc facit cum cōſentit: ergo in ipo cō ſenſu eſt vſus. ſed ꝑſenſus p̄cedit electionē: vt di ctum eſt: ergo ⁊ vſus. ¶ Sed cōtra qō Damaſ. di cit: q̄ poſt electionē impetū facit ad opationez: ⁊ poſtea vtit: ergo vſus ſequitur electionez. ¶ Rñ. dō q̄ voluntas duplicē habitudinē habet ad voli tū. vnā quidem ſm q̄ eſt quodāmodo in volente ꝑ quādā ꝓportionē vel ordinē ad volitū. vñ ⁊ res q̄ naturalit ſunt ꝓportionate ad aliquē finē dicūt appetere illū naturaliter. ſed ſic habere finē eſt i pfecte habere ipm. oē aūt impfectū tendit in pfe ctionē: ⁊ ideo tam appetit⁹ naturalis q̄ volūtari⁹ tendit vt habeat ipz finē realiter: qō eſt pfecte ha bere ipz ⁊ hec ē ſecūda habitudo uolūtatis ad uo litū. volitū aūt nō ſolū eſt finis: ſed id qō eſt ad fi nē: vltimū aūt qō ptinet ad primā hitudinē volū tatis reſpectu eius qō eſt ad finē eſt electio. ibi enī cōpleť ꝓportio volūtatis ut cōplete velit id qō eſt ad finē. ſed vſus iā ptinet ad ſcōam habitudinem volūtatis qua tendit ad cōſequēdū rem volitam vnde manifeſtū eſt q̄ vſus ſeqūt electionez: ſi tñ ac cipiat vſus ſm q̄ uolūtas utit executiua potentia mouēdo ipam. ſed qz volūtas etiā quodāmō rō nem mouet ⁊ vtit ea: pōt intelligi vſus eius qō eſt ad finē ſm q̄ eſt i cōſideratiōe rōnis referētis ipz in finē ⁊ hoc modo vſus p̄cedit electionez. ¶ Ad ꝑmū ergo dō. q̄ ipaz executionē opis p̄cedit mo tio qua uolūtas mouet ad exequēdū. ſequit autez electionez: ⁊ ſic cum uſus ptineat ad p̄dictam mo tionē uolūtatis: mediū eſt inter electionē ⁊ execu tionē. ¶ Ad ſcōm dō. q̄ id quod eſt p eēntiā ſuaz relatū poſterius eſt abſoluto: ſed id cui attribuū tur relatiōes nō oz q̄ ſit poſteri⁹: imo quāto cauſa eſt ꝓioz: tanto habet relationes ad plures effe ctus. ¶ Ad tertiū dō. q̄ electio p̄cedit vſum ſi re ferantur ad idē. nihil aūt ꝓhibet q̄ vſus vni⁹ ſꝑce dat electiōem alteri⁹. ⁊ qz act⁹ volūtatis reflectū tur ſ ſeipſos: in quolibet actu volūtatis pōt acci pi cōſenſus ⁊ electio ⁊ vſus: ut ſi dicať q̄ volūtas cōſentit ſe eligere: ⁊ cōſentit ſe cōſentire. ⁊ vtitur ſe ad conſentiendū ⁊ eligendū. ⁊ ſemper iſti act⁹

ordinati ad id quod est prius sunt priores.

Questio decimaseptima.

Einde cõsidẽ

randũ est de actibus imperatis a uoluntate. Et circa hoc querũtur nouem. Primo vtr imperare sit actus uolũtatis uel rõnis. 2°. utrũ impare ptĩeat ad bruta aialia. 3°. de ordine imperỹ ad usuz. 4°. utr imperiũ z actus iperatus sint vn⁹ actus uel diuersi. 5°. utr actus uolũtatis impetur. 6°. utr actus rõnis. 7°. utr actus appetitus sensitiui. 8°. utr act⁹ aie uegetabilis. 9°. utr actus exterior membrorum.

B primum sic pro

cedit. Videtur q̃ iperare nõ sit actus rõnis: sed uolũtatis. impare enĩ ẽ mouere qõdam. dicit enĩ Auicẽna q̃ q̃druplex ẽ mouens. s. pficiẽs: disponẽs: iperãs z psilias. sz ad uoluntatẽ ptinet mouere oẽs alias vires aie ut dcm est s: ergo iperare est actus uolũtatis. C Preterea sicut imperari ptinet ad id qõ est subiectũ ita iperare ptinere videt ad id qõ est maxime liberũ sed radix libertatis est maxime in uolũtate: g̃ uolũtatis est ipare. C Preterea ad iperiũ statim sequitur actus. nõ enim qui iudicat aliq̃d esse faciẽdum statim illud opatur: ergo iperare nõ est act⁹ rõnis: sed uolũtatis. C Sed cõtra est q̃ Greg. nicenus dicit: z etiã phs q̃ appetit⁹ obedit rõni. ergo rõnis est imperare. C Rñ. dõ. q̃ iperare ẽ act⁹ rõnis ps̃uppoſito tñ actu uolũtatis. Ad cui⁹ euidentia ꝓsiderãdũ est q̃ q̃ actus uolũtatis z rõnis supra se inuicẽ pñt ferri: put ō rõ rõcinat de uolẽdo: z uolũtas vult rõcinari cõtingit actũ uolũtatis pueniri ab actu rõnis z ecõuerso. z q̃ virt⁹ poris actus remanet in actu sequẽti: ꝓtingit q̃ñq̃ q̃ ẽ aliq̃s actus uolũtatis fm q̃ manet virtute in ipso aliquid de actu rõnis: ut dictuz est de usu z de electione. z ecõuerso aliq̃s est actus rõnis fm q̃ virtute manet in ipso aliq̃d de actu uolũtatis. Imperare aũt est quidẽ cẽntialit act⁹ rõnis. imperãs. n. ordinat cum cui iperat ad aliq̃d agendũ intimando uel denũciãdo. sic aũt ordinare p modũ cuiusdã intimationis est rõnis: sed rõ pot aliq̃d intimare uel denũciare dupliciter. Uno mõ absolute: q̃ qdẽ intimatio exprimit per uerbũ indicatiui mõi sicut si aliquis alicui dicat: hoc est tibi faciendum Aliq̃n aũt rõ intimat aliq̃d alicui mouẽdo ipsum ad hoc. z talis intimatio exprimit p uerbũ iperatiui modi: puta cũ alicui dicit: fac hoc ꝑmũ autez mouens in viribus aie ad exercitiũ actus est uolũtas: ut ō dictũ est. cũ ergo scõm mouẽs non moueat nisi in virtute primi mouentis: sequr q̃ hoc ipm qõ rõ mouet imperãdo sit ei ex virtute uolũtatis. vñ relinquit q̃ impare sit actus rõnis ps̃uppoſito actu uolũtatis: in cui⁹ virtute rõ mouet p imperiũ ad exercitiũ actus. C Ad primuz g̃ dõ q̃ impare nõ est mouere quocũq̃z mõ: sed cum quadã intimatiõe denũciatiua ad alterz qõ est rõnis. C Ad secũdũ dõ q̃ radix libertatis est uoluntas sicut subiectũ: sz sicut cã est rõ. ex hoc enĩ uolũtas libere pot ad diuersa ferri: q̃ rõ pt habere diuersas exceptiões boni. z iõ phs diffiniũt liberz arbitrium: qõ est liberz de rõne iudiciũ: q̃si rõ sit cã libertatis. C Ad tertiũ dõ q̃ rõ illa cõcludit q̃ iperium nõ sit actus rõnis absolute: sed cum quadaz motione: ut dictum est.

B secundũ sic pro

cedit. Videtur q̃ imperare conueniat brutis aialibus: q̃ fm Auicẽ. Virtus imperãs motũ est appetitiua: z virtus exequens motũ est in musculis z in neruis: sed vtraq̃ virt⁹ est in brutis animalibus. ergo imperium inuenitur in brutis aialibus. C Preterea de rõe serui ẽ q̃ ei imperet: sed corp⁹ ꝓpatur ad aiam sicut seruus ad dñm: sicut dicit phs in primo politicoruz. ergo corpi impatur ab aia etiã in brutis que sunt cõpoſita ex aia z corpe. C Preterea p iperiũ hõ facit impetũ ad opus: sed impet⁹ in opus inuenit in brutis animalibus: vt Damasce. dicit. ergo in brutis animalibus inuenit imperiũ. C Sed ꝑ iperiũ est actus rõnis: vt dictũ est: sz in brutis nõ ẽ rõ ergo neq̃ imperiuz. C Rñ. dicendũ. q̃ impare nihil aliud est q̃ ordinare aliquẽ ad aliq̃d agendum cũ quadã intimatiua motiõe. ordinare aũt est pro prius actus rõnis. vñ ipossibile est q̃ in brutis aialibus in quib⁹ nõ est rõ: sit aliquo modo impium. C Ad ꝑmũ g̃ dõ q̃ vis appetitiua dicit impare motũ inq̃tũ mouet rõnẽ imperãtẽ: sz hoc est solũ in hoibus. in brutis aũt aialibus virtus appetitiua nõ est ꝓprie ipatiua: nisi impatiuũ sumat large ꝓ motiuo. C Ad scõm dõ. q̃ in brutis aialib⁹ corpus quidẽ habet vñ obediat: sed aia nõ hz vñ imperet: q̃ nõ hz vnde ordinet: z ideo nõ est ibi rõ imperatis z imperati: sed solũ mouentis z moti. C Ad tertium dõ. q̃ aliter inuenit impet⁹ ad op⁹ in brutis aialibus: z aliter in hoibus. hoies enim faciunt impetũ ad opus ꝑ ordinationẽ rõnis: vñ habet in eis impet⁹ rõnẽ imperỹ. in brutis aũt fit impetus ad opus per instinctum nature. q̃. s. appetitus corz statim apphenso ꝓueniẽti uel incõuenienti naturaliter mouet ad ꝓsecutionẽ uel fugaz vnde ordinant ab alio ad agendũ: non aũt ipsa se ipa ordinant ad actionẽ. z ideo in eis est impetus sed non imperium.

B tertium sic pro

ceditur. Videt q̃ usus p̃cedat imperiũ. imperiũ enĩ est actus rõnis ps̃upponẽs actũ uolũtatis: ut ō dictũ est: sz usus est act⁹ uolũtatis: ut ō dictũ est. sed usus est act⁹ volũtatis vt supra dictum est: ergo usus p̃cedit imperium C Preterea imperiũ est aliq̃d corz quc ad finem ordinãtur: eorz aũt q̃ sunt ad finẽ est usus: ergo videt q̃ usus sit prius q̃ imperiũ. C Preterea oĩs actus potẽtie mote a uolũtate usus dicit: q̃ uolũtas vtit aliis potẽtiis: vt ō dictũ est: sed imperium

est actus rōnis ꝑut mota est a uolūtate: sicut dcm̄ est: ergo imperiū est quidā usus: cōe aūt est ꝑius ꝑprio: ergo usus est ꝑius ꝙ imperiū. ¶ Sed cōtra est ꝙ Damasce. dicit: ꝙ ipetus ad opationem ꝓcedit usū: sz ipet⁹ ad opationē fit p ipiū: g̃ ipium ꝓcedit usū. ¶ Rn̄. dō ꝙ usus eius qō est ad finem fm ꝙ est in rōne referēte ipz in finē: ꝓcedit electionē: ut ō dcm̄ est: vn̄ multo magis ꝓcedit impiū. sed vnus ei⁹ qō est ad finē fm ꝙ subdit potētie executiue sequr iperiū: eo ꝙ usus utentis ꝑiuct⁹ est cuz actu eius quo ds vtit. nō eni vtit aliqs baculo añ quā aliq̄ mō p baculuz opet: iperiū aūt nō ē simul cū actu ei⁹ cui iperat: sz nāliter ꝑius est impiū ꝙ iperio obediat. z aliqn̄ etiā est pus tpe: vn̄ manifestū fit ꝙ imperiū est ꝑus ꝙ usus. ¶ Ad ꝑmū ergo dō ꝙ nō ois actus uolūtatis ꝓcedit hūc actuz rōnis qui est iperiū: sz aliqs ꝓcedit. s. electio: z aliqs sequt. s. usus: qz post ōterminationē ꝓsilij q̄ est iudiciū rōnis uolūtas eligit: z post electionē rō iperat ei p qō agēdū est qō eligit. z tūc demū uolūtas alicui⁹ incipit uti exequēdo iperiū rōnis: qñqz ꝙdez uolūtas alteri⁹ cū aliqs iperat alteri: qñqz aūt uolūtas ipsius imperātis cum aliqs iperat sibiipsi. ¶ Ad scōz dō ꝙ sicut actus sunt ꝑuꝫ potētijs: ita obiecta actib⁹. obiectū aūt usus est id qō est ad finē. ex hoc ergo ꝙ ipm imperiū est ad finē: magis pōt ꝓcludi ꝙ imperiū sit ꝑius usu ꝙ ꝙ sit posteri⁹. ¶ Ad tertiū dō ꝙ sicut actus uolūtatis vtētis rōne ad iperādū ꝓcedit ipm iperiū: ita etiā pōt dici ꝙ z ipm usum uolūtatis ꝓcedit aliqō imperiuz rōnis: eo ꝙ actus harū potentiaꝝ supza seipsos i uicem reflectuntur.

ℬ quartuz sic ꝓo

ceditur. Videt ꝙ act⁹ iperat⁹ non sit vn⁹ act⁹ cū iperio. diuersarū eni potentiaꝝ diuersi sūt act⁹: sz alteri⁹ potētie est act⁹ iperat⁹: z alteri⁹ ipm iperiū: qz alia est potētia q̄ iperat z alia cui iperat. g̃ nō est idē act⁹ iperat⁹ cū imperio. ¶ Preterea q̄cūqz pñt ab iuicē separi sūt diuersa. nihil eni sepat a seipso: sz aliqn̄ act⁹ iperat⁹ seperat ab iperio. ꝓcedit eni qñqz iperiū: z nō sequit act⁹ iperat⁹: g̃ alius act⁹ est iperiū ab actu iperato. ¶ Preterea q̄cūqz se hñt fm ꝑius z posterius sūt diuersa: sz iperiū nāliter ꝓcedit actum iperatū: g̃ sunt diuersa. ¶ Sed cōtra est qō ꝓbus dicit: ꝙ vbi ē vnū ꝓp alterꝫ ibi est vnū tm̄. sed act⁹ impatus non est nisi pp impiū: g̃ sunt vnū. ¶ Rn̄. dicēdū. ꝙ nihil ꝓhibet aliq̄ esse fm q̄d multa: z fz q̄d vnū: q̄nūmo oia mlta sūt fz aliq̄d vnū: vt Dionysius dicit vlt. ca. de di. no. Est tn̄ oria attēdēda in hoc ꝙ q̄dā sūt simplr multa z fm q̄d vnū. q̄dā vero ecōuerso. vnū aūt hoc mō dicit sicut z ens: ens aūt simplr est sbā: sed ens fm q̄d est accns vel etiā ens rōnis: z iō q̄cūqz sunt vnū fm sbām: sunt vnū simplr: z multa fm q̄d: sicut totum in genere subē ꝓpositū ex suis ptib⁹ vel integralib⁹ uel eētialib⁹ est vnū simplr. nā totū est ens z sbā simplr ptes vero sunt eētia z substātie in totum. q̄ vero sūt diuersa fm sbām z vnuz fm accns sūt diuersa simplr: z vnū fm q̄d: sicut multi boues sūt vn⁹ populus: z multi lapides sunt vnus aceruus que est vnitas compositionis aut ordinis. Similiter etiā multa indiuidua q̄ sunt vnū genere uel specie sūt simplr multa: z fm q̄d vnū: nā esse vnū genere uł specie est esse vnū fm rōnē. sicut aūt in genere reꝑnāliū aliqō totuz ꝓponit ex mā z forma: ut hō ex aia z corpe: qui est vnū ens nāle: sz habeat multitudinē ptiū: ita etiā in actib⁹ hūanis act⁹ inferioris potētie māliter se hz ad actū supioris inq̄tum inferior potētia agit in virtute supioris mouentis ipam. sic eni z act⁹ mouētis ꝑmi formaliter se hz ad actū instrumēti. vn̄ pz ꝙ imperiū z act⁹ iperatus sunt vn⁹ act⁹ hūanus sicut qōdā totū: sz est fz ptis multa. ¶ Ad ꝑmū g̃ dō. ꝙ si eēnt potētie diuerse adinuicē nō ordinate: actus earꝫ eēnt simpliciter diuersi. sz qñ vna potētia est mouēs alteram tūc act⁹ earꝫ sunt quodāmō vn⁹. nā idē est act⁹ mouentis z moti: vt dicit in. 3⁹. phicoꝝ. ¶ Ad scōm dō. ꝙ ex hoc ꝙ imperiū z actus iperat⁹ pñt ab inuicē separi: habet ꝙ sūt multa ptib⁹: nā ptes hois pñt ab inuicē separi q̄ tn̄ sunt vnū totū. ¶ Ad tertium dō ꝙ nihil ꝓhibet in his q̄ sūt multa ptibus z vnū totū: vnū ē ꝑius alio: sicut aia quodāmō est ꝑius corpe: z cor est ꝑius alijs mēbris.

ℬ quintuz sic ꝓo

cedit. Videt ꝙ act⁹ uolūtatis nō sit iperat⁹. dicit eni Aug. in. 8⁰. ꝓfes. Imperat anim⁹ ut uelit aius nec tn̄ facit. velle aūt est actus uolūtatis: g̃ act⁹ uolūtatis nō ipat. ¶ Preterea ei ꝙuenit impari cui ꝙuenit ipium itelligere sed uolūtatis nō ē intelligere impiū. differt eni uolūtas ab itellectu eius cui⁹ est itelligere: g̃ act⁹ uolūtatis nō iperat. ¶ Preterea si aliqs act⁹ uolūtatis impat: pari rōne oēs impant: sz si oēs actus uolūtatis impant: necesse est in infinitū ꝓcedere: qz actus uolūtatis ꝓcedit actū impantis rōnis: vt dcm̄ est ꝙ uolūtatis actus si itez impat: illud itez imperiū ꝓcedet aliqs rōnis act⁹: z sic in infinituz hoc aūt est icōueniēs ꝙ ꝓcedat in infinitū: nō ergo actus uolūtatis impat. ¶ Sed ꝑ oē qō est i potestate nostra subiacet iperio nostro: sz actus uolūtatis sunt maxime in ptāte nostra. nā oēs actus nostri intantū dicunt in ptāte nostra ē: inquātuz uolūtarij sunt: g̃ actus uolūtatis impant a nobis. ¶ Rn̄deo dō ꝙ sicut dcm̄ est: iperiū nihil aliud ē ꝙ actus rōnis ordinātis cū q̄dā motiōe ad aliud agendū: ¶ Manifestū est aūt ꝙ rō pōt ordinare de actu uolūtatis. sicut eni pōt iudicare ꝙ bonum sit aliq̄d uelle: ita pōt ordinare imperādo ꝙ hō uelit ex q̄ pz ꝙ actus uolūtatis pōt ē impatus. ¶ Ad ꝑmū g̃ dō. ꝙ sicut Aug. ibidē dicit: aius qñ pfecte impat ibi ut uelit: tūc iam vult. sed ꝙ aliqn̄ iperet z nō uelit: hoc ꝓtingit ex hoc ꝙ nō pfecte imperat Impfectū aūt imperiū ꝓtingit ex hoc ꝙ rō ex diuersis ptib⁹ mouet ad imperādū uel nō ad iperādū: vn̄ fluctuat inter duo z non perfecte imperat ¶ Ad scōm dō. ꝙ sicut in mēbris corpalib⁹ q̄libet mēbꝝ opat nō sibi soli: sz toti corpi ut oculus

videt toti corpori: ita etiã est in potẽtijs aie: nam intellectus intelligit nõ solũ sibi: sed oibus potentijs. ⁊ uolũtas vult non solũ sibi: sed oibus potentijs. ⁊ ideo homo imperat sibiipsi actũ uolũtatis inquãtũ est intelligens ⁊ volens.. ¶ Ad tertiũ dõ q cum imperium sit actus rõnis: ille actus imperatur qui rõni subditur. ꝑmus aũt uolũtatis act⁹ ex rõnis ordinatiõe nõ est: sed ex instinctu nature aut superioris cãe: vt supra dictũ est. ⁊ ideo nõ oportet q in infinitum ꝓcedatur.

¶ sextus sic proce

ditur. Videt q actus rõnis nõ possit esse imperatus. incõueniẽs eni videt q aliquid imperet sibiipsi: sed rõ est que imperat ut supra dictuz ẽ: ergo rõnis actus nõ imperatur. ¶ Preterea id quod est per eẽntiã diuersum est ab eo quod est per ꝑticipationẽ: sed potentia cuius actus imperatur a ratione: est ratio per ꝑticipationẽ: vt dicit in ꝑmo ethi. ergo illius potentie actus nõ imperat que est rõ p eẽntiã. ¶ Preterea ille actus imperat qui est in ptãte nostra: sz cognoscere ⁊ iudicare vex: qõ est actus rõnis: nõ ẽ semper in ptãte nostra: nõ ergo actus rõnis põt cẽ imperatus. ¶ Sed ꝯ. id qõ libero arbitrio agimus nostro imperio agi põt: sed actus rõnis exercent per liberũ arbitriũ. dicit eni Damas. q libero arbitrio homo exquirit ⁊ scrutat ⁊ iudicat ⁊ disponit. ergo actus rõnis ꝑñt esse imperati. ¶ Rñ. dõ q qz rõ supra seipam reflectitur: sicut ordinat de actibus alias potẽtias: ita etiã põt ordinare de suo actu. vnde etiã actus suus põt esse imperat⁹. Sed attendẽdũ est q act⁹ rõnis põt ꝑsiderari dupliciter. Uno mõ q̃tũ ad exercitiũ act⁹. ⁊ sic act⁹ rõnis semp imperari põt: sicut cum indicitur alicui q attendat ⁊ rõne vtat. Alio mõ q̃tũ ad obiectum: respectu cuius duo actus rõnis attenduntur primo quidẽ ut ueritatẽ circa aliquid apꝓhẽdat: ⁊ hoc nõ est in ptãte nostra. hoc eni cõtingit p virtutẽ alicui⁹ luminis uel naturalis vel supnaturalis ⁊ ideo q̃tũ ad hoc actus rõnis nõ est in ptãte nostra: nec imperari põt. Alius aũt actus rõnis est dũ bis que apꝓhendit assentit: si igit fuerint talia apꝓhensa quibus naturaliter intellectus assentiat sicut prima ꝓncipia: assensus taliũ vel dissensus ñ est in ptãte nostra: sed in ordine nature: ⁊ iõ ꝓprie loquẽdo nature imperio subiacet. Sũt aũt quedã apꝓhensa que nõ adeo ꝓincũt intellectũ ꝺn possit assentire uel dissentire: uel saltẽ assensuz vel dissensum suspẽdere ꝓpter aliquã cãm: ⁊ in talibus assensus ipse uel dissensus i ptãte nostra est ⁊ sub imperio cadit. ¶ Adz ꝑmũ ergo dõ. q rõ hoc mõ imperat sibiipsi: sicut ⁊ uolũtas mouet seipam: vt ꝯ dictũ est. inq̃tuz. s. vtraq; potẽtia reflectit supra suũ actum: ⁊ ex vno in aliud tendit. ¶ Ad scõm dõ. q pp diuersitatẽ obiectox que actui rõis subduntur nihil ꝓhibet rõnem seipam ꝑticipare sicut in cognitiõe cõclusionũ ꝑticipat cognitio principiorum.. ¶ Ad tertiũ pz rñsio ex dictis.

¶ septimũ sic pro

cedit. Videt q actus sensitiui appetitus nõ sit impatus. dicit enim Aplus Ro. 7°. Non eni qõ volo bonũ hoc ago. ⁊ glo. exponit: qõ hõ vult nõ cõcupiscere ⁊ tñ ꝓcupiscit. sz ꝓcupiscere est actus appetitus sensitiui: ergo appetitus sensitiui nõ subdit imperio nostro. ¶ Preterea materia corpalem soli deo obedit q̃tum ad trãsmutatiõem formalẽ: vt in ꝑmo habitũ est: sed actus appetitus sensitiui habet quãdã formalem trãsmutationẽ corpis. s. calorẽ vel frigus: g̃ actus appetit⁹ sensitiui nõ subdit imperio hũano. ¶ Preterea ꝓpriũ motiuũ appetitus sensitiui est apꝓhẽsum ꝑm sensum vel imaginationẽ: sed nõ est in potestate nostra semp q aliq̃d apꝓhendamus sensu vel imaginatiõe: ergo actus appetitus sensitiui nõ subiacet imperio nostro. ¶ Sed cõtra est qõ grego. nicenus dicit: q obediẽs rõni diuidit in duo: in desideratiuũ ⁊ irascitiuũ: que ptinent ad appetitum sensitiuũ: ergo actus appetitus sensitiui subiacet imperio rõnis. ¶ Rñ. dõ q ꝑm hoc aliquis actus imperio nostro subiacet: put est i ptãte nostra: vt supra dictũ est. ⁊ ideo ad intelligendũ qualiter actus appetitus sensitiui subdatur imperio rõnis: oportet ꝑsiderare qualiter sit in ptãte nostra. Est aũt sciẽdũ q appetit⁹ sensitiuus in hoc differt ab appetitu intellectiuo qui dicit uolũtas q appetitus sensitiuus est virtus organi corpalis. nõ aũt uolũtas. ois aũt actus virtutis vtẽtis organo corpali dependet nõ solũ ex potẽtia aie: sed etiam ex corpalis organi dispõne: sicut visio ex potẽtia visiua ⁊ qualitate oculi per quã iuuat vel impeditur: vnde ⁊ actus appetitus sensitiui nõ soluz dependet ex vi appetitiua: sz etiã ex dispõne corpis illud aũt quod est ex pte potentie aie sequit apꝓhensionẽ. apꝓhensio aũt imaginatiõis cum sit ptis cularis: regulatur ab apꝓhensiõe rõnis que ẽ vniuersalis: sicut virt⁹ actiua ptcularis a virtute actiua vniuersali: ⁊ ideo ex ista pte actus appetit⁹ sensitiui subiacet imperio rõis. qualitas aũt ⁊ dispositio corpis nõ subiacet imperio rõnis: ⁊ ideo ex hac pte impeditur q̃n motus sensitiui appetit⁹ totaliter subdatur imperio rõnis. Contingit autem etiam quãdoq; q motus appetitus sensitiui subito concitatur ad apꝓhensionẽ imaginationis vel sensus: ⁊ tunc ille motus est ꝓter imperium rõnis q̃uis potuisset impediri a rõne si ꝓuidisset. vnde phs dicit in ꝑmo politicox: q rõ ꝑest irascibili ⁊ ꝓcupiscibili non ꝓncipatu despotico qui est dñi ad seruũ: sed principatu politico aut regali: qui ẽ ad liberos: qui nõ totaliter subduntur imperio. ¶ Ad ꝑmũ ergo dõ. q hoc qõ homo vult ñ ꝓcupiscere ⁊ tñ cõcupiscit: cõtingit ex dispõne corpis per quã impeditur appetitus sensitiuus ne totaliter sequatur imperium rõnis. vnde ⁊ Aplus ibidẽ subdit. Videco aliam legem in mẽbris meis repugnantẽ legi mentis mee. hoc etiã contingit ꝓpter subitum motum cõcupiscẽtie: vt dictũ est. ¶ Ad scõm dõ. q qualitas corpalis dupliciter se habet

ſed actum appetitus ſenſitiui. Uno modo vt ꝓcedens ꝓut aliquis eſt aliqualiter diſpoſitus ꝑz corpus ad hanc vel illam paſſionē. Alio mō vt conſequens: ſicut cum ex ira aliquis incaleſcit: qualitas igitur ꝓcedēs nō ſubiacet imperio rōnis: qz vel eſt ex natura: vel ex aliqua ꝓcedēti motione que non ſtatim quieſcere pōt: ſed qualitas conſequens ſequitur imperium rationis: qz ſequit̄ motum localem cordis quod diuerſimode mouetur ſm diuerſos actus ſenſitiui appetitus. ¶ Ad tertium dō. q̄ qz ad apphēſionē ſenſus requirit̄ ſenſibile exterius non eſt in ptāte noſtra apphendere aliq̄d ſenſu niſi ſenſibili pñte: cui⁹ pñtia nō ſemper eſt in ptāte noſtra. tūc enī homo pōt vti ſenſu cum uoluerit niſi ſit impedimētū ex parte organi Apphenſio aūt imaginatiōis ſubiacet ordinatiōi rōnis ſm modu⁹ virtutis uel debilitatis imaginatiue potētie. q̄ enī homo nō poſſit imaginari que rō cōſiderat: ꝓtingit vel ex hoc q̄ non ſunt imaginabilia ſicut incorpalia: vel ꝓpter debilitatē virtutis imaginatiue: q̄ eſt ex aliqua idiſpōne organi

¶ octauu⁹ ſic pro

cedit. Uidetur q̄ actus vegetabil̄ anime imperio rōnis ſubdantur. vires enī ſenſitiue nobiliores ſunt viribus anime vegetabilis: ſed vires anime ſenſitiue ſubdūtur impio rōnis: ergo multo magis vires anime vegetabilis ¶ Preterea homo dicitur minor mundus: qz ſic eſt anima in corpe ſicut deus in mūdo: ſed dē⁹ ſic eſt in mundo q̄ oīa que ſunt in mundo obediunt eius imperio: ergo ⁊ oīa que ſunt in hoīe obediūt impio rōnis: etiam vires vegetabilis aīe. ¶ Preterea laus ⁊ vituperiū non cōtingit niſi in actib⁹ qui ſubdūtur imperio rōnis: ſed in actibus nutritiue ⁊ generatiue potētie cōtingit eſſe laudē ⁊ vituperiū ⁊ virtutē ⁊ vitium: ſicut patet in gula ⁊ luxuria ⁊ virtutibus oppoſitis: ergo actus harum potentiarū ſubduntur imperio rōnis. ¶ Sed ꝯ ē quod Greg. nicenus dicit: q̄ id q̄ō non ꝓuadetur a rōne eſt nutritiuū ⁊ generatiuū. ¶ Rñ. dicendū q̄ actuū quidā ꝓcedūt ex appetitu naturali. q̄dā aūt ex appetitu aīali vel intellectuali. omne enim agens aliquo mō appetit finem. appetit⁹ aūt naturalis non cōſequitur aliquā apphenſiōem ſicut ſequitur appetitus aīalis ⁊ intellectualis. rō autem imperat per modū apphenſiue virtutis: ⁊ iō act⁹ illi qui ꝓcedunt ab appetitu intellectiuo vel aīali pñt a rōne imperari: nō aūt actus illi qui ꝓcedūt ex appetitu naturali. huiuſmōi enī actus ſunt vegetabilis aīe: vnde vt Greg. nicenus dicit: q̄ vocatur naturale: q̄ō generatiuū ⁊ nutritiuū: ⁊ ꝓpter hoc actus vegetabilis aīe nō ſubdūtur impio rōnis. ¶ Ad primu⁹ g̃ dō. q̄ quāto aliq̄s actus eſt imāliōr tāto eſt nobilior ⁊ magis ſubditus impio rōnis. vnde ex hoc ipſo q̄ vires aīe vegetabilis ñ obediunt rōni: apparet has vires infimas eſſe.

¶ Ad ſcōm dō. q̄ ſimilitudo attendit̄ q̄ tū ad aliquid: qz. ſ. ſicut deus mouet mūdū: ita aīa mouet corpus. nō aūt q̄ tum ad oīa. nō enī⁹ aīa creauit corpus ex nihilo ſicut mūdu⁹: ꝓpter q̄ō totaliter ſubditur eius imperio.. ¶ Ad tertiū dō. q̄ virtus ⁊ vitium: laus ⁊ vituperiū nō dēbētur ipſis actib⁹ nutritiue vel generatiue potētie: que ſunt digeſtio ⁊ formatio corpis humani: ſed actibus ſenſitiue ptis ordinatis ad actus generatiue vel nutritiue: puta in cōcupiſcendo delectationē cibi ⁊ venereorum: ⁊ vtendo ſm q̄ oportet: vel nō ſm q̄ oz.

¶ nonum ſic pro

ceditur. Uidetur. q̄ mēbra corporis nō obediant rōni q̄ tu⁹ ad act⁹ ſuos cōſtat enī q̄ mēbra corpis magis diſtant a rōne q̄ vires aīe vegetabilis nō obediūt rōni: vt dictum eſt: ergo multo minus mēbra corpis. ¶ Preterea cor eſt ꝓncipiū motus aīalis: ſed motus cordis nō ſubditur impio rōnis. dicit enī Greg. nicenus: q̄ pulſatiuū nō eſt ꝑſuaſibile rōne: ergo mot⁹ mēbrorū corpaliū nō ſubiacet impio rōnis. ¶ Preterea Aug. dicit. 14. de ciui. dei: q̄ motus mēbrorū genitaliū aliq̄n iportunus eſt nullo poſcēte. aliq̄n aūt deſtituit inhibitem: ⁊ cum in aīo ꝓcupiſcentia ferueat: friget in corpe: ergo mot⁹ mēbrorū nō obediunt rōni. ¶ Sed cōtra eſt q̄ō Aug. dicit. 8°. confeſ. Impat anim⁹ vt moueat manus: ⁊ tāta eſt facultas vt vix a ſeruitio diſcernat imperiū. ¶ Rñ. dō. q̄ mēbra corpis ſūt organa quedaꝫ potētiarū aīe: vñ eo mō quo potētie aīe ſe hñt ad hoc q̄ obediant rōni: hoc mō ſe hñt etiā corpis mēbra: quia igitur vires ſenſitiue ſubdūtur impio rōnis: nō aūt vires naturales: ideo oēs motus mēbrorū que mouentur a potētijs ſenſitiuis ſubdūtur impio rōnis motus aūt mēbrorū qui cōſequūt vires naturales nō ſubdūtur impio rōnis. ¶ Ad primu⁹ g̃ dō. q̄ mēbra non mouēt ſeipſa: ſed mouētur ꝑ potētias aīe: quarū quedā ſunt rōni vicinio⁹ q̄ vires aīe vegetabilis ¶ Ad ſcōꝫ dō. q̄ in his que ad intellectū ⁊ volūtatē ꝓtinent ꝓmū inuenit id q̄ō eſt ꝑz naturā ex quo alia deriuātur: vt a cognitiōe ꝓncipioꝝ naturaliter notorū notatur cognitio cōcluſionū: ⁊ a volūtate finis naturaliter deſiderati derivat electio coꝝ que ſunt ad finē ita etiā in corpalibus motibus ꝓncipiū eſt ſm naturam. ꝓncipiū aūt corpalis mot⁹ eſt a motu cordis: vnde motus cordis ſm naturā eſt ⁊ nō ſm voluntatē. cōſequit enī ſicut per ſe accñs vitā que eſt ex vniōe corpis ⁊ aīe: ſicut motus grauiū ⁊ leuiū ꝙſequit̄ formam ſubſtātialē ipſoꝝ. vnde ⁊ a generāte moueri dicūtur ſm phm in. 8°. phicoꝝ: ⁊ ꝓpter hoc mot⁹ iſte vitalis dicit. vñ Greg. nicenus dicit: q̄ ſicut generatiuū ⁊ nutritiuū non obedit rōni: ita nec pulſatiuū q̄ō eſt vitale. pulſatiuū aūt appellat motum cordis: qui manifeſtatur per venas pulſatiles.

¶ Ad tertiū dō. q̄ ſicut aug. dicit in. 14°. de ci. dei hoc q̄ motus genitaliū mēbrorū rōni nō obedit ē ex pena peccati: vt. ſ. aīa ſue obediētie ad deū i illo ꝓcipue mēbro penam inobediētie patiat: ꝑ q̄ō peccatū originale ad poſteros traducit. ſed quia per peccatū primi parentis: vt. ſ. dicet. natura eſt ſibi relicta ſubtracto ſupnaturali dono q̄ō hoi di

uinitus erat collatū: ideo ꝓsiderāda est rō naturalis quare motus huiusmōi mēbrorū ꝑfaliter rōni nō obedit: cuius cām assignat Aristo. in li. de cāis motus aialium: dicēs inuolūtarios esse motꝰ cordis ⁊ mēbri pudendi. s. qz ex aliqua apꝓhensione huiusmodi mēbra cōmouētur: inq̄tum. s. intellectus ⁊ fantasia repñtant aliqua ex quibus consequūtur passiones aiāe: ad quas cōsequitur motus horum mēbrorū: non tñ mouetur fm iussum rōnis aut intellectus: qz scilicet ad motum horū mēbrorū requiritur aliqua alteratio naturalis scilicz caliditatis ⁊ frigiditatis: que quidē alteratio non subiacet imperio rationis. ſpaliter autē hoc accidit in his duobus membris: qz vtrūq; istorū membrorū est quasi quoddā aiāl separatum inq̄tū est principium vite. principium aūt est virtute totum. cor enim principiū est sensuum: ⁊ ex mēbro genitale virtus exit seminalis que est virtute totum aiāl. ⁊ ideo habent ꝓprios motus naturaliter qz principia oportet esse naturalia: vt dictum est.

Questio decimaoctaua.

Ost hoc cōsi\

derandum est de bonitate ⁊ malicia humanorū actuum Et ꝓmo quomō actio hūana sit bona vel mala. 2° de his que cōsequūtur ad bōitatē vel malicia humanorū actuū: puta meritū vel demeritū peccatū ⁊ culpa Circa primū occurrit triplex cōsideratio. Prīa est de bonitate ⁊ malicia hūanorū actuū in generali. Scōa de bonitate ⁊ malicia interiorū actuum Tertia de bonitate ⁊ malicia exteriorū actuum.

Circa primū querūtur. xi. Primo vtrū ois actio sit actio bona: vel aliqua sit mala. 2° vtrū actio hominis habeat q̄ sit bona vel mala ex obiecto. 3°. vtrū hoc habeat ex circūstantia. 4°. vtrū hoc habeat ex fine. 5°. vtrū aliqua actio hois sit bona vl̄ mala in sua specie. 6°. vtrū actus habeat speciē boni vel mali ex fine. 7°. vtrū species que est ex fine cōtineatur sub specie que est ex obiecto sicut sub genere aut econuerso. 8°. vtrū sit aliquis actus indifferens fm suam spēm. 9°. vtrū aliquis actus sit indifferens fm indiuiduū. x°. vtrū aliqua circunstantia cōstituat actum moralē in specie boni vel mali. xi°. vtrū ois circūstantia augens bonitatem vel maliciaz constituat actum moralem in specie boni vel mali.

Ad primū sic proce

ditur. Videt q̄ ois actio hois sit bōa ⁊ nulla sit mala. dicit enim Dionysiꝰ quarto ca. de di. no. q̄ malus non agit nisi virtute boni: sed virtute boni nō fit malū. ergo nulla actō est mala. Pterea nihil agit nisi fm q̄ est actu nō est aūt aliquid malū fm q̄ est actu: sed fz q̄ potentia priuatur actu. inquātū aūt potētia ꝑficitur per actuz est bonū: vt dicit in .9. metaphice. nihil ergo agit inq̄tum est malū: sed solū inq̄tū est bonum: ois ergo actio est bōa ⁊ nulla mala. Preterea malū nō pōt esse cā nisi p accñs: vt pz p dionysiū. 4°. ca. de di. no. sed ois actiōis est aliq̄s per se effectus: nulla ergo actio est mala: sed ois actio est bona. Sed contra est qđ dñs dicit Joh. 3°. Omis qui male agit odit lucē: est ergo aliqua actio hois mala. Rñ. dđ q̄ de bono ⁊ malo in actionibus oz loqui sicut de bono ⁊ malo in rebus: eo q̄ vnaquęq; res talē actionē ꝓducit qualis est ipa In rebus aūt vnūqđq; tm̄ hz de bono: q̄ tū hz de esse. bonū enī ⁊ ens conuertunt: vt in ꝓmo dcm̄ est. solus aūt deus habet totā plenitudinē sui esse fm aliqđ vnū ⁊ simplex. vnaq̄q; res vero hz plenitudinē essendi sibi cōueniētē fm diuersa. Unde in aliquibus ptingit q̄ q̄ tū ad aliquid hñt esse: ⁊ tamē eis aliqđ deficit ad plenitudinē essendi eis debitaz sicut ad plenitudinē esse humani requirit q̄ sit qđ dā cōpositum ex aīa ⁊ corpe: hns oēs potētias ⁊ instrumenta cognitiōis ⁊ motus. vnde si aliqđ horum deficiat alicui hoi deficit ei aliquid de plenitudine sui esse. q̄ tū igit habet de esse: tantū hz de bonitate. inquātum vero aliquid ei deficit de plenitudine essendi: intantū deficit a bonitate: ⁊ dicit malum: sicut homo cecus hz de bonitate q̄ viuit ⁊ malū est ei q̄ caret visu. si vero nihil haberet de entitate vel bonitate: neq; malus neq; bonū dici posset: sed qz de rōne boni est ipsa plenitudo essendi: siquidē alicui aliqđ defuerit de debita essendi plenitudine nō dicetur simplicit bonū: sed fm qđ inq̄tū est ens. poterit tñ dici simpliciter ens: ⁊ fz quid nō ens: vt ꝓmo dictū est. Sic igitur dicēduz est q̄ ois actio inq̄tū habet aliquid de esse: intātū habet de bonitate. inquātum vero deficit ei aliqđ de plenitudine essendi que debet actioni hūane intātū deficit a bonitate: ⁊ sic dicit mala: puta si deficiat ei: vel determinata quātitas fm rōnem: vel debitus locꝰ: vel aliquid huiusmodi. Ad ꝓmū ergo dđ q̄ malū agit in virtute boni deficientis. si enī nihil esset ibi de bono: neq; esset ens: neq; agere posset. si aūt nō esset deficiēs nō esset malū. vnde ⁊ actio causata est qđdam bonū deficiēs: qz fz quid est bonuz: simpliciter aūt malū. Ad scōz dđ. q̄ nihil ꝓhibet aliquid esse fz quid in actu. vñ agere possit: ⁊ fm aliud priuari actu. vnde causet deficientem actionē: sicut homo cecus actu hz virtutem gressiuā p quā ambulare pōt: sed inq̄tū caret visu qui dirigit in ambulādo: patitur defectuz in ambulando dum ambulat cespitando. Ad tertium dđ q̄ actio mala pōt habere aliquez effectum per se fm id qđ habet de bonitate ⁊ entitate: sicut adulterium est cā generatiōis humane in quātū hz ꝓmixtionē maris ⁊ femine: non autē in quātum caret ordine rōnis.

Ad secundū sic pro

cedit. Videtur q̄ actio nō hēat bonitatē vel malicia ex obiecto. obm enī actiōis ē res: i reb⁹ aūt nō est malū: fz in vsu peccātiū: vt aug. dicit in li. 3°. de doc. xp̄iana: ḡ actio humana non habet bonitatem vel maliciam ex ob-

iecto. ¶ Preterea obiectū cōparat ad actionē ut materia: bonitas aūt rei nō est ex materia: sed magis ex forma que est act⁹: ergo bonū ⁊ malum nō est in actibus ex obiecto. ¶ Preterea obiectū potētie actiue cōparat ad actionē sicut effect⁹ ad causam: sed bonitas cause nō dependet ex effectu ſz magis ecōuerſo: ergo actio humana nō habet bonitatem uel malicia ex obiecto. ¶ Sed ꝯ est qđ dicitur oſee. 9°. Facti sunt abominabiles sicut ea que dilexerūt. fit autē homo deo abominabilis ꝓpter maliciā ſue operationis: ergo malicia operatiōis est ſm obiecta mala que homo diligit: ⁊ eadez ratio est de bonitate actiōis. ¶ Rñdeo dicendū ꝙ ſicut dictum est bonuz ⁊ malū actionis ſicut ⁊ cetera rum rex attendit ex plenitudine eſſendi uel defectu ipſius: primū autē quod ad plenitudinē eſſēdi pertinere videt: est id quod dat rei ſpeciē: ſicut autem res naturalis habet ſpeciem ex ſua forma: ita actio habet ſpeciem ex obiecto: ſicut ⁊ motus ex termino. ⁊ ideo ſicut pma bonitas rei naturalis attēdit ex ſua forma que dat ſpeciē ei: ita ⁊ pma bonitas actus moralis attendit ex obiecto cōueniēti: vnde ⁊ a quibuſdā vocat bonū ex genere puta uti re ſua: ⁊ ſicut in rebus naturalib⁹ primum: malum est ſi res generata nō conſequit formā ſpecificā: puta ſi nō generet hō: ſed aliquid loco hoīs ita primū malū in actionib⁹ moralibus est qđ ē ex obiecto: ſicut accipere aliena. ⁊ dicit malū ex genere: genere ꝓ ſpecie accepto: eo modo loquēdi quo dicimus humanū genus totam humanā ſpeciem. ¶ Ad primū ergo dicendū ꝙ licet res exteriores ſint in ſeipſis bone: tñ nō ſemp habēt debitā ꝓportionē ad hāc uel illā actionē: ⁊ iō inq̄tū ꝓſiderant ut obiecta taliū actionū: nō habent rationē boni. ¶ Ad ſecundū dicendū ꝙ obiectū nō est materia ex q̄: ſed materia circa quā: ⁊ habet quodāmodo rationē forme inq̄tum dat ſpēm. ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ nō ſemp obiectū actōis humane est obiectuz actiue potētie. nam appetitiua potētia ē quodāmodo paſſiua inq̄tum mouet ab appetibili: et tñ est pncipiū humanoꝝ actuū: neq; etiam potētiarum actiuaꝝ obiecta ſemp hñt rationē effect⁹: ſed qñ iam ſunt tranſmutata ſicut alimētū trāſmutatum est effectus nutritiue potētie: ſed alimentū nondū tranſmutatū cōparat ad potentiā nutritiuam: ſicut materia circa quā operat. ex hoc autez ꝙ obiectū est aliq̄ mō effectus potētie actiue ſequitur ꝙ ſit terminus actōis ei⁹: ⁊ per conſequēs ꝙ det ei formā ⁊ ſpeciē. mot⁹ enim habet ſpeciē a terminis: ⁊ q̄uis etiā bonitas actōis nō cauſet ex bonitate effect⁹: tamē ex hoc dicit actio bona ꝙ bonuz effectū inducere pōt: ⁊ ita ipſa ꝓportio actōis ad effectū est rō bonitatis ipſius.

Ad tertium sic pro

ceditur. Videt ꝙ actio nō ſit bona vl̄ mala ex circumſtātia: circūſtātie enīz circumſtāt actū ſicut extra ipm exiſtētes: ut dictū est: ſz bonū ⁊ malū ſunt in ipſis reb⁹: ut dicit i. 6°. metaphi. ḡ actio nō habet bonitatē uel maliciam ex circumſtātia. ¶ Preterea bonitas uel malicia actus maxime conſideratur in doctrina moz: ſed circumſtātie cum ſint quedā accidētia actuū videnteſſe ꝑter conſiderationē artis: q; nulla ars conſiderat id qđ est ꝑ accidēs: ut dicit in. 6°. metha. ḡ bonitas uel malicia actōis nō ē ex circūſtātia. ¶ Preterea id qđ ꝓuenit alicui ſm ſuā ſubſtantiā non attribuit ei ꝑ aliqđ accidēs: ſz bonū ⁊ malū cōuenit actioni ſm ſuam ſubſtantiā: quia actio ex ſuo genere pōt eſſe bona uel mala: ut dictū est: ḡ nō cōuenit actioni ex circumſtantia ꝙ ſit bona uel mala. ¶ Sed ꝯ est qđ phs dicit in libro ethicoꝝ: ꝙ virtuoſus operat ſm ꝙ oportet: ⁊ qñ oportet ⁊ ſcōm alias circumſtātias: ḡ ex ꝓtrario vitioſus ſm vnū quodq; vitiū operat qñ nō oportet: vbi nō oportet: ⁊ ſic de aliīs circumſtantiīs: ḡ actiōes humane ſm circumſtantia ſunt bone uel male. ¶ Reſpondeo dicendū ꝙ in reb⁹ naturalib⁹ non inuenit tota plenitudo pfectionis que debet ei ex forma ſubſtātiali q̄ dat ſpēm: ſz multū ſupaddit ex ſupueniētibus accidētib⁹ ſicut in homine ex figura: ex colore: ⁊ ſic de aliīs quoꝝ ſi aliqđ deſit ad decentē bītudinē ꝓſequit mala: ita etiā est in actiōe. nā plenitudo bonitatiſ ei⁹ nō tota conſiſtit in ſua ſpē: ſz aliqđ addit ex his q̄ aduenīūt tanq̄ accētia quedā: ⁊ huiuſmōi ſunt circūſtātie debite. vñ ſi aliqđ deſit qđ req̄rat ad debitas circumſtātias erit actio mala. ¶ Ad ꝓmuz ḡ dō: ꝙ circūſtātie ſūt extra actionē inq̄tū nō ſunt de eēntia actōis: ſūt tñ in ipſa actōe velut qđā accētia ei⁹: ſicut ⁊ accētia q̄ ſunt in ſubſtātiīs naturalib⁹ ſunt extra eēntia caꝝ. ¶ Ad 2m dō. ꝙ nō oīa accētia ꝑ accēns ſe hñt ad ſua ſubſtantiā: ſz qđa ſūt ꝑ ſe accētia q̄ in vnaquaq; arte cōſiderant: ⁊ p hūc modū ꝓſiderant circūſtātie actuū in doctrina morali. ¶ Ad tertiū dicenduz ꝙ cum bonū ꝓuertat cū ente: ſicut ens dicit ſm ſubſtātiā ⁊ ſm accēns: ita ⁊ bonū attribuit alicui ⁊ ſm eē ſuū eēntiale ⁊ ſm eſſe accidētale: tā in reb⁹ naturalib⁹ q̄ in actionib⁹ moralibus.

D quartuz sic pro

cedit. Videtur ꝙ bonū ⁊ malū i actibus humanis nō ſint ex fine: dic enī dionyſ. 4°. capło de di. no. q̄ nihil reſpicies ad malum opat. ſi igit ex fine deriuaret opatio bona uel mala: nulla actio eſſet mala: quod patet eē falſuz. ¶ Preterea bonitas actus est aliquid in ipſo exiſtēs: finis aūt est cā extrinſeca: nō ḡ ſm finē dicit actio bona uel mala. ¶ Preterea ꝓtingit aliquā bonā operationē ad malū finē ordinari: ſicut cum aliquis dat elemoſynā ꝓpter inanē gloriā: ⁊ econuerſo aliquā malā operationē ordinari ad bonuz finem: ſicut cum quis furatur ut det pauperi: non ergo est ex fine actio bona uel mala. ¶ Sed ꝓtra est quod boetius dicit in topi. q̄ cuius finis bonus est: ipſum quoq; bonum est: ⁊ cuius finis malus ē: ipſuz quoq; malū ē. ¶ Reſpondeo dicendū ꝙ eadem est diſpoſitio rex in bonitate ⁊ in eſſe: ſūt enī q̄dā quoꝝ eſſe ex alio nō dependet: ⁊ in his ſufficit cōſiderare ipſuz eoꝝ eē abſolute. Quedā vero

sunt quoꝝ esse depẽdet ab aliõ: vñ oportet q cõsi
deret p ꝓsiderationẽ ad causam a qua depẽdet: si
cut aũt esse rei depẽdet ab agẽte ⁊ forma: sic boni
tas rei depẽdet a fine: vñ in ꝑsonis diuinis que nõ
hñt bonitatẽ dependentẽ ab alio nõ ꝓsiderat aliq
rõ bonitatis ex fine: actiones aũt humane ⁊ alia
quoꝝ bonitas dependet ab alio hñt rõnem boni
tatis ex fine a quo depẽdet preter bonitatẽ absolu
tam que in eis existit. Sic igit in actõe humana bo
nitas quadruplex ꝓsiderari põt. Una quidẽ fm ge
nus ꝑut. s. est actio: qz q̃tum habet de actõe ⁊ en
titate: tantũ habet de bonitate: ut dictũ est. Aliave
ro secundũ speciẽ q̃ accipit fm obiectũ ꝓueniens.
Tertia fm circumstãtias quasi fm accidẽtia q̃dã.
Quarta autẽ fm finẽ q̃si fm habitudinẽ ad boni
tatis causam. ¶ Ad primũ g̃ dicendũ q bonũ ad
qd aliquis respiciẽs operat: nõ semp est veꝝ bonũ
sz quãdoq; verum bonũ ⁊ quãdoq; apparẽs ⁊ fz
hoc ex fine sequit actio mala. ¶ Ad 2m dicẽdũ q
q̃uis finis sit cã extrinseca tñ debita ꝓportio ad fi
nẽ ⁊ relatio i ipsũ inheret actõi. ¶ Ad tertiũ dicẽ
dũ q nihil phibet actioni hñti vnã p̃dictaꝝ boni
tatũ deesse aliã: ⁊ fm hoc ꝓtingit actionẽ que ẽ bo
na fm speciẽ suã uel fm circũstantias ordinari ad
finẽ malũ: uel econuerso. nõ tñ est actio bona simpli
citer nisi oẽs bonitates ꝓcurrãt: qz quilibet singula
ris defect9 causat malũ: bonũ aũt causat ex integra
ca: ut diony. dicit. 4. capo de di. no.

Quantum sic ꝓce

ditur. Videt q actus morales non
differãt specie fm bonũ ⁊ malum: bo
num enim ⁊ malũ in actibus inuenit ꝓportiõaliter re
bus: ut dictũ est: sed in rebus bonũ ⁊ malum nõ di
uersificãt speciẽ. idem enĩ specie est homo bon9 et
malus: g̃ neq; etiã bonũ ⁊ malũ in actib9 diuersifi
cant speciẽ. ¶ Preterea malũ cum sit ꝑuatio est
quoddã nõ ens: sz nõ ens nõ potest cẽ differẽtia fz
phm in. 3o metha. cũ g̃ differẽtia ꝓstituat speciẽ: vi
det q aliqs act9 ex hoc q est malus nõ ꝓstituat in
aliq̃ specie: ⁊ ita bonũ ⁊ malũ nõ diuersificãt spẽm
humanoꝝ actuũ. ¶ Preterea diuersoꝝ actuum
fm speciẽ diuersi sunt effectus: sz idẽ specie effect9
potest ꝓsequi ex actu bono ⁊ malo: sicut bõ gene
ratur ex adulterio ⁊ ex matrimoniali ꝑcubitu: er
go actus bon9 ⁊ mal9 nõ differũt spẽ. ¶ Preterea
bonũ ⁊ malũ dicit in actib9 quãdoq; fm circum
stantiã: ut dictũ est: sz circumstãtia cuz sit accñs nõ
dat speciẽ actui: g̃ actus humani nõ differũt specie
ꝓpter bonitatẽ ⁊ malitiã. ¶ Sed cõ fm phm in. 2o
ethi. Similes habit9 bon9 ⁊ malus differũt specie
ut liberalitas ⁊ pdigalitas: g̃ ⁊ act9 bonus ⁊ mal9
differũt specie. ¶ Rñdeo dicendũ q oĩs act9 spẽz
habet ex suo obiecto: sicut. s. dictũ est. vñ oportet
q aliq̃ differẽtia obiecti faciat diuersitatẽ speciei i
actib9. Est autẽ ꝓsiderandũ q aliq̃ differẽtia obie
cti facit differentiã speciei in actib9 fm q referunt
ad vnũ ꝓncipiũ actuũ qd nõ facit differentiam in
actib9 fm q referunt ad aliud ꝓncipiũ actiuũ: qz
nihil q est p accidẽs cõstituit speciẽ: sz solũ q est p
se potest autem aliqua differentia obiecti esse per
se in comparatione ad vnum ꝓncipium: ⁊ p ac
cidens in comparatione ad aliud sicut cognosce
re colorem ⁊ sonum per se differũt per cõparatio
nem ad sensum: non autem per comparationẽ ad
intellectũ. In actib9 autem bonum ⁊ malum dici
tur per comparationẽ ad rationẽ: quia ut diony
sius dicit. 4. ca. de di. no. Bonuz hominis est fm
rationem: esse malum autem quod est preter rati
onem. vnicuiq; enim rei est bonum quod cõuenit
ei fm suam formã: ⁊ malũ quod est ei preter ordi
nem sue forme: patet ergo q differẽtia boni ⁊ ma
li circa obiectuz considerata comparantur per se
ad rationẽ. s. fm q obitum est ei conueniẽs uel nõ
conueniens. dicuntur autem aliqui actus huma
ni uel morales fm q sunt a ratione: vnde manife
stum est q bonum ⁊ malum diuersificant speciem
in actibus moralibus differentie enim per se diuer
sificant speciem. ¶ Ad pmũ g̃ dicẽdum: q etiam
in rebus naturalibus bonum ⁊ malum quod ẽ fm
naturam ⁊ contra naturam diuersificant speciem
nature. corpus enim mortuũ ⁊ corpus viuuz non
sunt eiusdem speciei: ⁊ similiter bonum inquantũ
est scõm rationẽ: ⁊ malum inquantũ est preter ra
tionem diuersificãt speciẽ mortis. ¶ Ad secundũ
dicendũ q malum ꝓportat priuationẽ non abso
lutam: sed consequentẽ talem potentiã. dicit enim
malus fm suam speciẽ non ex eo q nullum habe
at obiectũ: sed quia habet obiectum nõ cõueniẽs
rationi: sicut tollere aliena: vnde inquantuz obie
ctum est aliquid positiue: potest cõstituere speciez
mali actus. ¶ Ad tertiũ dicendũ q actus cõiuga
lis ⁊ adulterium scõm q comparant ad rationez
differũt spẽ ⁊ hñt effectus specie differentes: quia
vnum eoꝝ meret laudem ⁊ premium: aliud vitu
perium ⁊ penã: sed scõm q cõparant ad potentiã
generatiuã nõ differũt spẽ: ⁊ sic hñt vnũ effectũ fz
spẽz. ¶ Ad 4m dõ. q circũstãtia q̃q; sumit ut dif
ferẽtia ẽntialis obi scõm q ad rõnez cõparat: et
tũc põt dare speciẽ actui morali: ⁊ hoc oportet ẽ
q̃ncũq; circumstãtia trãsmutat actũ de bonitate i
malicia. nõ enĩ circumstãtia faceret actũ malũ nisi
p hoc q rationi repugnat.

Sextum sic proce

ditur. Videt q bonũ ⁊ malũ qd est ex
fine nõ diuersificẽt speciẽ i actib9 act9
enĩ hñt spẽm ex obiecto: sz finis ẽ ꝑter rõnez obie
cti: g̃ bonũ ⁊ malũ qd est ex fine nõ diuersificãt spe
ciẽ act9. ¶ Preterea id qd est p accñs nõ cõstituit
spẽm: ut dcm ẽ: sz accidit alicui actui q ordinet ad
aliquẽ finẽ: sicut q aliqs det elemosynã ꝓpt inanẽ
gliaz. g̃ scõm bonũ ⁊ malũ qd ẽ ex fine nõ diuersifi
cant act9 fm spẽz. ¶ Preterea diuersi act9 fz spẽz
ad vnũ finẽ ordiari pnt: sic ad finẽ ianis gliꝛie ordia
ri pnt act9 diuersaꝝ virtutũ ⁊ diuersoꝝ vitioꝝ: ñ
g̃ bonũ ⁊ malũ qd accipit fz finẽ diuersificat spẽz
actuũ. Sz cõ ẽ q. s. oñsuz ẽ q act9 hũani hñt spẽz a
fine: g̃ bonũ ⁊ malũ qd accipit fz finẽ: diuersificat
spẽz actuũ. ¶ Rñdeo dõ q aliq act9 dicunt hũani

inq̃tuz ſunt volũtarij: ſicut. ꝫ. dictũ eſt: in actu aũt volũtario inuenit duplex actus. ſ. actꝰ interior volũtatis: ⁊ actus exterior: ⁊ vterq; horꝫ actuuz habet ſuum obiectũ: finis autẽ ꝓprie eſt obiectũ interioris actus volũtarij: id autẽ circa quod eſt actio exterior eſt obiectũ ciꝰ: ſicut igit actꝰ exterior accipit ſpeciẽ ab obiecto circa qõ eſt ita actus interior volũtatis accipit ſpeciez a fine ſicut a ꝓprio obiecto. id aũt quod eſt ex parte volũtatis ſe habet vt formale ad id qõ eſt ex parte exterioris actꝰ: quia volũtas vtit membris ad agendũ ſicut inſtrumentis: neq; actus exteriores habẽt rõnez moralitatis niſi inq̃tum ſunt volũtarij: ⁊ iõ actus humani ſpeciel formaliter ꝑſiderant ſm finẽ: materialiter aũt ſm obiectũ exterioris actꝰ: vñ phs dicit in. 5ᵒ ethicoꝝ q̃ ille q̃ furat ut cõmittat adulteriũ: ⁊ p ſe loquẽdo magis adulter q̃ fur. ¶ Ad primũ ergo dicendũ q̃ finis habet rationẽ obiecti: ut dictum eſt. ¶ Ad ſecundũ dicendũ q̃ ordinari ad talẽ finẽ. et ſi accidat exteriori actui: nõ tñ accidit actui interiori volũtatis q̃ cõparat ad exteriorẽ ſicut formale ad materiale. ¶ Ad tertiũ dicendũ q̃ qñ multi actus ſpecie differẽtes ordinant ad vnũ finẽ: eſt q̃dem diuerſitas ſpeciei ex parte exterioꝝ actuum ſed vnitas ſpeciei ex parte actus interioris.

ℬ ſeptimũ ſic ꝓ

ceditur. Videt q̃ ſpecies bonitatis q̃ eſt ex fine cõtineat ſub ſpecie bonitatis q̃ eſt ex obiecto: ſicut ſpecies ſub genere: puta cum aliquis vult furari ut det elemoſynã: actꝰ enim habet ſpeciẽ ex obiecto: ut dictũ eſt: ſz impoſſibile eſt q̃ aliq̃d cõtineat in aliqua alia ſpecie quod ſub ꝓpria ſpecie nõ continet: quia idẽ nõ põt eſſe in diuerſis ſpecieb⁹ ſub alternis. ergo ſpes que eſt ex fine continet ſub ſpecie que eſt ex obiecto. ¶ Preterea ſemp vltima differẽtia ꝓſtituit ſpeciẽ ſpecialiſſimã: ſed differẽtia que eſt ex fine videt eſſe poſterioꝝ q̃ differẽtia que eſt ex obiecto: q⁹ finis habet rationẽ vltimi: ergo ſpecies que eſt ex fine ꝓtinetur ſub ſpecie que ẽ ex obiecto: ſicut ſpecies ſpecialiſſima. ¶ Preterea quãto aliq̃ differẽtia ẽ magis formalis tanto magis eſt ſpecialis: q⁹ differentia cõparat ad genꝰ vt forma ad materiã: ſed ſpes que eſt ex fine eſt formalioꝝ ea que ẽ ex obiecto: ut dictũ eſt: g̃ ſpes que eſt ex fine ꝓtinet ſub ſpecie q̃ ẽ ex obiecto: ſicut ſpes ſpecialiſſima ſub genere ſub alterno. ¶ Sed ꝯ: cuiuſlibet generis ſunt determinate differẽtie: ſz actus eiuſdẽ ſpeciei ex parte obiecti põt ad infinitos fines ordinari: puta furtuz ad infinita bona uel mala: g̃ ſpecies q̃ ẽ ex fine nõ cõtinetur ſub ſpecie que eſt ex obiecto ſicut ſub gnere. ¶ Reſpõdeo dicenduz q̃ obiectũ exterioris actꝰ dupl'r põt ſe habere ad finẽ volũtatis. Uno mõ ſicut p ſe ordinatũ ad ipſuz: ſicut bene pugnare per ſe ordinat ad victoriã. Alio mõ p accidẽs: ſicut accipere rem alienã p accidẽs ordinat ad dandũ elemoſynã. Oportet aũt ut phs dicit in. 7ᵒ methaphꝫ. q̃ differẽtie diuidẽtes aliqd genus ⁊ ꝓſtituẽtes ſpeciẽ illius generis: per ſe diuidãt illud. ſi aũt p accẽs nõ recte ꝓcedit diuiſio: puta ſiquis dicat: aialium aliud rõnale: aliud irrõnale: ⁊ aialiuz irrõnalium aliud alatũ: aliud nõ alatũ. alatũ eni ⁊ nõ alatũ nõ ſunt p ſe determinatiua ciꝰ qõ eſt irrõnale. Oportet aũt ſic diuidere: aialiũ aliud hñs pedes: aliud nõ habẽs pedes: ⁊ habentiũ pedes aliud hz duos aliud quattuor: aliud multos. hec eni p ſe determinãt ꝓximẽ differẽtiã. Sic igit q̃ obiectũ nõ eſt per ſe ordinatũ ad finẽ: differẽtia ſpecifica q̃ eſt ex obiecto non eſt per ſe determinatiua ciꝰ qõ eſt ex fine nec ecõuerſo. vñ vna iſtaꝝ ſpeciez nõ eſt ſub alia: ſed tũc actus moralis eſt ſub duabꝰ ſpecieb⁹ quaſi diſperatis. vñ dicimꝰ q̃ ille qui furat ut mechet: cõmittit duas malicias in vno actu. Si vero obiectum per ſe ordinetur ad finez: vna dictaꝝ differẽtiaꝝ eſt per ſe determinatiua alteriꝰ: vñ vna iſtaꝝ ſpeciez ꝓtinebit ſub altera. ꝑſiderandũ aũt reſtat que ſub qua. Ad cuiꝰ euidentiã ꝓmo ꝑſiderandũ ẽ q̃ q̃to aliq̃ differẽtia ſumit a forma magis particulari: tanto magis eſt ſpecifica. Secundo q̃ quanto agẽs eſt magis vle: tãto ex eo eſt forma magis vniuerſalis. Tertio q̃ quãto aliqs finis eſt poſterior: tãto reſpondet agẽti vniuerſaliori ſicut victoria q̃ eſt vltimus finis exercitus: eſt finis intentus a ſummo duce. ordinatio autẽ huiꝰ aciei uel illius: eſt finis intentus ab aliquo inferioꝝ ducũ: ⁊ exiſtis ſequitur q̃ differẽtia ſpecifica que eſt ex fine: eſt magis generalis: ⁊ differẽtia que eſt ex obiecto per ſe ad talẽ finem ordinato: eſt ſpecifica reſpectu eius. volũtas enim cuius ꝓpriũ obiectũ eſt finis ẽ vniuerſale motiuũ reſpectu oium potentiaꝝ aie quarũ ꝓpria obiecta ſunt obiecta particulariũ actuũ ¶ Ad ꝓmũ g̃ dicendũ q̃ ſm ſubſtantiã ſuã nõ põt aliq̃d eẽ in duabꝰ ſpecieb⁹ quaꝝ vna ſub altera nõ ordinet: ſed ſm ea que rei aduenĩũt põt aliq̃d ſub diuerſis ſpecieb⁹ ꝓtineri: ſicut hoc pomũ ſm colorem ꝓtinet ſub hac ſpecie. ſ. albi: ⁊ ſm odorem ſub ſpecie bene redolentis. ⁊ ſilr actꝰ q̃ ſm ſubſtantiã ſuã eſt in vna ſpecie nature: ſm ꝓditiões morales ſuperueniẽtes ad duas ſpecies referri põt: ut. ꝫ. dictum eſt. ¶ Ad ſecundũ dicendũ q̃ differentia cõparatur ad genus ut forma ad materiã inq̃tuz facit eẽ genꝰ in actu: ſed etiã genus ꝑſideratur ut formalius ſpecie ſm q̃ differẽtia cõparat ad genꝰ ut forma ad materiã inquantũ facit eſſe abſoluti⁹ ⁊ minus contractũ: vñ ⁊ partes diffinitionis reducunt ad genꝰ cauſe formalis: ut dicit in libro phi. ⁊ ſm hoc genꝰ eſt cã formalis ſpeciei: ⁊ tanto erit forma magis quãto cõmuniꝰ. ¶ Ad tertiũ dicendũ q̃ finis eſt poſtremũ in executõe: ſz eſt ꝓmũ in intentione rõnis ſm quã accipiunt moraliũ actuũ ſpecies.

ℬ octauuz ſic ꝓ

ceditur. Videt q̃ nõ ſit aliquis actus indifferẽs ſm ſuã ſpeciem: maluz eniz eſt priuatio boni ſm aug. ſed priuatio ⁊ habituſ ſũt oppoſita imediata ſm phm: g̃ non eſt aliquis actꝰ qui ſm ſpeciem ſuam ſit indifferens: quaſi mediuz exiſtens inter bonũ ⁊ malũ. ¶ Preterea actꝰ humani hñt ſpeciẽ a fine vl' obiecto: ut dictũ eſt: ſz oẽ ob

iectū ⁊ ois finis habet rationē boni uel mali: ḡ ois actus human⁹ fm suā speciē est bonus uel malus. nullus ergo est indifferēs fm speciē. ¶ Preterea sicut dictum est: actus dicit bonus qui habet debitam perfectionē3 bonitatis: malus cui aliquid de hoc deficit: sed necesse est ꝙ omnis actus uel habeat totam plenitudinē sue bonitatis uel aliquid ei deficiat: ergo necesse est ꝙ omnis actus fm speciē suā sit bonus uel malus ⁊ nullus indifferēs. ¶ Sz ꝓ est qđ aug. dicit in libro de ser. do. in mō. ꝙ sunt queda facta media que possūt bono uel malo aio fieri: de quib⁹ est temerariū iudicare: sunt ḡ aliqui actus fm speciē suā indifferētes. ¶ Rñdeo dicendū ꝙ sicut dictū est: actus ois habet speciē ab obiecto ⁊ actus humanus qui dicit moralis: habet speciem ab obiecto relato ad principiū actū humanum: quod est ratio. vnde si obiectū3 actus includat aliquid quod cōueniat ordini rationis erit act⁹ bonus fm suam speciē: sicut dare elemosynā indigenti. Si autem includat aliquid quod repugnet ordini rationis erit malus actus fm speciē: sicut furari: quod est tollere aliena: cōtingit autem ꝙ obiectum actus nō includit aliquid pertinens ad ordinem rationis: sicut leuare festucā de terra: ire ad campum ⁊ huiusmodi. ⁊ tales actus fm speciē suā sūt indifferētes. ¶ Ad primū ergo dicendū ꝙ duplex ē priuat o: quedam3 que cōsistit in priuato esse: ⁊ hec nihil relinquit sed totū aufert: ut cecitas totaliter aufert visum: ⁊ tenebra lucē: ⁊ mors vitam: ⁊ inter hāc priuationē ⁊ habitū oppositū nō potest cē aliquod mediū circa proprium susceptibile. Est autem alia priuatio que cōsistit in priuari sicut egritudo est priuatio sanitatis: nō ꝙ tota sanitas sit sublata: sed ꝙ est quasi quedā via ad totalē ablationē sanitatis que fit per mortē: ⁊ ideo talis priuatio cuius aliquid relinquat nō semp est immediata cum opposito habitu ⁊ hoc mō malū est priuatio boni: ut simplicius dicit in cōmento super libro predicamentorū: quia nō totū bonum aufert sed aliquid relinquid: vñ potest esse aliquod mediū inter bonum et malum. ¶ Ad secundū dicendū ꝙ omne obiectū vel finis habet aliquā bonitatē uel maliciā: saltem naturalē: nō tamē semp importat bonitatē uł maliciam moralē: que cōsideratur per operationē ad rationē: ut dictū est ⁊ de hac nō agit. ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ nō quicquid habet act⁹ pertinet ad spēm ei⁹. vnde etsi in rone sue speciei nō cōtineat quicqđ pertinet ad plenitudinē bonitatis ipsi⁹: nō ꝓpter hoc est ex specie sua malus: nec etiā bon⁹: sicut hō fm suā speciē neq; virtuosus neq; vitiosus est.

Bonum sic procedit

ur. Videt ꝙ aliquis actus fm indiuiduū sit indifferēs. nulla enim3 spēs est que sub se nō contineat uel continere possit aliquod individuū: sed aliquis act⁹ est indifferens fm suam speciē ut dictū est: ergo videt ꝙ aliqs act⁹ individualis pōt cē indifferēs. ¶ Preterea ex individualib⁹ actib⁹ causant habit⁹ ꝓportiones ipsis ut dicitur in. 3°. ethi. sed aliquis habit⁹ est indifferēs. dicit enim phs in. 4°. ethi. de quibusdā: sicut de placidis ⁊ ꝓdigis ꝙ nō sunt mali: ⁊ tamē constat ꝙ nō sunt boni: cum recedāt a virtute: ⁊ sic sunt indifferētes fm habitum: ergo aliqui actus individuales sunt indifferētes. ¶ Preterea bonū morale pertinet ad virtutē: malū aūt morale pertinet ad vitiū sed cōtingit quādoq; ꝙ hō actū qui ex specie sua ē indifferēs nō ordinat ad aliquē finē vitij uel virtutis: ergo cōtingit aliquē actū individualē esse indifferentē. ¶ Sed ꝓ est qđ grego. dicit i quadā omel. Ocioſum verbum est qđ vtilitate rectitudinis aut rōe iuste necessitatis: aut pie vtilitatis caret: sz verbum ociosum est malū: quia de eo reddēt homines rationē in die iudicij: ut dicit matth. 12°. si aūt nō caret rōne iuste necessitatis aut pie vtilitatis ē bonū aut malū: pari aūt rōne ⁊ quilibet alius act⁹ uel ē bonus uel malus: nullus ḡ individualis actus ē indifferēs. ¶ Respondeo dicendum ꝙ ꝓtingit quādoq; aliquē actū esse indifferentē fm speciē: qui tñ est bon⁹ uel malus in individuo cōsiderat⁹: ⁊ hoc ideo q; actus moralis: sicut dictū ē: nō solū hz bonitatem ex obiecto a quo habet speciē: sz etiam ex circūstantijs que sunt q̄si quedā accidētia: sicut aliquid ꝓuenit individuo hois fm accidētia individualia qđ nō cōuenit hoi fm rōnem speciei: ⁊ oportet ꝙ qlibet individualis act⁹ habeat aliquā circūstantiā per quā trahat ad bonū uel malū: admin⁹ ex parte intentionis finis. cum enī rōnis sit ordinare: actus a rōne deliberatiua ꝓcedēs si nō sit ad debitū finē ordinatus: ex hoc ipso repugnat rationi ⁊ habet rationē mali. Si vero ordinet ad debitum finē cōuenit cum ordine rōnis vnde habet rationē boni. necesse est aūt ꝙ uel ordinet uel non ordinet ad debitū finē. vñ necesse est oēm actū hois a deliberatiua rōne ꝓcedentē in individuo cōsideratū bonū esse uel malū. si aūt nō ꝓcedit a rōne deliberatiua: sed ex quadā imaginatōe: sicut cum aliquis fricat barbā: uel mouet manum aut lapidem: talis actus nō est ꝓprie loquēdo moralis uel humanus cum hoc habeat actus a rōne: ⁊ sic erit indifferēs quasi extra genus moralium actuū existens. ¶ Ad primū ḡ dō ꝙ aliquē actū esse indifferentē fm suā speciē pōt esse multipliciter. Uno mō sic ꝙ ex sua specie debeat ei ꝙ sit indifferēs: ⁊ sic ꝓcedit ratio sed tñ isto mō nullus actus ex sua specie est indifferēs. nō enī est aliqđ obiectū humani actus qđ nō possit ordinari uel ad malū uel ad bonum p finem uel circumstantiā. Alio mō pōt dici indifferēs ex sua specie: q; nō habet ex sua specie ꝙ sit bonus vł malus. vñ per aliqđ aliud potest fieri bon⁹ uel malus: sicut homo nō habet ex sua specie ꝙ sit albus uel niger: nec tamen habet ex sua specie ꝙ nō sit albus aut niger. potest enim albedo uel nigredo superuenire homini aliūde ꝙ a ꝓncipijs speciei. ¶ Ad secundū dicendū ꝙ phs dicit illū esse malū ꝓprie qui est alijs hominib⁹ nociuus: ⁊ fm hoc dicit prodigum non malum: quia nulli alteri nocet nisi sibi ipsi: ⁊ similiter de omnibus alijs qui non sunt proximis nociui. Nos aūt hoc dicim⁹ malū cōmuniter omne qđ est rōni recte repugnans: ⁊ fm hoc ois

indiuidualis actus est bonus vel malꝰ: ut dictū ē. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ ois finis a rōne deliberatiua intētus ptinet ad bonū alicuiꝰ virtutis: vel ad malū alicuiꝰ vitij: nā hoc ipsū qō aliqs agit ordinate ad sustentationē uel quietē sui corpis: ad bonuz virtutis ordinat in eo q̄ corpꝰ suū ordinat ad bonum virtutis: ⁊ idem patet in alijs.

¶ Decimuz sic pro

ceditur. Videt q̄ circūstātia nō possit pstituere aliquā speciez boni uel mali actus. spēs enī actꝰ est ex obiecto: ſz circūstātie differūt ab obiecto: g̃ circūstātie nō dāt speciē actui. ¶ Preterea circūstātie cōparant ad actū moralē sicut accidētia eiꝰ: ut dictū est: ſz accidēs nō constituit spēm: g̃ circūstātia nō pstituit aliquā speciē boni uel mali. ¶ Preterea vniꝰ rei nō sūt plures spēs: vniꝰ aūt actꝰ sūt plures circūstātie: g̃ circūstātia non cōstituit actū moralez in aliq̄ specie boni uel mali. ¶ Sed ꝯ: locꝰ est circūstātia quedā: ſz locꝰ pstituit actū moralē in quadā specie mali. furari enī aliq̄d de loco sacro est sacrilegiū: g̃ circūstātia cōstituit actū moralez in aliq̄ spē boni uel mali. ¶ Rñdeo dō. q̄ sicut spēs rez naturaliū pstituunt ex nālibꝰ formis: ita spēs moraliū actuum pstituūtur ex formis: put sūt a rōne pcepte: sicut ex supradictis pz. Quia vero nā determinata ē ad vnū: nec pōt cē pcessus nature i infinitū: necesse ē puenire ad aliquā vltimā formā ex qua sumat oria specifica postq̄ alia oria specifica ee nō possit: ⁊ inde ē q̄ in rebꝰ naturalibꝰ id qō est accidēs alicui rei: nō pōt cē accipi ut differētia cōstituēs speciē: sed pcessus rōnis nō est determinatus ad aliquod vnū: sed quolibet dato potest vlteriꝰ pcedere: ⁊ ideo qō in actu vno accipit ut circumstātia superaddita obiecto: quod determinat speciē actus: pōt iteꝝ accipi a rōne ordināte ut pncipalis ꝓditio obiecti determinātis speciē actus: sicut tollere alienū habet speciē ex rōne alieni: ex hoc cuiz cōstituit in specie furti: ⁊ ſi pſidere tur super hoc ratio loci uel tpis se habebit in rōne circumstātie: sed quia rō etia de loco uel tpe ⁊ de alijs huiusmodi ordinare pōt: ptingit ꝓditionē loci circa obiectū accipi ut ptrariā ordini rōnis: puta q̄ rō ordinat iniuriā nō esse faciendā in loco sacro: vñ tollere aliquid alienū de loco sacro addit specialē repugnantiā ad ordinē rōnis: ⁊ ideo locꝰ qui prius pſiderabat ut circumstātia nūc pſiderat ut pncipalis ꝓditio obiecti rōni repugnās: ⁊ per hūc modū quādocūq̄ aliqua circūstantia respicit specialē ordinē rōnis uel pro uel ꝯ: oportet q̄ circumstātia det speciē actui morali uel bono uel malo. ¶ Ad pmuz g̃ dō: q̄ circumstantia fm q̄ dat speciē actui pſiderat ut quedā ꝓditio obiecti: sicut dictū est: ⁊ quasi quedam specifica differētia eius. ¶ Ad secundū dicendū q̄ circumstātia manens in ratione circumstātie cum habeat rationē accidentis nō dat speciē: sed inq̄tum mutatur in pncipalem conditionē obiecti: fm hoc dat speciem. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ non omnis circumstātia cōstituit actum moralem in aliqua specie boni uel mali: cum non quelibet circumstātia impoꝛtet aliquam consonantiam uel dissonantiam ad rationem: vnde non oportet licet sint multe circumstātie vnius actus q̄ vnus actus sit in pluribus speciebus: licet etiam non sit inconueniens q̄ vnꝰ actus moralis sit in pluribus speciebus: moꝛis etiam diſperatis: ut dictum est.

¶ Vndecimū sic pro

ceditur. Videtur q̄ omnis circumstantia pertinēs ad bonitatē uel maliciam det speciez actui: bonum enim ⁊ malum sunt differentie specifice moraliū actuū: quod ergo facit differentiam in bonitate uel malicia moralis actꝰ facit differre fm differentiā specificā quod est differre fm speciem: sed id quod addit in bonitate uel malicia actus: facit differre fm bonitatem ⁊ maliciam; ergo facit differre fm speciem: ergo omnis circumstantia addēs in bonitate uel malicia actꝰ constituit speciem. ¶ Preterea aut circumstātia aduenies habet in se aliquam rationem bonitatis uel malicie: aut non. Si non: potest addere in bonitate uel malicia actus: quia quod nō est bonū nō potest facere maius bonum: ⁊ quod nō est malum potest facere maius malū. Si autem habet in se rationē bonitatis uel malicie: ex hoc ipso habet quandam speciem boni uel mali: ergo omnis circumstantia augens bonitatem uel maliciā constituit nouam speciem boni uel mali. ¶ Preterea fm dion. 4° ca° de di. no. malum causat ex singularibus defectibus: quelibet autē circumstātia aggrauans maliciam habet specialem defectum: ergo quelibet circumstātia habet nouam speciē peccati: ⁊ eadem ratione quelibet augens bonitatem videtur addere nouam speciem boni: sicut quelibet vnitas addita numero facit nouā speciem numeri: bonum enim cōsistit in numero: pondere et mēsura. ¶ Sed cōtra: magis ⁊ minus nō diuersificāt speciē: sed magis ⁊ minus est circumstātia addens in bonitate uel malicia: ergo non omnis circumstātia addēs in bonitate uel malicia constituit actum moralē in specie boni uel mali. ¶ Respondeo dicendū q̄ sicut dictū est: circumstātia dat speciem boni uel mali actui morali: inq̄tum respicit specialē ordinē rōnis: ptingit aūt quādoq̄ q̄ circūstātia nō respicit ordinē rōnis i bono uel malo nisi presuppoſita alia circumstātia a qua actus moralis habet speciē boni uł mali: sicut tollere aliq̄d in magna quātitate uel parua nō respicit ordinez rōnis in bono uł malo: nisi pſuppoſita aliqua alia cōditiōe per quā actꝰ habeat maliciā uel bonitatē puta hoc qō est esse alienuz: quod repugnat rōni: vñ tollere alienū in magna uel parua quātitate nō diuersificat speciē peccati: tñ potest aggrauare vł diminuere peccatum: ⁊ ſiłr est in alijs malis vł bonis: vñ nō ois circūstātia addēs in bonitate uł malicia variat speciē moralis actꝰ. ¶ Ad pmū g̃ dicēdum: q̄ in his que intenduntur ⁊ remittuntur differentia intentionis ⁊ remissionis non diuersificat speciem: sicut qō differt in albedine fm magis ⁊ mi-

nus:nō differt fm speciē colozis: ⁊ sīmīliter quod facit diuersitatez in bono uel malo fm intentionē ⁊ remissionē:nō facit differentiam mozalis actus fm speciem. ℂ Ad secundū dicendū q circumstātia aggrauans peccatum vel augens bonitatē actꝰ quandoq; non habet bonitatem uel maliciam fm se:sed per ordinem ad aliam conditionē actus: ut dictum est: ⁊ ideo non dat nouam speciem sed auget bonitatem vel maliciam que est ex alia conditione actus. ℂ Ad tertiū dicendū q non quelibet circumstātia inducit singularē defectū fm seipsaz sed solum fm ordinē ad aliquid aliud: ⁊ similiter non superaddit nouam perfectionē nisi per cōparationez ad aliquid aliud: ⁊ pro tanto licz augeat bonitatem uel maliciaz:non tamen semper variat speciem boni uel mali.

Questio decimanona.

Einde cōsideranduz est de bonitate actꝰ interioris volūtatis. Et circa hoc querūtur decez. Primo vtrum bonitas volūtatis dependeat ex obiecto. Secundo vtrum ex solo obiecto dependeat. Tertio vtrum dependeat ex ratione. Quarto vtrum dependeat ex lege eterna. Quinto vtrum ratio errans obliget. Sexto vtrū volūtas cōtra legem dei sequens rationem errantem sit mala. Septimo vtrum bonitas volūtatis in his que sunt ad finem dependeat ex intentione finis. Octauo vtrum quantitas bonitatis uel malicie in voluntate sequatur quantitatem boni uel mali in intentione. Nono vtrum volūtatis bonitas dependeat ex conformitate ad voluntatem diuinam. Decimo vtrum necesse sit voluntatem humanam conformari diuine volūtati in volito ad hoc q sit bona.

Primū sic procedit. Videt q bonitas volūtatis nō dependeat ex obiecto. volūtas enim non potest esse nisi boni: quia malum est preter voluntatem: ut dionysi. dicit. 4° capitulo de di. no. si igitur bonitas volūtatis iudicaretur ex obiecto: sequeretur q omnis volūtas esset bona ⁊ nulla esset mala. ℂ Preterea bonum per prius inuenitur in fine. vnde bonitas finis inquantū huiusmodi non dependet ab aliquo alio: sed fm ph̄m in. 6° ethicoꝝ bona actio est finis. lz factio nunq; sit finis: ordinatur enim semper sicut ad finem ad aliquid factum ergo bonitas actus volūtatis non dependet ex aliquo obiecto. ℂ Preterea vnumquodq; quale est tale alterum facit: sed obiectum volūtatis est bonum bonitate nature: non ergo potest preestare voluntati bonitatem mozalem: mozalis ergo bonitas voluntatis non dependet ex obiecto. ℂ Sed cōtra est quod philosophus dicit in. 5° ethicoꝝ: q iustitia est fm quā aliqui volunt iusta: ⁊ eadem ratione virtus est fm quam aliqui volunt bona: sed bona volūtas est que est fm virtutem: ergo bonitas volūtatis est ex hoc q aliquis vult bonum. ℂ Respōdeo dicendū q bonum ⁊ malum sunt p se differentie actus volūtatis. nam bonum ⁊ malum per se ad voluntatem pertinent: sicut verum ⁊ falsum ad rationem cuius actus per se distinguitur differentia veri ⁊ falsi: put dicimus opinionez esse veram uel falsam: vnde voluntas bona ⁊ mala sunt actus differentes fm speciē. differentia aūt speciei in actibus est fm obiecta: ut dictum est: et ideo bonum ⁊ malum in actibus voluntatis proprium attēditur fm obiecta. ℂ Ad primū ergo dicendū q voluntas nō semper est veri boni: lz quādoq; est apparentis boni: quod quidem habet rationem aliquam boni: non tamen simpliciter conuenientis ad appetenduz: ⁊ propter hoc actus voluntatis non est bonus semper: sed aliquādo malus. ℂ Ad secundū dicendū q q̄uis aliquis actus possit esse vltimus finis hominis fm aliquem modum: non tamen talis actus est actus voluntatis: ut supra dictum est. ℂ Ad tertiuz dicendū q bonum per rationem representatur voluntati ut obiectum. ⁊ inq̄tum cadit sub ordine rationis: pertinet ad genus moris: ⁊ causat bonitatem mozalem in actu voluntatis. ratio enim principiū est humanoꝝ ⁊ mozalium actuū: ut supra dictū est.

Ō secundū sic procedit. Videtur q bonitas volūtatis non dependeat solum ex obiecto. finis enī affinioꝝ est volūtati q̄ alteri potētie: lz actꝰ aliaꝝ potentiaꝝ recipiūt bonitatē nō solū ex obiecto lz etiā ex fine: ut ex supradictis patet: g̈ etiam actus voluntatē recipit bonitatē nō solū ex obiecto lz etiā ex fine. ℂ Preterea bonitas actꝰ nō solum est ex obiecto: sed etiā ex circūstantijs: ut. ē. dictum est: sed fm diuersitatē circūstantiaꝝ cōtingit esse diuersitatē bonitatis ⁊ malicie in actu volūtatis: puta q aliqs velit qñ oz: ⁊ vbi debet: ⁊ quātuz debet ⁊ quō oz: uel put debet: g̈ bonitas volūtatis nō solū dep̄det ex obiecto: lz etiā ex circūstantijs ℂ Preterea ignorātia circūstātiaꝝ excusat malicia volūtatis: ut. ē. habitū est: sed hoc non esset nisi bonitas ⁊ malicia volūtatis a circūstātijs dep̄deret: g̈ bonitas ⁊ malicia voluntatis dep̄det ex circūstātijs ⁊ nō a solo obiecto. ℂ Sed ꝫ ex circūstātijs inq̄tū huiusmodi actꝰ nō habet speciē: ut. ē. dictū est: lz bonū ⁊ malum sunt specifice differētie actꝰ volūtatis: ut dictū est: g̈ bonitas ⁊ malicia volūtatis nō dep̄det ex circūstātijs: lz ex solo obiecto. ℂ Respōdeo dicenduz q in q̄libet genere quāto aliq̄d est prīꝰ tāto est simplicīꝰ: ⁊ in pauciozibus cōsistēs: sicut ꝑma cozpoza sūt simplicia: ⁊ iō inuenimus q ea que sunt ꝑma in quolibet genere sunt aliquo mō simplicia: ⁊ in vno cōsistūt: ꝑncipiū at bonitas ⁊ malicie humanoꝝ actuū est ex actu volūtatis: ⁊ iō bonitas ⁊ malicie volūtatis fm aliq̄d vnū attendit: aliozum vero actuuz bonitas ⁊ malicia pōt fm diuersa attēdi. illud aūt vnū qō est ꝑncipium in quolibet genere: nō est p accidens: sed p

se: quia omne quod est per accidēs reducitur ad id quod est per se sicut ad principium: & ideo bonitas voluntatis ex solo vno illo depēdet quod per se facit bonitatem in actu: scilicet ex obiecto: & nō ex circumstantijs que sunt quedam accidētia actus. ¶ Ad primū g dicendū q finis est obiectū volūtatis: nō autem aliarum virtū: vñ quantū ad actum volūtatis nō differt bonitas que est ex obiecto a bonitate que est ex fine: sicut in actib⁹ alia⁹ virtuz nisi forte per accidēs, put finis dependet ex fine: et volūtas ex voluntate. ¶ Ad secundū dicendū q supposito q voluntas sit boni: nulla circumstātia potest eam facere malā. ¶ Quod ergo dicit q aliqs vult aliquod bonum quādo nō debet: potest intelligi dupliciter. Uno modo ita q ista circūstantia referatur ad volitū: & sic volūtas nō est boni quia velle facere aliquid quādo nō debet fieri: nō ē velle bonum. Alio modo ita q referatur ad actū volendi: & sic impossibile est q aliquis velit bonum quādo nō debet: quia semp homo debet velle bonum: nisi forte per accidēs in q̄ tum aliquis volendo hoc bonū, impedit: ne tūc velit aliquod bonū debitum: & tunc nō intendit malum ex eo q aliquis vult illud bonum: sed ex eo q non vult aliud bonum: & similiter dicendum est de alijs circumstantijs. ¶ Ad tertiū dicendū q circumstantiarū ignorantia excusat malitiam volūtatis fm q circumstantie se tenent ex parte voliti: in q̄ tum. s. ignorat circūstantias actus quem vult.

¶ tertium sic pro

ceditur. Uidet q bonitas volūtatis nō dependeat a rōne. prius enī nō dependet a posteriori: sed bonuz per pri⁹ pertinet ad voluntatē q̄ ad rōnez: vt ex supradictis patet: ergo bonū volūtatis nō depēdet a rōne. ¶ Preterea phs dicit in. 6°. ethi. q bonitas intellect⁹ practici est verum p̄ fōrme appetitiui recto: appetit⁹ aūt rectus est voluntas bona: ergo bonitas rationis practice magis dependet a bonitate volūtatis q̄ ecōuerso. ¶ Preterea mouēs nō depēdet ab eo qō mouet: sz ecōuerso: volūtas aūt mouet rōnem & alias vires: ut. s. dictū est: ergo bonitas volūtatis nō depēdet a rōne. ¶ Sed ē est qō hilari⁹ dicit in. x°. de tri. Immoderata est ois susceptaz volūtatū ptinacia vbi nō rōni volūtas subiicit: sz bonitas volūtatis p̄sistit in hoc q nō sit immoderata: ergo bonitas volūtatis depēdet ex hoc q sit subiecta rōni. ¶ Rñdeo dicendū q sicut dictuz est: bonitas volūtatis, p̄tie ex obiecto depēdet. obiectū aūt volūtatis, p̄ponit ei p rōnem: nam bonū intellectū est obiectū volūtatis, p̄portionatū ei: bonuz aūt sensibile vel imaginariū nō est, p̄portionatum volūtati: sz appetitiui sensitiuo: q̄ volūtas pōt tēdere in bonū vle qō ratio apprehendit. appetitus aūt sensitiuus nō tēdit nisi in bonū particulare qō apprehēdit vis sensitiua: & ideo bonitas voluntatis depēdet a rōne eo mō quo depēdet ab obiecto ¶ Ad primū g dō q bonū sub rōne boni. i. appetibilis: per prius pertinet ad voluntatē q̄ ad rationem: sed tamē per prius pertinet ad rationē sub ratōe veri q̄ ad voluntatē sub rōne appetibilis: q̄ appetitus volūtatis nō pōt esse de bono nisi prius a rōne apphēdat. ¶ Ad secundū dicendū q phs ibi loquit de intellectu practico fm q est cōsiliativus & rōcinativus eoz que sunt ad finē. sic enim p ficitur per prudentiā. In his autē que sunt ad finē rectitudo rōnis p̄sistit in p̄ximitate ad appetitum finis debiti: sed tamē & ipse appetitus finis debiti p̄supponit rectā apprehēsionē de fine que est p rationē. ¶ Ad tertiū dicendū q volūtas quodā mō mouet rationē: & ratio alio mō mouet voluntatē ex parte. s. obiecti: ut supra dictū est.

¶ quartuz sic pro

ceditur. Uidet q bonitas voluntatis humane non depēdeat a lege eterna: vnius enim vna est regula & mēsura: sz regula humane volūtatis ex qua eius bonitas dependet est ratio recta: ergo nō depēdet bonitas voluntatis a lege eterna. ¶ Preterea mēsura est homogenea mēsurato: ut dicit. x^m metha. sed lex eterna non est homogenea volūtati humane: ergo lex eterna nō pōt esse mēsura volūtatis humane ut ab eo bonitas ei⁹ depēdeat. ¶ Preterea mēsura oz ee certissima: sed lex eterna est nobis ignota: g nō pōt esse nostre volūtatis mēsura: ut ab ea bonitas volūtatis nostre depēdeat. ¶ Sed ē est qō aug. dicit. 22° libro ē faustū q peccatū est factū uel cōcupitū aliquid ē eternā legē: sed malitia volūtatis est radix peccati: g cum malicia bonitati opponatur bonitas volūtatis depēdet a lege eterna. ¶ Rñdeo dō q in omnib⁹ causis ordinatis effectus plus dependet a causa p̄ma q̄ a causa secūda: quia causa secunda nō agit nisi in virtute p̄me cause. q autē ratio humana sit regula volūtatis humane ex q̄ eius bonitas mēsuret: habet ex lege eterna que est ratio diuina. vñ i psal. dicit: Multi dicūt quis ostēdit nobis bona. Signatū ē sup nos lumē vult⁹ tui dñe. quasi diceret: lumē rōnis qō in nobis est: intātum potest nobis ostendere bona: & nostrā volūtatem regulare: inquantū est lumē vultus tui: idest a, vultu tuo deriuatū. vnde manifestū est q multo magis depēdet bonitas volūtatis humane a lege eterna q̄ a ratione humana: & vbi deficit humana ratio: oportet ad rationē eternā recurrere. ¶ Ad primū g dicendū q vnius rei nō sunt plures mēsure proxime: possunt tamē esse plures mēsure quaruz vna sub alia ordinet. ¶ Ad secundū dicendū q mēsura proxima est homogenea mēsurato: nō aūt mensura remota. ¶ Ad tertiū dicendū q licz lex eterna sit nob ignota fm q ē in mēte diuina: innotescit tamē nobis aliqualiter: uel p rationē naturalē que ab ea deriuatur, p̄tia eius imago: ul' p aliquale reuelationē superadditam.

¶ quintū sic pro

ceditur. Uidet q voluntas discordās a rōne errāte nō sit mala: rō enim est regula volūtatis humane inquantuz deriuatur a

lege eterna: ut dictū est: ꝫ ratio errās nō deriuat a lege eterna: ergo ratio errās nō est regula volūtatis humane: nō ergo volūtas mala si discordat a rōne errāte. ¶ Preterea fm aug. inferioris potestatis preceptū nō obligat si cōtrariet ꝓcepto potestatis superioris: sicut si ꝓcōsul iubeat aliqd qō imperator ꝓhibet: sed rō errās quādoq; ꝓponit aliquid quod est ꝓ preceptū superioris. ſ. dei cuius est sūma potestas: ergo dictamē rationis errantis nō obligat: nō est ergo volūtas mala si discordet a rōne errāte. ¶ Preterea ois volūtas mala reducitur ad aliquā speciē malicie: sed volūtas discordās a rōne errāte nō potest reduci ad aliquā spēz malicie: puta si rō errās errat in hoc qō dicat esse fornicandū: volūtas cuius qui fornicari nō vult ad nullā maliciā reduci potest: ergo volūtas discordās a ratiōe errāte nō est mala: ¶ Sed ꝓtra: sicut in ꝓmo dictū est: ꝓsciētia nihil aliud est q; applicatio sciētie ad aliquē actū: sciētia aūt in ratōe ē volūtas: ergo discordāſ a rōne errāte est ꝓ ꝓscientiaz sed ois talis voluntas est mala: dicit enim ro. 14°. Omne quod nō est ex fide peccatum est. i. oē qō ē cōtra ꝓscientiā: ergo volūtas discordās a ratione errāte est mala. ¶ Rñdeo dō q; cū ꝓsciētia sit qō dāmodo dictamē rōnis: est eniz quedā applicatio sciētie ad actum: ut in ꝓmo dictū est: idē est querē: vtrū volūtas discordās a rōne errāte sit mala: qō querere vtrū ꝓsciētia errās obliget. Circa qō aliq distinxerūt tria genera actuū: quidā enim sunt boni ex genere: quidā sunt indifferētes: quidā sūt mali ex genere. Dicūt ergo q; si rō vel ꝓscientia dicat aliquid esse faciendū quod sit bonū ex suo genere nō est ibi error: sīr si dicat aliquid nō ē faciendū quod est malū ex suo genere: eadem enim ratione precipiūtur bona qua ꝓhibētur mala: sed si rō vl cōsciētia dicat alicui q; illa que sūt fm se mala hō teneat facere ex ꝓcepto: uel q; illa que sunt fm se bona sunt ꝓhibita: erat rō uel ꝓsciētia errās: ꝫ sīr si rō uel ꝓsciētia dicat alicui q; id quod est fm se indifferēs: ut leuare festucā de terra sit prohibitum uel preceptū: erit rō uel ꝓsciētia errās. Dicūt ꝫ q; rō uel ꝓsciētia errās circa indifferētia siue ꝓcipiēdo siue prohibēdo obligat: ita q; volūtas discordās a tali rōne errāte erit mala ꝫ peccatū: sed rō uel ꝓsciētia errās precipiēdo ea que sunt p se mala vel ꝓhibēdo ea que sunt p se bona ꝫ necessaria ad salutē nō obligat. vñ in talib⁹ volūtas discordans a rōne vel cōsciētia errāte nō est mala. Sed hoc irrationabiliter dicit: in indifferētib⁹ enim volūtas discordās a rōne uel cōsciētia errāte est mala aliq mō ꝓpter obiectū a quo bonitas uel malicia volūtatis dependet: nō aūt ꝓpter obiectuz fm sui naturam: sed fm q; per accidēs a rōne apprehendit ut maluz ad faciendū uel advitandū: ꝫ quia obiectū volūtatis est id quod ꝓponit a rōne: ut dictuz est: ex quo aliquid ꝓponit a rōne vt malū: volūtas dū in illud ferē accipit rōnem mali: hoc autē cōtingit nō solum in indifferētib⁹: sed etiaz in per se bonis uel malis: nō solū enim id quod est indifferēs pōt accipere ratione boni uel mali p accidēs: sed etiam id qō est bonū potest accipere ratione mali vel illud quod est malū ratione boni ꝓpter apprehēsionem rōnis: puta abstinere a fornicatiōe bonum quoddā est tamē in hoc bonū nō ferē volūtas nisi fm q; a ratione ꝓponit: si ergo ꝓponat ut malum a ratione errāte: fertur in hoc sub ratiōe mali: vñ volūtas erit mala: quia vult malum: non quidem id quod est malū per se: sed id qō est malū p accns ꝓpter apprehensionē rōnis: ꝫ sīr credere in christum est per se bonū ꝫ necessariū ad salutē: sed volūtas nō ferē in hoc nisi fm q; a rōne ꝓponit: vnde si a rōne ꝓponat ut malū volūtas ferē in hoc ut malū nō quia illud sit malū fm se: sed qz est maluz p accidēs ex apprehēsione rōnis: ꝫ ideo pbs dicit in. 7°. etbi. q; p se loquēdo inconueniēs est qui non sequit rationē rectā: per accidēs aūt qui nō sequit etiam rationē falsaz. Vñ dicendū q; simpl'r ois volūtas discordās a rōne: siue recta siue errāte semp est mala. ¶ Ad primū ergo dicendū q; iudiciū rōnis errātis: ꝫ nō deriuat a deo tū rō errās iudiciū suū ꝓponit ut vez: ꝫ per ꝓns ut a deo deriuatuz a quo est ois veritas. ¶ Ad secundū dicendū q; verbum aug. habet locū qñ cognoscit q; inferior potestas ꝓcipit aliquid ꝓ preceptū superioris potestatis. Sed si aliquis crederet q; preceptū ꝓcōsulis esset preceptū imperatoris: ꝓtemnēdo preceptū ꝓcōsulis contēneret preceptuz imperatoris. Et sīr si aliquis hō cognosceret q; ratio humana dictaret aliquid ꝓ preceptū dei: nō teneť rationē seq; ſz tūc ratio nō totaliter esset errans: sed qñ ratio errans ꝓponit aliquid ut preceptū dei: tūc idez ē cōtemnere dictamē rationis ꝫ dei preceptū. ¶ Ad tertiū dicendū q; ratio qñ apprehēdit aliqd ut malum semp apprehēdit illud sub aliq rōne mali: puta quia cōtrariat diuino ꝓcepto: uel qz est scandalum: uel ꝓpter aliqō huiusmodi: ꝫ tūc ad talē spēz malicie reducitur talis mala volūtas.

❡ sextum sic ꝓ\

ceditur. Videtur q; volūtas ꝓcordās rōni errāti sit bona. Sicut eniz volūtas discordans a rōne tēdit in id qō ratio iudicat malū: ita voluntas ꝓcordās rationi tēdit id qō rō iudicat bonū: sed volūtas discordās a ratiōe etiā errāte est mala: ergo volūtas ꝓcordās rationi etiā errāti est bona. ¶ Preterea volūtas ꝓcordās ꝓcepto dei ꝫ lege eterne semp est bona: sed lex eterna ꝫ preceptū dei ꝓponit nobis per apprehensionez rōtionis etiā errātis: ergo volūtas ꝓcordās etiā rōni errāti est bona. ¶ Preterea volūtas discordās a rōne errāte est mala: si ergo volūtas cōcordans rōni errāti sit etiā mala, videt q; ois voluntas habētis rationē errantē sit mala: ꝫ sic talis hō erit perplexus ꝫ ex necessitate peccabit: quod est inconueniēs: ergo volūtas ꝓcordās rōni erranti est bona. Sed ꝓtra volūtas occidentiū apl'os erat mala: sed tamē ꝓcordabat rōni errāti ipsoꝝ fm illud ioh. 16°. Venit hora ꝫ ois qui interficit vos arbitretur obsequiū se prestare deo: g; volūtas cōcordās rōni errāti pōt cē mala. ¶ Rñdeo dō q; sicut

premissa questio eadē est cū questione q̄ queritur vtrū ꝓscientia erronea ligetur: ita ista questio eadez ē cū illa q̄ queritur vtrū ꝓscia erronea excuset. Hec at questio dependet ab eo qđ. s. de ignorātia dictū est: dictū est enim. s. q̄ ignorātia q̄nq; causat inuoluntariū: q̄nq; aūt nō. Et q2 bonū ⁊ malū morale ꝓstituitur in actu in q̄tum est volūtari⁹: ut ex pmissis patet: manifestū est q̄ illa ignorātia que causat inuoluntariū tollit rōnez boni ⁊ mali moralis: nō autē illa que inuoluntariū nō causat. Dictū est etiaz supra q̄ ignorātia que est aliquo mō volita siue directe siue indirecte: nō causat inuoluntariū: ⁊ sic dico ignorantiā directe voluntariā in quā act⁹ volūtatis fertur. Indirecte autez ꝓpter negligentiā ex eo q̄ aliquis nō vult illud scire qđ scire tenet: ut. s. dictū est. Si igit ratio uel ꝓscia erret erroze volūtario uel directe uel ꝓpter negligentiā q2 est erroz circa id qđ quis scire tenet: tunc talis erroz rōnis uel ꝓscie nō excusat: quin volūtas ꝓcozdās rōni vl cōsciētia sic errāti sit mala. Si autē sit erroz q̄ causat inuoluntariū ꝓuenies ex ignorātia alicui⁹ circumstātie absq; oi negligētia: tūc talis erroz rōnis uel ꝓscie excusat ut volūtas ꝓcozdās rōni erranti nō sit mala: puta si rō errās dicat q̄ hō tenet aduxorem alterius accedere: volūtas ꝓcozdās huic rōni errāti est mala: eo q̄ erroz iste ꝓuenit ex ignorātia legis dei quā scire tenetur. Si autez rō erret in hoc q̄ credat aliquā mulierē submissam esse suam vxorē: ⁊ ea petēde debitū velit eā cognoscere: excusat volūtas ei⁹ ut non sit mala: quia erroz iste ex ignorātia circumstātie ꝓuenit que excusat ⁊ inuoluntariuz causat. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ sicut dion⁹. dicit. 4°. cap'o de di. no. Bonuz causat ex integra cā: malū autē ex singularib⁹ defectibus ⁊ ideo ad hoc qđ dicat malū id in quo fert voluntas: sufficit siue q̄ fm suā naturā sit malum: siue q̄ apprehendat ut malū: sed ad hoc q̄ sit bonū: req̄ritur q̄ vtroq; mō sit bonū. ¶ Ad scōm dd q̄ lex eterna errare nō pōt: sed rō humana pōt errare: ⁊ ideo volūtas ꝓcozdās rōni humane nō semp ē recta nec semp est ꝓcozdās legi eterne. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ sicut in syllogisticis: vno incōuenienti dato necesse est alia sequi ita in moralib⁹: vno incōueniēti posito ex necessitate alia sequunt: sicut supposito q̄ aliq̄s querat inanē glozā: siue ꝓpter inanem glozā facit qđ facere tenet: siue dimittat siue faciat peccabit: nec tñ est perplexus q2 pōt intentionē malā dimittere: ⁊ simīliter supposito erroze rōnis uel ꝓscie qui ꝓcedit ex ignorātia nō excusāte: necesse est q̄ sequat malū in volūtate: nec tamē est hō perplexus: q2 pōt ab erroze recedere cum ignorātia sit vincibilis ⁊ volūtaria.

ℬ septimū sic ꝓ

ceditur. Uidet q̄ bonitas volūtatis nō dependeat ex intētione finis. Dictū est enim. s. q̄ bonitas volūtatis dependet ex solo obiecto: sed in his que sunt ad finē aliud est obiectuz volūtatis ⁊ aliud finis intētus: ergo in talib⁹ bonitas volūtatis nō dependet ab intētōe finis. ¶ Preterea velle seruare mandatū dei pertinet ad volūtatem bonā: sed hoc potest referri ad maluz finez s. ad finē inanis glozie vel cupitatis dum aliq̄s vult obedire deo ꝓpter tēporalia consequēda: ergo bonitas voluntatis nō dependet ab intentione finis. ¶ Preterea bonū ⁊ malū sicut diuersificāt volūtatem: ita diuersificāt finē: sed malicia voluntatis nō dependet a malicia finis inuēti: qui enī vult furari ut det elemosynā: habet voluntatē malā lz intendat finē bonum: ergo etiam bonitas volūtatis nō dependet a bonitate finis intēti. ¶ Sed ꝑ ē qđ aug. dicit. 9° ꝓfessionū q̄ intētio remunerat a deo: sed ex eo aliquid remunerat a deo quia est bonuz ergo bonitas volūtatis ex intentōe finis dependet. ¶ Respōdeo dicendū q̄ intētio dupliciter se pōt habere ad voluntatē. vno mō precedens: alio mō ut cōcomitās. Precedit quidē causaliter intentio volūtatem q̄n aliquid volum⁹ ꝓpter intentionem alicui⁹ finis. ⁊ tūc ordo ad finē ꝓsideraī ut rō quedam bonitatis ipsius voliti: puta cum aliq̄s vult ieiunare ꝓpter deum: habet enim ieiuniū rationē boni ex hocipso q̄ fit ꝓpter deuz. vñ cum bonitas volūtatis dependeat a bonitate voliti: ut. s. dictū est: necesse est q̄ dependeat ex intentione finis: ꝓsequitur autē intentio voluntatē q̄n accedit voluntati preexistenti: puta si aliquis velit aliquid facere: et postea referat illud in deū: tunc ꝑmeuolūtatis bonitas nō dependet ex intentōe sequenti: nisi quatenus reiteratur actus volūtatis cū sequenti intentione. ¶ Ad ꝑmū g̃ dicendū q̄ q̄n intentio est cāvolendi ordo ad finē accipit ut quedā rō bonitatis i obiecto: ut dictū est. ¶ Ad secundū dicendū q̄ voluntas nō potest dici bona si sit intētio mala cāvolendi. qui enim vult dare elemosynā ꝓpter inanez gloriā consequendā: vult id quod de se est bonum sub rōne malī: ⁊ ideo put est volitū ab ipso ē malū vnde voluntas eius est mala: sed si intentio sit consequēs tunc voluntas potuit esse bona: ⁊ p intentionem sequentē non deprauatur ille actus voluntatis qui precessit: sed actus voluntatis qui iteratur ¶ Ad tertiū dicendū q̄ sicut iam dictū est maluz cōtingit ex singularibus defectib⁹: bonū autez ex tota ⁊ integra cā. vñ siue voluntas sit eius quod ē fm se malum etiaz sub rōne boni: siue sit boni sub rōne mali: semp voluntas erit mala: sed ad hoc q̄ sit volūtas bona requirit q̄ sit boni sub rōne boni idest q̄ velit bonum ⁊ ꝓpter bonum.

ℬ octauuz sic ꝓ

ceditur. Uidet q̄ quātitas bonitatis in voluntate dependeat ex quātitate bonitatis in intētiōe: quia sup illud matth. 12° Bonus hō de thesauro bono cozdis sui ꝓfert bona dicit glo. Tantum bonis quis facit quantū intēdit sed intentio nō solū dat bonitatē actui exteriori sz etiā volūtati: ut dictū est: ergo tantū aliquis habet bonā voluntatē quantū intēdit. ¶ Preterea augmenta cā augmentat effectus: sz intentiōis bonitas est cause bone volūtatis: g̃ quantū qs intendit de bono tantū voluntas est bona. ¶ Preterea in

malis quantū aliqs intendit tantū peccat. si enim aliqs ꝓiciēs lapidē intēderet facere homicidiuz: reus homicidij esset: g̃ pari rōne in bonis tantum ē bona volūtas quantū aliqs bonū intēdit. ¶ Sz cōtra: potest esse intētio bona ⁊ volūtas mala: ergo pari rōne pōt esse intētio magis bona ⁊ voluntas minus bona. ¶ Rñdeo dicendū q̃ circa actū ⁊ intentionē finis duplex quātitas potest ꝑsiderari: Una ex parte obiecti quia vult maius bonū vel agit. Alia ex intētione actus: quia intense vult uel agit quod est maius ex parte agētis. Si igit loquamur de quātitate vtriusq; q̃tum ad obiectū: manifestum est q̃ q̃titas actus nō sequit quantitatez intētionis: quod quidez ex parte actus exteriozis cōtingere potest dupliciter. Uno mō quia obiectū quod ordinat ad finē intentū nō est ꝓportionatuz fini illi: sicut si qs daret decē libras nō posset cōsequi suā intentionē si intēderet emere rem valentez centū libras. Alio mō ꝓpter impedimēta q̃ supuenire possunt circa exteriorē actū que nō est i potestate nostra remouere: puta aliqs intendit ire vsq; romā: ⁊ occurrūt ei impedimēta q̃ nō pōt hoc facere: sed ex parte interiozis actꝰ volūtatis nō est nisi vno mō: quia interiozes actꝰ volūtatis sunt in potestate nostra: nō autē exteriozes actus: sed voluntas pōt velle aliqd obiectū nō ꝓportionatū fini intēto: ⁊ sic volūtas que fertur in id obiectū absolute ꝑsideratū nō est tantū bona quantū est intētio: sed q: etiaz ipsa intētio quodāmodo pertinet ad actū volūtatis inquantū. s. est rō eius ꝓpter hꝰ redūdat quātitas bone intētionis in voluntatē: inquantū. s. volūtas vult aliqd bonū magnū ut finē: lz illud p quod vult ꝑsequi tantū bonum nō sit dignum illo bono. Si vero consideret quantitas intentionis ⁊ actus fm intētionē vtriusq;: sic intentio intētionis redūdat actum interiorē ⁊ exteriorem volūtatis: quia ipsa intentio quodāmodo se habet formaliter ad vtrūq;: ut ex supra dictis patet: lz materialiter intētione recta existēte intensa possit esse actus interioz uel exterioz nō ita intensus materialiter loquēdo: puta cum aliqs non ita intense vult medicinā sumere sicut vult sanitatem ñ hocipsum qd est intēse intēderet sanitatē redundat formaliter in hoc qd est intēse velle medicari. Sed tñ hoc est ꝑsiderandū q̃ intentio'actꝰ interioris uel exteriozis potest referri ad intentionez ut obiectū: puta cum aliqs intēdit intēse velle vel aliquid intēse operari: ⁊ tñ nō ꝓpter hoc intense vult uel operat: quia quantitatē intenti boni nō sequit bonitas actus interiozis uel exteriozis ut dictū ē. Et inde est q̃ nō quantū aliquis intēdit mereri meretur: quia quātitas meriti ꝑsistit in intētione actꝰ ut infra dicet. ¶ Ad ꝑmū g̃ dicēdum: q̃ glo. illa loquitur quantū ad repugnationē dei q̃ pcipue cōsiderat intentionē finis. Uñ alia glo. dicit ibidem q̃ thesaurus cordis intētio ē ex qua deꝰ iudicat opera bonitas enim intētionis: ut dictū est redūdat q̃dāmodo in bonitatē volūtatis q̃ facit etiā exteriorem actū apud deum meritoziū. ¶ Ad secundū dicendū q̃ sola bonitas intētionis nō est tota causa bone volūtatis: vnde rō nō sequit. ¶ Ad tertiū dicendū q̃ sola malicia intētiōis sufficit ad maliciam volūtatis: ⁊ ideo etiā quāta mala est intētio tantū etiam mala est volūtas: sed nō est eadē rō de bonitate: ut dictum est.

Bonum sic procedit. Uidet q̃ bonitas voluntatis humane nō dependeat ex cōformitate volūtatis diuine. Impossibile est enim voluntatē hois cōformari volūtati diuine: ut patet ꝑ id qd dicit. esaie. 55°. Sicut exaltant celi a terra: ita exaltate sunt vie mee a vijs vestris: ⁊ cogitatiōis mee a cogitationibꝰ vestris: si ergo ad bonitatē volūtatis requireret ꝓformitas ad diuinā voluntatē: sequeretur q̃ impossibile esset hois voluntatez esse bonam: quod est inconueniēs. ¶ Preterea sicut voluntas nostra deriuat a volūtate diuina: ita scientia nostra deriuat a sciētia diuina: sed nō requirit ad sciam nostrā q̃ sit ꝓformis sciētie diuine. multa enī deus scit que nos ignoramꝰ: ergo non requirit q̃ volūtas nostra sit conformis voluntati diuine. ¶ Preterea volūtas ē actionis ꝓncipiū: sz actio nostra nō pōt ꝓformari actioni diuine g̃ nec volūtas. ¶ Sed ꝓtra est qd dicit matth. 26°. Nō sicut ego volo sed sicut tu vis. qd dicit: quia rectuz vult esse hoiem ⁊ ad deū dirigit: ut augu. diꝰ it in ench. Rectitudo aūt volūtatis est bonitas eiꝰ: ergo bonitas volūtatis dependet est cōformitate ad volūtatem diuinā. ¶ Respōdeo dicendū q̃ sicut dictū est bonitas volūtatis dependet ex intētione finis: finis aūt vltimꝰ voluntatis humane est summū bonum quod est deus. ut. s. dictuz est. Requirit ergo ad bonitatē humane volūtatis q̃ ordinet ad summum bonū. hoc aūt bonū ꝓmo quidē et per se cōparat ad voluntatē diuinā ut obiectū ꝓpriū eius illud aūt quod est primū in quolibet genere ē mēsura: ⁊ rō oiuz que sunt illius generis: vnumqꝺq; autē rectū ⁊ bonum est inquantū attingit ad ꝓpriā mensurā: g̃ ad hoc q̃ volūtas hois sit bona: requirit q̃ conformet voluntati diuine. ¶ Ad primū g̃ dꝰ q̃ voluntas hois nō pōt ꝓformari voluntati diuine per equiparantiā: sed ꝑ imitationē: et sic̄ ꝓformat scia hois scie diuine inq̃tū cognoscit verū. ⁊ actio hois actioni diuine inquantū ē agēti cōueniēs: ⁊ hoc ꝑ imitationē: nō aūt ꝑ eqparantiā vñ patet solutio ad secundū ⁊ ad tertiū argumētū

Decimuz sic procedit. Uidetur q̃ volūtas hois nō debeat semp ꝓformari diuine volūtati. In volito enim nō possumꝰ velle qd ignoramus. bonum enim apprehensum est obiectū volūtatis: sed qd deꝰ vult ignoramꝰ in plimis: g̃ non pōt humana voluntas diuine voluntati ꝓformari in volito. ¶ Preterea deꝰ vult dānari aliquē quē prescit in mortali peccato morituꝝ: si g̃ hō teneret cōformare voluntatē suā diuine voluntati in volito: sequeret q̃ hō tenēt velle suā dānationē qd est incōueniens. ¶ Preterea nullus tenet velle aliqd qd

est ꝓtra pietatē:sed si hō vellet illud qō deus vult hoc esset qñq; ꝑ pietatē:puta cum deus vult mori patrē alicui⁹:si filius hoc idē vellet ꝑ pietatē esset. ergo nō tenet ꝓformare voluntatē suam voluntati diuine in volito. ¶ Sed ꝓtra est:qz sup illud ps. Rectos decet collaudatio. dicit glo. Rectū cor habet qui vult qō deus vult.sed quilibet tenet habere rectum cor:g̃ quilibet tenet velle qō deus vult. ¶ Preterea forma volūtatis est ex obiecto sicut ꝛ cuiuslibet actus:si g̃ tenet hō ꝓformare voluntatem suam volūtati diuine requirit ꝙ teneat ꝓformare in volito. ¶ Preterea repugnātia voluntatum ꝓsitit in hoc ꝙ hoies diuersa volunt:ſz q̄cūq; habet voluntatē repugnātē diuine volūtati habet malā voluntatē:g̃ quicūq; nō cōformat voluntatē suā volūtati diuine in volito hz malā voluntatez. ¶ Respondeo dicendū ꝙ sicut ex predictis patet volūtas fert in suū obiectū ſm qō a rōne ꝓponit. cōtingit aūt aliquid a rōne ꝓsiderari diuersimode ita ꝙ sub vna rōne est bonū:ꝛ ſm aliā rōnem non bonum.ꝛ ideo volūtas alicui⁹ si velit illud esse ſz qō hz rōnē boni ē bōa:ꝛ volūtas alteri⁹ si velit illō idem nō eē ſm ꝙ habet rōnez mali erit voluntas etiā bona.sicut iudex habet bonā voluntatē dum vult occisionē latronis:qz iusta est.volūtas autez alterius:puta vxoris uel filij q̄ vult nō occidi ipsū inq̄tum est ſm naturā mala occisio est etiā bona. cum autē volūtas sequat apprehensionē rōnis vl̄ intellectus ſm ꝙ ratio boni apprehēsi fuerit cōior ſm hoc ꝛ volūtas fert in bonū cōius: sicut patet i exēplo ꝓpōsito.nam iudex habet curā boni cōis qō est iustitia.ꝛ ideo vult occisionē latronis q̄ hz rōnez boni ſm relationē ad statū cōem.vxor autē latronis ꝓsiderare habet bonū ꝓpriū familie:ꝛ ſm hoc vult maritū latronē nō occidi.bonū autez totius vniuersi est id qō est apprehensum a deo q̄ est vniuersi factor ꝛ gubernator vñ quicq̄d vult: vult sub rōne boni cois qō est sua bonitas q̄ est bonum totius vniuersi. Apphensio autē creature ſz suam naturā est alicui⁹ boni particularis proportionati sue nature.ꝓtingit autē aliq̄d esse bonū ſm rōnem particularē qō nō est bonū ſm rōnem vniuersalē aut ecōuerso:ut dictū est. Et iō cōtingit ꝙ aliq̄ volūtas est bona volēs aliq̄d ſm rationē particularē ꝓsideratū:qō tn̄ de⁹ nō vult ſm rōnez vniuersalē aut ecōuerso. Et ide est etiaz ꝙ pnt diuerse volūtates diuersoꝝ hoīz circa oppositā esse bone: put sub diuersis rōnib⁹ particularibus volunt hoc esse uel nō esse.nō est aūt recta volūtas alicui⁹ hoīs volētis aliq̄d bonū particulare:nisi referat illud in bonū cōe sicut in finē:cum etiā naturalis appetitus cuiuslibet partis ordinet in bonū cōe toti⁹ ex fine autē sumit q̄si formalis rō volēdi illud qō ad finē ordinat.vñ ad hoc ꝙ aliqs recta voluntate velit aliq̄d particulare bonum: oportet ꝙ illud particulare bonū sit volitū materialiter:bonū aūt cōe sit volitum formaliter:voluntas igit humana tenet ꝓformari diuine volūtati in volito formaliter:tenetur enim velle bonū diuinū ꝛ cōe:sed nō materialiter rōne iā dicta.sed tantū quantū ad vtrūq; modo aliquo volūtas humana ꝓformat volūtati diuine quia scōm quod conformat volūtati diuine in cōmuni rōne voliti:cōformat ei in fine vltimo: scōm aūt ꝙ nō ꝓformat ei in volito materialiter:conformatur ei ſm rōnez cause efficiētis:qz hāc ꝓpriā inclinationē ꝓsequentē naturā:uel apphensionē particularē hui⁹ rei habz res a deo sicut a cā effectiua vñ ꝓsecuit dici ꝙ ꝓformat q̄tum ad hoc voluntas hoīs volūtati diuine:qz vult hoc qō de⁹ vult cum velle. Est ꝛ ali⁹ modus ꝓformitatis ſm rōnez cause formalis:ut.ſ.hō velit aliq̄d ex charitate sic de⁹ vult:ꝛ ista etiā ꝓformitas reducit ad ꝓformitatez formalē q̄ attēdit ex ordine ad vltimū finē:qō ē ꝑpriuz obiectū charitatis. ¶ Ad ꝑmuz g̃ dō:ꝙ volitum diuinū ſm rōnez cōem quale sit scire possumus. Scim⁹ enī ꝙ de⁹ q̄cq̄d vult:vult sub rōne boni:ꝛ iō quicūq; vult aliq̄d sub quacūq; rōne boni habet voluntatē ꝓformē volūtati diuine q̄tuz ad rōnem voliti:ſz in particulari nescim⁹ q̄d de⁹ velit ꝛ q̄tum ad hoc nō tenemur ꝓformare voluntatez nostraz diuine voluntati:in statu tn̄ glie oēs videbunt in singulis q̄ volent ordinē eoꝝ ad id qō de⁹ circa hoc vult:ꝛ ideo nō solum formaliter ſz materialiter in oīb⁹ suā voluntatē deo cōformabūt. ¶ Ad secundū dicendū ꝙ de⁹ nō vult dānationē alicui⁹ sub rōne dānatōis nec mortē alicui⁹ inq̄tū est mors:qz ipse vult oēs hoies saluos fieri:ſz vult ista rōne iustitie. vñ sufficit circa talia ꝙ hō velit iustitiā dei ꝛ ordinē nature seruari. vñ patet solutio ad tertiū. ¶ Ad ꝑmuz vero qō in ꝓtrariū obiiciebat dicendū ꝙ magis vult qō de⁹ vult q̄ conformat voluntatē suā voluntati diuine q̄tum ad rationem voliti q̄ q̄ ꝓformat q̄tum ad ipsam rē volitam:qz voluntas ꝓncipali⁹ fert in finē q̄ in id qō ē ad finē. ¶ Ad secundū dicendū ꝙ spes ꝛ forma actus magis attēdit ſm rōnez obiecti q̄ ſm id qō est materiale in obiecto. ¶ Ad tertiū dicēdū ꝙ nō ē repugnātia voluntatū q̄n aliq̄ diuersaꝝ olunt nō ſm eandē rōnē:ſz si sub vna rōne cēt aliq̄d ab vno volitū qō ali⁹ nollet hoc iduceret repugnantiā voluntatū:qō tn̄ nō est in ꝓpōsito. Questio.xx.

Einde cōsidē

randuz est de bonitate ꝛ malicia q̄tū ad exteriores act⁹ ꝛ circa hoc q̄runt sex. Primo vtr̄ bonitas ꝛ malicia ꝑ pri⁹ sit in actu voluntatis vl̄ in actu exteriori. Scdo vtr̄ tota bonitas uel malicia act⁹ exteriorꝭ dependeat ex bonitate volūtatis. Tertio vtr̄ sit eadem bonitas ꝛ malicia interiorꝭ ꝛ exteriorꝭ act⁹. 4° vtrū act⁹ exterior addat de bonitate uel malicia supra actū interiorē. 5° vtr̄ euētus sequēs aliq̄d addat ō bonitate uel malicia ad actū exteriorē. 6° vtr̄ idē actus exterior possit esse bonus ꝛ malus.

Dprimū sic proce

dit. Videtur ꝙ bonum ꝛ malū ꝑ pri⁹ cōsistat in actu exteriori q̄ in actu vo

luntatis. Voluntas enim habet bonitatē ex obiecto: ut. ē. dictum est: sed actus exterior est obiectū interioris actus voluntatis: dicimur eni velle furtum uel velle dare elemosynā: g̃ malum ⁊ bonum per prī⁹ est in actu exteriori q̄ in actu voluntatis. ¶ Preterea bonuz p prī⁹ puenit finī: quia ea que sunt ad finē hñt rōnez boni ex ordine ad finē: act⁹ autem voluntatis nō pōt esse finis: ut. ē. dictum est actus autem alterius potentie pōt esse finis: g̃ per prī⁹ pfistit bonum in actu potentie alterī⁹ q̄ i actu voluntatis. ¶ Preterea actus voluntatis forma liter se habet ad actum exteriorē: ut. ē. dictum est: sed id qō est formale ē posteri⁹: naz forma aduenit materie: g̃ per prī⁹ est bonum ⁊ malum in actu exteriori q̄ in actu voluntatis. ¶ Sed ꝫ est qō aug. dicit in libro retractationuz: q voluntas est ex q̄ peccat ⁊ recte viuit: g̃ bonum ⁊ malū morale per prius cōsistit in voluntate. ¶ Rñdeo dicendū q aliqui actus exteriores pñt dici boni uel mali dupli citer. Uno mō fm gen⁹ suū ⁊ fm circūstātias ī ipis cōsideratas: sicut dare elemosynā seruatis debitis circumstātijs dicit esse bonū. Alio mō dicit aliqd esse bonum uel malum ex ordine ad finē: sicut dare elemosynā ꝓpter inanē gl̄iam dicit esse maluz: cum autem finis sit ꝓprium obiectū volūtatis: manifestum est q ista ratio boni uel mali quaz habet actus exterior ex ordine ad finem p prī⁹ inuenit i actu volūtatis ⁊ ex eo deriuat ad actū exteriorez: bonitas autem uel malicia quā habet actus exterior fm se ꝓpter debitā materiā ⁊ debitas circūstātias nō deriuatur a volūtate sed magis a rōne. vñ si ꝓsideret bonitas exteriorꝭ actus fm q est in ordinatiōe ⁊ apphensione rōnis: prior est q̄ bonitas actus voluntatis: sed si consideret fm q est in executione opis sequit bonitatē volūtatis que est ꝓncipium eius. ¶ Ad primū ergo dicendū q act⁹ exterior est obiectū volūtatis inq̄tum ꝓponitur voluntatī a rōne ut quoddā bonum apprehensum ⁊ ordinatum per rationē: ⁊ sic est prī⁹ q̄ bonuz act⁹ volūtatis: inquantū vero ꝓsistit in executione operis est effectus volūtatis ⁊ sequitur voluntatem. ¶ Ad secundū dicendū q finis est ꝓr in intentione: sed est posterior in executōe. ¶ Ad 3ᵐ dō q forma fm q est recepta in materia ē posterior via generationis q̄ materia: lz sit ꝓr natura: sed fm q est in cā agēte est oibus modis prior: volūtas aūt cōparatur ad actum exteriorē sicut cā efficiēs vñ bonitas actus volūtatis est forma exterioris act⁹ sicut in cā agēte existens.

Ꝺ secundū sic ꝓro

ceditur. Uidet q tota bonitas ⁊ malicia actus exterioris dependeat ex volūtate. Dicit enim matth. 7°. Nō pōt arbor bona malos fructꝰ facere: nec arbor mala facere fructꝰ bonos. per arborē autem intelligit volūtas: ⁊ per fructum opus fm glo. g̃ nō potest esse q voluntas interior sit bona ⁊ actus exterius sit malꝰ: aut ecō uerso. ¶ Preterea aug. dicit in libro retractationum q nō nisi voluntate peccat: si g̃ nō sit peccatū in volūtate: nō erit peccatū in exteriori actu: ⁊ iō tota bonitas uel malicia exterioris actus ex volūtate dependet. ¶ Preterea bonum ⁊ malum ꝺ q nūc loquimur sunt differētie moralis actꝰ differentie autem p se diuidūt genꝰ fm phm in. 8° metaph. cum igitur actus sit moralis ex eo q est volūtariꝰ videt q bonum ⁊ malū accipiat in actu solū ex parte volūtatis. ¶ Sed ꝫ ē qō aug. dicit in libro ꝓtra mendaciū: q quedā sunt que nullo quasi bono fine aut bona voluntate possunt bene fieri. ¶ Respōdeo dicendū q sicut iam dictuz est in exteriori actu potest ꝓsiderari duplex bonitas uel malicia. Una fm debitā materiā ⁊ circumstātias. Alia fm ordinez ad finem. Et illa quidē que est fm ordinez ad finem tota dependet ex volūtate. illa autem q̄ ē ex debita materia uel circumstātijs dependet ex ratione: ⁊ ex hac dependet bonitas voluntatis fm q in ipsam fert. Est autez ꝓsiderandū q sicut. ē. dictum est ad hoc q aliqd sit malum sufficit vnꝰ singularis defectꝰ: ad hoc autem q simplr bonū non sufficit vnum singulare bonū: sed requirit integritas bonitatis: si igit volūtas sit bona ⁊ ex obiecto ꝓprio ⁊ ex fine: ꝓsequēs est actum exteriorē esse bonum: sed nō sufficit ad hoc q actus exterior sit bonus: bonitas voluntatis que est ex intentiōe: lz si voluntas sit mala siue ex intentione finis siue ex actu volito: ꝓsequens est actū exteriorē ē malum ¶ Ad ꝑmū g̃ dicendū q voluntas bona ꝑput signi ficatur per arborē bonā est accipienda fm q habet bonitatē ex actu volito ⁊ ex fine intēto. ¶ Ad secundū dicendū q nō solū aliquis volūtate peccat qñ vult malū finē: sed etiā qñ vult malū actum. ¶ Ad tertiū dicenduz q volūtariū dicit nō soluz actus voluntatis: lz etiā actus exteriores ꝑput a voluntate ꝓcedūt ⁊ rōne: ⁊ iō circa vtroq; actus potest esse differētia boni ⁊ mali.

Ꝺ tertium sic ꝓro

ceditur. Uidet q nō eadem sit bonitas uel malicia actus interioris volūtatis ⁊ exterioris actus. Actus enim interioris ꝓncipium est vis aīe interior apphensiua uel appetitiua. actus autē exterioris ꝓncipiū est potētia exequens motum: vbi aūt sunt diuersa ꝓncipia actionis ibi sunt diuersi actus: actus aūt est subiectū bonitatis uel malicie. nō potest autem esse idē accñs in diuersis subiectis: g̃ nō pōt esse eadem bonitas interioris ⁊ exterioris actus. ¶ Preterea virtus est que bonum facit habentē ⁊ opⁿ eius bonū reddit: ut dicit ar in. 2°. ethi. sed alia est virt⁹ intellectualis in potentia imperāte: ⁊ alia virtus moralis in potentia imperata: ut patet in ꝓncipio ethi. g̃ alia est bonitas actus interioris que est potentia imperantis: ⁊ alia est bonitas actus exterioris que ē potentie imperate. ¶ Preterea cā ⁊ effectus idē ee nō possunt: nihil enim est cā suiipsius. sed bonitas actus interioris est cā bonitatis actus exterioris: aut ecōuerso: ut dictū est: ergo nō potest esse eadē bonitas vtriusq;. ¶ Sed ꝓra est qō. ē. ostensuz ē q actus volūtatis se habet ut formale ad actū ex-

teriorem: ex formali autem ⁊ materiali fit vnum: ergo est vna bonitas actus interioris ⁊ exterioris ¶ Respondeo dicendū q̄ sicut. ā. dictus est actus interior voluntatis ⁊ actus exterior ꝓut ꝓsiderā-tur in genere moris sunt vnus actus. ꝓtingit autē quādoq; actū qui est vnus subiecto habere plēs rōnes bonitatis uel malicie. ⁊ quādoq; vnam tm̄. Sic ergo dicendū q̄ quādoq; est eadem bonitas uel malicia interioris actus ⁊ exterioris: qñq; alia ⁊ alia. Sicut enim dictū est p̄dicte due bonitates uel malicie. s. interioris ⁊ exterioris actus adinui cem ordinant. ꝓtingit autez in his que ad aliud or dinant q̄ aliquid est bonū ex hoc solū q̄ ad aliud ordinat: sicut potio amara ex hoc solo est bona q̄ est sanatiua. vñ nō est alia bonitas sanitatis ⁊ po-tionis: sed vna ⁊ eadē. ¶ Quandoq; vero illud qō ad aliud ordinat habet in se aliquā rōnē boni etiā p̄ter ordinē ad aliud bonum: sicut medicina sapo rosa habet rōnem boni delectabilis p̄ter hoc q̄ ē sanatiua. Sic ergo dicendū q̄ qñ actus exterior ē bonus uel malus solum ex ordine ad finē: tunc est oīno eadem bonitas ⁊ malicia actus volūtatis q̄ per se respicit finē: ⁊ actus exterioris qui respicit finem mediāte actu volūtatis: cum autez actus ex terior habet bonitatez uel maliciā fm̄ se. s. fm̄ ma teriam uel circumstantiā: tunc bonitas exterioris actus est vna: ⁊ bonitas voluntatis que est ex fine est alia: ita tñ q̄ bonitas finis ex voluntate redun dat in actum exteriorem: ⁊ bonitas malicie ⁊ cir-cumstantiaꝝ redūdat in actū voluntatis: sicut iā dictum est. ¶ Ad p̄imū ergo dicendū q̄ rō illa ꝓ bat actus interior ⁊ exterior sunt diuersi fm̄ gen⁹ nature: sed tñ ex eis sic diuersis cōstituit vnum in genere moris: ut. ā. dictū est. ¶ Ad scōm dō q̄ si-cut dicit in. 6°. ethi. Virtutes morales ordinantur ad ipsos actus virtutū q̄ sunt quasi fines. ꝓuden-tia aūt que est in rōne ad ea que sunt ad finē: ⁊ ꝓ-pter hoc requirunt diuerse virtutes: sed rō recta de ipso fine virtutū nō habet aliā bonitatē q̄ boni tatem virtutis fm̄ q̄ bonitas rōnis participat in q̄ libet virtute. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ qñ aliq̄d ex vno deriuat in alterum sicut ex cā agēte vniuoca: tūc aliud est quod est in vtroq; sicut cum caliduꝫ calefacit ali⁹ numero est calor calefaciētis ⁊ calor calefacti: ꝫ idem specie. Sed qñ aliq̄d deriuat ab vno in alterꝫ fm̄ analogiā uel ꝓportionē: tūc ē tm̄ vnum numero: sicut a sano qō est in corpore ani-lis deriuat sanum ad medicinā ⁊ vrinā: nec alia sa nitas est medicine ⁊ vrine q̄ sanitas aīalis quā me dicina facit ⁊ vrina significat. ⁊ hoc mō a bonita-te voluntatis deriuat bonitas act⁹ exterioris ⁊ ecō uerso. s. fm̄ ordinē vnius ad alterum.

¶ quartuꝫ sic ꝓ-

ceditur. Videt q̄ exterior actus non addat i bonitate uel malicia sup actū interiorem. Dicit enim chrys. sup matth. Volun tas est que aut remunerat ꝓ bono: aut ꝓdēnat ꝓ malo. opa aūt testimonia sunt volūtatis: nō g̃ q̄rit deus opera ꝓpter se ut sciat quō iudicet: ſꝫ ꝓpter alios: ut oēs intelligāt q̄ iustus est de⁹: sed malum uel bonum magis est extimandū fm̄ iudicium dei q̄ fm̄ iudiciū hoīum: ergo actus exterior nihil ad dit ad bonitatē uel malicia super actum interiorē ¶ Preterea vna ⁊ eadeꝫ est bonitas interioris et exterioris actus: ut dictū est: sed augmentū fit per additionē vnius ad alterꝫ: ergo actus exterior nō addit in bonitate uel malicia sup actum interiorē. ¶ Preterea tota bonitas creature nihil addit su-pra bonitatem diuinā: quia tota deriuat a bonita-te diuina: sed bonitas act⁹ exterioris qñq; tota de riuatur ex bonitate actus interioris: qñq; aūt eco uerso ut dictū est: nō ergo vnū eoꝝ addit in boni-tate uel malicia super alterꝫ. ¶ Sed ꝫ oē agēs in-tendit cōsequi bonū ⁊ vitare malū: si ergo ꝓ actuꝫ exteriorē nihil addit de bonitate uel malicia: fru-stra qui habet bonā volūtatem uel malā facit op⁹ bonum aut desistit a malo opere: qō est inconue-niens. ¶ Respōdeo dicendū q̄ si loquamur de bo nitate exterioris actus quā habet ex bonitate finis tūc actus exterior nihil addit ad bonitatē: nisi cō-tingat ipsam voluntatē scōm se fieri meliorē in bo nis uel peiorē in malis: quod quidē videt posse cō tingere tripliciter. Uno mō scōm numerꝫ: puta cū aliquis vult aliq̄d facere bono fine uel malo: ⁊ tūc quidem nō facit: postmodū aūt vult ⁊ facit: dupli catur actus volūtatis: ⁊ sic fit duplex bonū uel du plex malum. Alio mō q̄ tum ad extensionemꝫ: puta cum aliqs vult facere aliquid bono fine uel malo: ⁊ ꝓpter aliqd impedimentū desistit: alius autem cōtinuat motū volūtatis quousq; opere perficiat manifestū est q̄ huiusmodi voluntas est diuturni or in bono uel malo: ⁊ scōm hoc est peior uel me-lior. Tertio scōm intensionē: sunt enī quidā actus exteriores q̄ in q̄ tum sunt delectabiles uel penosi nati sunt intēdere voluntatē uel remittere: constat aūt q̄ quāto volūtas intensius tendit in bonū uel malum: tanto est melior uel peior. Si autē loqua-mur de bonitate actus exterioris quā habet scōꝫ materiā ⁊ debitas circumstantias: sic cōparat ad voluntatē ut terminus ⁊ finis: ⁊ hoc modo addit ad bonitatē uel maliciā volūtatis: quia ois inclina tio uel motus perficit in hoc q̄ ꝓsequit̄ finem uel attingit terminū. vñ nō est pfecta voluntas nisi sit talis q̄ oppoꝛtunitate data operet. Si vero possi bilitas desit voluntate existēte pfecta ut operaret si posset: defect⁹ pfectois q̄ est ex actu exteriori est simpliciter inuoluntariū. Inuoluntariū aūt sicut nō meret̄ penā uel p̄miū in operādo bonū aut ma lum: ita nō tollit aliq̄d de p̄emio uel de pena si hō inuolūtarie simpl̄r deficiat ad faciendū bonuꝫ vel malū. ¶ Ad p̄imū g̃ dicendū q̄ chrys. loquit̄ qñ volūtas hois est ꝓsūmata ⁊ nō cessat ab actu nisi i propter ipotentiā faciēdi. ¶ Ad 2m̄ dicēdū q̄ rō il la ꝓcedit de bonitate act⁹ exterioris quā hꝫ a bo nitate finis: sꝫ bōitas act⁹ exterioris quā hꝫ ex mā ⁊ circūstātijs est alia a bonitate volūtatis q̄ est ex fine: nō aūt alia a bonitate volūtatis quā hꝫ ex ipo actu volito: sꝫ cōparat ad ipsa ut rō ⁊ cā ci⁹: sicut ā. dictū est. Et per hoc etiā patet solutio ad tertiū.

Quintum sic pro
cedit. Videt q̄ euentus sequēs addat
ad bonitatē uel malicia3 actus. Effe-
ctus enim virtute p̄existit in cā: sz euētus p̄sequun
tur actus sicut effectus cās. g̃ virtute p̄existūt in
actib⁹: sed vnūquodq̄ fm suā virtutē iudicat bo-
num uel malū: nam virtus est q̄ bonū facit hñtem
ut dicit in. 2° ethi. g̃ euētus addūt ad bonitatez uel
maliciā actus. ¶ Preterea bona q̄ faciūt audito
res sunt effectus quidā p̄sequētes ex p̄dicatiōe do
ctoris: sz huiusmodi bona redundāt ad meritū p̄-
dicatoris: ut patet p id qđ dicit phil. 4°. Frēs mei
charissimi z desideratissimi gaudiū meu3 z coro-
na mea: g̃ euētus sequēs addit ad bonitatē uel ma
liciā act⁹. ¶ Preterea pena nō addit nisi crescēte
culpa. vñ dicit Deut. 25°. Pro mēsura peccati erit
z plaga p̄ modus sz ex euētu sequēte addit ad pe-
nam. dicit enī exo. 21° q̄ si bos fuerit cornupeta ab
heri z nudiustertius z p̄testati sunt dñm ei⁹: nec re
clusit eu3: occiderit q̄ vir̄ aut mulierē: z bos lapi
dib⁹ obruet z dñm illius occidāt. nō aūt occideret
si bos nō occidisset hoiez etiā nō reclusus: g̃ euen
tus sequēs addit ad bonitatem uel maliciā actus.
¶ Preterea si aliq̄s ingerat causam mortis pcu-
tiēdo uel sententiam dando z mors non sequatur:
nō contrahit irregularitas: p̄traheret aūt si mors
sequeret: ergo euētus sequēs addit ad bonitatē uł
maliciā actus. ¶ Sed p̄tra: euētus sequēs nō facit
actū malum q̄ erat bon⁹: nec bonū q̄ erat mal⁹: pu
ta si aliq̄s det elemosynā pauperi q̄ ille abutat ad
peccatū: nihil deperit ei q̄ elemosynā facit: z sic̄r si
aliq̄s patiēter ferat iniuriā sibi factā: nō p̄pter hoc
excusat ille q̄ fecit: g̃ euētus sequēs nō addit ad bo
nitatē uel maliciā actus. ¶ Rñdeo dicendū q̄ euē
tus sequēs aut est p̄cogitatus aut nō. Si est p̄cogi-
tatus: manifestū est q̄ addit ad bonitatē uel mali-
ciam: cum enī aliq̄s cogitās q̄ ex opere suo multa
mala possunt seq̄: nec p̄pter hoc dimittit: ex hoc
apparet volūtas ei⁹ esse magis inordinata. Si aūt
euētus sequēs nō sit p̄cogitatus: tūc distinguendū
est: quia si p se sequit ex tali actu z ut in plurib⁹ fm
hoc euētus sequēs addit ad bonitatē uel malicia3
actus: manifestū est enim meliorē actu3 esse ex suo
genere ex quo p̃nt plura bona seq̄: z peiorē ex quo
nata sunt pl'a mala seq̄. Si vero p accns z ut i pau
cioribus: tūc euētus sequēs nō addit ad bonitatē vł
ad maliciā actus: nō enī dat iudiciū de re aliq̄ fm
illud qđ est p accns: sz soluz fm illud qđ est per se.
¶ Ad p̃mū g̃ dicēdum: q̄ virtus cause existimat
fm effectus p se: nō aūt fm effectus per accidens.
¶ Ad secundū dicendū q̄ bōa q̄ auditores faciūt
consequunt ex p̄dicatiōe doctoris sicut effectus
per se. vñ redūdat ad p̃miū p̄dicatoris z p̄cipue
qñ sunt p̄eintēta. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ euētus
ille p quo illi pena infligēda mandat z per se sequi
tur ex tali cā: z ite p̄ ponit ut p̄cogitatus: z iō ipu-
tatur ad penā. ¶ Ad quartū dicendū q̄ ratio illa
p̄cederet si irregularitas sequeret culpā: nō aūt seq̄
tur culpā: sz factū p̄pter aliquē defectū sacramēti.

Sextuz sic proce
dit. Videtur q̄ vnus actus possit esse
bonus z malus. Motus enīz ē vnus
q̄ est cōtinuus: ut dicit in. 5° phy. sed vn⁹ mot⁹ cōti
nuus p̄t esse bonus z malus: puta si aliq̄s p̄tinue
ad ecclesiā vadēs. p̃mo qdē intēdat inanē gloriaz
postea intēdat deo seruire: ergo vnus act⁹ potest
esse bon⁹ z malus. ¶ Preterea fm phm in. 3° phi.
actio z passio sunt vnus act⁹: sz p̄t esse passio bo
na sicut christi: z actio mala sicut iudeo⁹: g̃ vnus
actus potest esse bonus z malus. ¶ Preterea cū
seruus sit q̄si instrumentū dñi actio serui est actio
dñi sicut actio instrumēti est actio artificis: sz p̄t
cōtingere q̄ actio serui, pcedat ex bona voluntate
dñi: z sic sit bona: z ex voluntate mala serui: z sit
mala: ergo idē actus p̄t esse bon⁹ z malus. ¶ Sz
cōtra: cōtraria nō possunt esse in eodē: sz bonuz et
malū sunt p̄traria: ergo vn⁹ actus nō p̄t esse bon⁹
z malus. ¶ Respondeo dicendu3 q̄ nihil p̄hibet
aliquid esse vnū fm q̄ est in vno genere: z ee multi
plex fm q̄ refertur ad aliud gen⁹: sicut superficies
cōtinua est vna fm q̄ p̄sideratur in genere quātitatis
tñ est multiplex scdm q̄ refert ad genus coloris si
partim sit alba z partim nigra: z fm hoc nihil p̄o
hibet aliquē actū esse vnū scdm q̄ refert ad genus
nature: qui tñ nō est vnus fm q̄ refert ad gen⁹ mo
ris sicut ecouerso ut dictū est. Ambulatio enīz cō-
tinua est vnus act⁹ fm gen⁹ nature: p̄t tñ p̄tingere
q̄ sint plures fm genus moris. si mutet ambulan-
tis volūtas que est p̄ncipiū actū moraliu3. Si g̃
accipiat vnus actus, put est in genere moris ipossi
bile est q̄ sit bonus z mal⁹ bonitate z malicia mo-
rali: si tñ sit vn⁹ vnitate nature: z nō vnitate moris
p̄t esse bonus z malus. ¶ Ad p̃imuz g̃ dō: q̄ ille
motus cōtinuus q̄ p̄cedit ex diuersa intētione licz
sit vn⁹ vnitate nature: nō est tamē vn⁹ vnitate mo-
ris. ¶ Ad secundū dicendū q̄ actio z passio perti
nent ad gen⁹ moris inq̄tum habēt rōnez voluntā-
rij: z ideo scdm q̄ diuersa voluntate dicunt volū-
taria fm hoc sunt duo moraliter z p̄t ex vna pte
inesse bonū z ex alia malū. ¶ Ad tertiū dicendū:
q̄ actus serui inq̄tum p̄cedit ex volūtate serui nō
est actus dñi: sed solū inq̄tum p̄cedit ex mandato
dñi. vñ sic nō facit ipsuz malū mala volūtas serui.

Questio. xxj.

Deinde cōside
randuz ē de his que p̄sequū
tur actus humanos rōne bo
nitatis uel malicie. Et circa
hoc q̄runt quattuor. Pro
vtr̄ act⁹ human⁹ inq̄tū ē bo
nus vel mal⁹ hēat rōnem re-
ctitudinis uel pcti. 2° vtr̄ hēat rōnez laudabilis vł
culpabilis. 3° vtr̄ hēat rōnez meriti uel demeriti.
4° vtr̄ hēat rōnez meriti uel demeriti apud deū.

Primum sic pro
ceditur. Videt q̄ actus humanus in

q̄tum est bonus uel malus nō habeat rationē rectitudinis uel peccati. ¶Peccata enī sunt monstra in natura: ut dicit. 2° phy. mōstra aūt nō sunt actº: sed sunt quedā res generate p̄ter ordinē nature. ea aūt que sunt fm artē ⁊ rōnem imitant ea que sunt fm naturā ut ibidē dicit: g̃ actus ex hoc q̄ est inordinatus ⁊ malus nō habet rōnē p̄cti. ¶Preter ea peccatū ut dicit in. 2° phy. accidit in natura ⁊ arte: cum nō peruenit ad finē intentū a natura uł arte: sed bonitas uel malicia actus humani maxime cōsistit in intētione finis ⁊ eius p̄secutōe: g̃ videt q̄ malicia actus nō inducat rōnem peccati. ¶Preterea si malicia actus induceret rōnē peccati seq̄retur q̄ vbicūq̄ esset malū tbi esset peccatuz: hoc autem est falsum. nā pena lz̄ habeat rōnem mali: nō tamē habet rationē peccati: nō ergo ex hoc q̄ aliquis actus est malus habet rationem peccati. ¶Sed cōtra bonitas actus humani: ut. ā. ostensū est: p̄ncipaliter dep̄ndet a lege eterna: ⁊ per consequens malicia eius in hoc p̄sistit q̄ discordat a lege eterna: sed hoc facit rōnem peccati. dicit enī augustinus. 22° cōtra faustū. q̄ peccatū est dictū uł factū uel p̄cupitū cōtra legem eternā: ergo actus humanus ex hoc q̄ est malus habet rationē peccati. ¶Respōdeo dicendū q̄ malum in plus est q̄ peccatū sicut ⁊ bonū in plus est q̄ rectū. quelibet enī z̄ p̄uatio boni in quocūq̄ p̄sistit rationē mali. sed peccatū p̄prie cōsistit in actu qui agit p̄pter finem aliquē cum nō habeat debitū ordinem ad finem illum: debitus aūt ordo ad finem fm aliquā regulā mensurat: que quidē regula in his que fm naturā agunt est ipsa virtus nature que inclinat in talez finem. quādo ergo actus p̄cedit a virtute naturali fm naturalē inclinationē in finē: tūc seruat rectitudo in actu: quia medium nō exit ab extremis. s. actº ab ordine actiui p̄ncipij ad finem: quādo autē a rectitudine tali actus aliquis recedit: tunc incidit rō peccati. ¶In his vero que agūtur per voluntatē: regula p̄xima est ratio humana: regula aūt supma ē lex eterna: quādo ergo actus hominis p̄cedit in finem fm ordinem rōnis ⁊ legis eterne: tunc actus est rectus: quādo autem ab hac rectitudine obliq̄tur tūc dicitur peccatū. ¶Manifestū est autem ex p̄missis q̄ omnis actus volūtarius est malus p hoc q̄ recedit ab ordine rōnis ⁊ legis eterne: ⁊ ois actº bonus p̄cordat rōni ⁊ legi eterne. vñ sequit q̄ actº humanus ex hoc q̄ est bonus vel malº habeat rōnem rectitudinis vel peccati. ¶Ad p̄mū g̃ dicendū q̄ mōstra dicunt esse peccata in q̄tum p̄ducta sunt in peccato in actu nature existēte. ¶Ad secūdū dicendū q̄ duplex est finis. s. vltimº ⁊ p̄pinquº. In peccato aūt nature deficit quidez actus a fine vltimo q̄ est p̄fectio generati: nō autem deficit a q̄ cūq̄z fine p̄xīmo: operatur enīz natura aliquid formādo: similiter in peccato volūtatis: semper ē defectus ab vltimo fine intento: quia nullus actº voluntatis malus est ordinabilis ad beatitudinem q̄ est vltimus finis: licz̄ nō deficiat ab aliquo fine p̄xīmo quem volūtas intendit ⁊ consequitur. vnde tiam cum ipsa intentio huius finis ordinetur ad finem vltimū in ipsa intētione huiusmodi finis potest inueniri ratio rectitudinis ⁊ peccati. ¶Ad tertiū dicendū q̄ vnumquodq̄ ordinatur ad finem per actum suum: ⁊ ideo ratio peccati que cōsistit in deuiatione ab ordine ad finez p̄opter quē consistit in actu: sed pena respicit persona peccantem ut in p̄imo dictum est.

Ad secundū sic p̄ro

ceditur. Videt q̄ actus humanus ex hoc q̄ est bonus uel malus nō habet rationem laudabilis vel culpabilis: peccatuz enīz contingit in his que aguntur a natura: vt dicitur in. 2° physicoꝝ: sed tamen ea que sunt naturalia nō sunt laudabilia nec culpabilia: ut dicit in. 3. ethicorum: ergo actus humanus ex hoc q̄ est malus vel peccatum: non habet rationem culpe: ⁊ per consequens nec ex hoc q̄ est bonus habet rationem laudabilis. ¶Preterea sicut contingit peccatum in actibus mozalibus ita ⁊ in actibus artis: quia vt dicitur in secūdo physicoꝝ. ¶Peccat grāmaticus non recte scribens: ⁊ medicus non recte dans potionem: sed nō culpatur artifex ex hoc q̄ aliquid malum facit: quia ad industriaz artificis pertinet q̄ possit ⁊ bonum opus facere ⁊ malum cum voluerit: ergo videtur q̄ etiam actus mozalis ex hoc q̄ est malº nō habeat rationē culpabilis. ¶Preterea dionisius dicit. 4. capło de di. no. q̄ malum est infirmū ⁊ impotens: sed infirmitas vel impotētia vel tollit vel diminuit rationē culpe: non ergo actus humanus est culpabilis ex hoc q̄ est malus ¶Sed ꝓtra est quod phs dicit: q̄ laudabilia sunt virtutum opera: vituperabilia autem vel culpabilia opera contraria: sed actus boni sunt actus virtutis: quia virtus est que bonum facit habentem: ⁊ opus eius bonum reddit: ut dicitur in scō ethicozum. vnde actus oppositi sunt actus mali: ergo actus humanus ex hoc q̄ est bonus vel malus habet rationē laudabilis vel culpabilis. ¶Respondeo dicendū q̄ sicut malum est in plus q̄ peccatū ita peccatum est in plus q̄ culpa: ex hoc enim dicitur actus culpabilis vel laudabilis q̄ imputatur agenti: nihil enim est aliud laudari vel culpari q̄ imputari alicui malicia vel bonitatē sui actus: tūc enim actus imputatur agenti quando est in potestate ipsius: ita q̄ habeat dominiuz sui actus: hoc autem est in omnibus actibus voluntarijs: quia p volūtatem homo dominiuz sui actus habet vt ex supradictis patet. vnde relinquitur q̄ bonum uel malum in solis actibus volūtarijs constituit rationem laudis vel culpe: in quibus est idem maluz peccatum ⁊ culpa. ¶Ad p̄imū ergo dicendū q̄ actº naturales non sunt in potestate naturalis agētis: cum natura sit determinata ad vnum: ⁊ ideo licet in actibus naturalibus sit peccatum: nō tamen est ibi culpa. ¶Ad secundū dicendū q̄ ratio aliter se habet in artificialibus ⁊ aliter in mozalibus In artificialibus enim ratio ordinat ad finez particularem: quod est aliquid per rationē excogitatum. In mozalibus autem ordinat ad finem com

munem totius humane vite: finis autem particularis ordinatur ad finem cōmunē. Cum enim peccatum sit per deuiationē ab ordine ad finez: vt dictum est: in actu artis cōtingit dupliciter esse peccatum. Uno modo per deuiationē a fine particulari intento ab artifice: & hoc peccatū erit proprius arti: puta si artifex intendēs facere bonum opus faciat malum: vel intendens malum faciat bonū. Alio modo per deuiationē a fine cōmuni humane vite: & hoc modo dicet peccare: etiam si intendat facere malum opus: & faciat per hoc vt alī decipiatur: sed hoc peccatū nō est proprium artificis inquantū artifex: sed inquantū hō est. vñ ex primo peccato culpatur artifex inquantū artifex: sed ex secūdo culpat homo inquantū homo est. Sed in moralibus vbi attenditur ordo rationis ad finez cōmunem humane vite: semper peccatum & malū attēditur per deuiationē ab ordine rōnis ad finez cōmunem humane vite: & ideo culpat ex tali peccato homo: & iquantū est homo & inquantū moralis est: vñ phs dicit in. 6°. ethi. q in arte volēs peccans est eligibilior: circa prudentiā autē minus: sicut & in virtutibus moralib⁹ quax prudentia ē directiua. ¶ Ad tertiū dicendū q illa infirmitas q est in malis volūtarijs subiacet potestati hois: et ideo nec tollit nec diminuit rationem culpe.

D tertium sic pro

ceditur. Videtur q̄ non quelibet delectatio mitiget quēlibet doloreż ſeu triſticiā. non enim delectatio triſticiā mitigat niſi inquantum ei cōtrariatur. medicine enī ſunt per cōtraria. vt dicitur in. 2°. ethicoꝝ. ſed nō quelibet delectatio cōtrariatur cuilibet triſticie. vt ſ. dcm̄ eſt: ergo non quelibet delectatio mitigat quālibet triſticiam. ¶ Preterea illud quod cauſat triſticiam non mitigat triſticiam: ſed alique delectatōes cauſant triſticiam: quia vt dicitur. ix. ethicorum. Malus triſtatur quoniā delectat⁹ eſt: non omnis delectatio mitigat triſticiam. ¶ Preterea Aug. dicit in. 4. confeſ. q̄ ipſe fugit de patria in qua cōuerſari ſolitus erat cum amico ſuo iam mortuo: minus cum querebant oculi eius vbi eum videre ſolebant. ex quo accipi poteſt q̄ illa in quibus nobis amici mortui vel abſentes cōicauerunt efficiuntur nobis de eorum morte vel abſentia dolētibus oneroſa: ſed maxime cōicauerunt nobis i delectationibus: ergo ipe delectatiōes efficiūtur nobis dolētibus oneroſe: non ergo quelibet delectatio mitigat quālibet triſticiā. ¶ Sed cōtra eſt qđ phs dicit in. 8. ethicoꝝ. q̄ expellit delectatio triſticiam: ⁊ que contraria: ⁊ que contingens ſi ſit fortis. ¶ Rn. dō q̄ ſicut ex p̄dictis patet. delectatio eſt quedam quies appetitus in bono cōuenienti. triſticia aūt eſt ex eo q̄ repugnat appetitui: vnde ſicut ſe habet delectatio ad triſticiam in motibus appetitiuis ſic ſe habet in corpibus quies ad fatigationē que accidit ex aliqua trāſmutatiōe innaturali: nam ⁊ ipſa triſticia fatigationē quādaz ſeu egritudinē appetitiue virtutis īportat. Sicut igit quelibet quies corpis remediū affert contra quālibet fatigationē ex quacūq̄ cauſa inaturali puenientez: ita quelibet delectatio remediū affert ad mitigandū quamlibet triſticiam ex quocūq̄ procedat. ¶ Ad p̄mum ergo dicēdum. q̄ licet nō omis delectatio cōtrarietur omni triſticie fm ſpēm. cōtrariatur tamē fm genus. vt ſupra dictuz eſt: ⁊ iō ex pte diſpōnis ſubiecti quelibet triſticia per quālibet delectationē mitigari pōt. ¶ Ad ſcōz dō. q̄ delectationes maloꝝ non cauſant triſticiā in p̄ti ſed in futuro: inquantuz. ſ. mali penitent de malis de quibus leticiam habuerūt: ⁊ huic triſtitie ſubuenitur per cōtrarias delectationes. ¶ Ad tertium dō. q̄ quādo ſunt due cauſe ad cōtrarios motus inclinantes: vtraq̄ alterā impedit: ⁊ tamē illa finaliter vincit que fortior eſt ⁊ diuturnior. In eo aūt qui triſtatur de his in quibus ſimul cum amico mortuo vel abſente delectari cōſueuit: due cāe in cōtrarium inducentes inueniuntur. Maz mors vel abſentia amici recogitata inclinat ad doloreż bonum aūt p̄ns inclinat ad delectationē: vñ vtrū q̄z per alterum minuitur: ſed tamē q̄ fortius mouet ſenſus p̄ntis q̄ memoria preteriti: ⁊ maior ſui ipſius q̄ amor alteri⁹ diuturnius mouet: inde eſt q̄ finaliter delectatio triſticiaz expellit. Unde poteſt pauca ſubdit ibidem Aug. q̄ priſtinis generibus delectationū ccdebat dolor eius.

Ꝺ ſecundū ſic pro

ceditur. Videtur q̄ fletus nō mitiget triſticiam. Nullus enim effectus diminuit ſuam cām: ſed fletus vel genitus eſt effect⁹ triſtice: ergo non minuit triſticiam. ¶ Preterea ſicut fletus vel gemitus eſt effectus triſticie: ita riſus eſt effectus leticie: ſed riſus nō minuit leticiā: ꝫ fletus nō mitigat triſticiā. ¶ Preterea in fletu repreſentatur nobis malum contriſtans: ſed imaginatio rei contriſtantis auget triſticiā: ſicut imaginatio rei delectantis auget leticiam: ergo videt q̄ fletus nos mitiget triſticiā. ¶ Sed cōtra eſt q̄ auguſtinus dicit in. 4°. confeſ. q̄ quando dolebat de morte amici in ſolis gemitibus ⁊ lachrymis erat ei aliquātula requies. ¶ Rn̄deo dō. q̄ lachryme ⁊ gemitus naturaliter mitigant triſticiā: ⁊ hoc duplici rōne. Primo quidem quia omne nociuū interius clauſum magis affligit: qz magis multiplicatur intentio anime circa ipſum ſed quādo ad exteriora quodāmodo diſgregatur: ⁊ ſic interior dolor minuitur: ⁊ ꝓpter hoc quādo homes qui ſūt in triſticijs exterius ſuam triſticiaz manifeſtant: vel fletu aut gemitu vel etiam verbo mitigatur triſticia. Secūdo quia ſemper opatio conuenies homini fm diſpōnem in qua eſt ſibi eſt delectabilis. fletus aūt ⁊ gemitus ſunt quedam opationes conue

nientes tristato vel dolenti: ⁊ ideo efficiũtur ei delectabiles. Cum igitur omnis delectatio aliqualiter mitiget tristiciam vel dolorem vt dictum est: sequitur q̃ per planctum ⁊ gemitũ tristicia mitiget. ¶ Ad p̃mũ g̃ dð. q̃ ipsa habitudo cause ad effectum cõtrariatur habitudini contristantis ad cõtristatum. nam ois effectus est conueniens sue cause ⁊ per consequens est ei delectabilis. contristãs aũt contrariatur contristato: ⁊ ideo effectus tristicie habet contrariam habitudinẽ ad contristatum q̃ contristans ad ipsum: ⁊ ꝓpter hoc mitigatur tristicia per effectũ tristicie rõne cõtrarietatis predicte. ¶ Ad scõm dð. q̃ habitudo effectus ad causam est similis habitudini delectantis ad delectatum: q̃ vtrobiq̃ conuenientia inuenitur: omne autẽ simile auget suum simile: ⁊ ideo per risum ⁊ alios effectus leticie augetur leticia: nisi forte p accidens ꝓpter excessum. ¶ Ad tertiũ dð. q̃ imaginatio rei contristantis quantum est de se nata est augere tristiciam: sed ex hoc ipso q̃ homo imaginatur q̃ facit illud quod cõuenit sibi sm talem statum: consurgit inde quedam delectatio: ⁊ eadẽ rõne si alicui subrepat risus in statu in quo videt sibi esse lugendũ: ex hoc ipso dolet tanq̃ faciat id qð ñ cõuenit: vt Tulli⁹ dicit in. 3°. de tusculanis qõnib⁹

ℬ tertium sic ꝓo

ceditur. Videt q̃ dolor amici conpatientis non mitiget tristiciam. Cõtrariorum enim contrariꝝ sunt effectus: sed sicut augu. dicit. 8°. confes. Quãdo cum multis gaudet in singulis vberius est gaudium: q̃ feruere faciunt se ⁊ ⁊ inflamãtur ex alterutro. ergo pari ratione quãdo multi simul tristantur: videtur q̃ sit maior tristicia. ¶ Preterea hoc requirit amicitia vt amoris vicem quis rependat: vt aug. dicit. 4. confes. sꝫ amicus cõdolens dolet de dolore amici dolentis: ergo ipse dolor amici cõdolentis est causa amico ꝓius dolenti de ꝓꝓio malo alteri⁹ doloris: ⁊ sic duplicato dolore videt tristicia crescere. ¶ Preterea omne malũ amici est contristans sicut ⁊ malum ꝓꝓium. nam amicus est alter ipse: sed dolor est quoddam malum: ergo dolor amici cõdolẽtis auget tristiciã amico cui cõdoletur. ¶ Sed ꝓtra est q̃ phs dicit in. 9°. ethico. q̃ in tristicijs amic⁹ cõdolens cõsolatur. ¶ Rñ. dð. q̃ naturaliter amicus condolens in tristicijs est cõsolatiuus: cui⁹ duplicem rõnem tangit phs in. 9°. ethico. Quarũ ꝓima est: quia cuꝫ ad tristiciã pertineat aggraua re: habet rõnem cuiusdam oneris a qua alijs aggrauatus alleuiari conatur: cum ergo aliquis videt de sua tristicia alios contristatos fit ei quasi q̃dam imaginatio q̃ illud onus alij cuꝫ ipso ferant quasi conantes ad ipsum ab onere alleuiandu: ⁊ ideo leuius fert tristicie onus sicut etiã in portandis oneribus corpalibus contingit. Secũda rõ ⁊ melior est: quia per hoc q̃ amici contristant ei: ꝓcipit se ab eis amari: quod est delectabile: vt ꝰ dcm̃ est. vnde cum omnis delectatio mitiget tristiciam sicut ꝰ dictum est: sequitur q̃ amicus cõdolens tristiciã mitiget. ¶ Ad ꝓmũ g̃ dð. q̃ in vtroq̃ amicitia manifestatur. s. ⁊ q̃ congaudet gaudenti: ⁊ q̃ condolet dolenti: ⁊ ideo vtrũq̃ ratione causat reddit delectabile. ¶ Ad scõꝫ dð. q̃ ipe dolor amici sm se contristaret: sed consideratio cause eius q̃ est amor magis delectat. Et per hoc patet responsio ad tertium.

ℬ quartuꝫ sic ꝓo

ceditur. Videt q̃ contemplatio veritatis non mitiget dolorẽ. Dicitur enim Ecclesiastes. 2°. Qui addit sciam addit ⁊ dolorem ꝫ sed scientia ad contẽplationẽ veritatis ptinet: nõ ergo contemplatio veritatis mitigat dolorem. ¶ Preterea cõtemplatio veritatis ad intellectũ speculatiuũ pertinet: sed intellectus speculatiuus non mouet. vt dicitur in. 3°. de anima. cum igitur gaudium ⁊ dolor sint quidam motus animi: videtur q̃ contemplatio veritatis nihil faciat ad mitigationem doloris. ¶ Preterea remediũ egritudinis apponendum est vbi est egritudo: sed contemplatio veritatis est in intellectu: non ergo mitigat dolorem corpalem qui est in sensu. ¶ Sed contra est quod aug. dicit in ꝓmo soliloquio ꝫ. Videbatur si se ille mentibus nostris veritatis fulgor aperiret. aut non me sensurum fuisse illum dolorem: aut certe ꝓ nihilo tolleraturum. ¶ Rñ. dð. sicut supra dictum est: in contemplatione veritatis maxima delectatio consistit. omnis autem delectatio dolorem mitigat: vt supra dictum est: ⁊ ideo contemplatio veritatis mitigat tristiciam vel dolorẽ ⁊ tanto magis quanto perfectius aliquis est amator sapientie: ⁊ ideo homines ex contemplatione diuina ⁊ future beatitudinis in tribulatioĩb⁹ gaudent sm illud Jaco. ꝓmo. Omne gaudium existimate fratres mei cum in tẽtationes varias inciderit is. Et quod est amplius etiam inter corporis cruciatus huiusmodi gaudiuꝫ inuenitur: sicut Laburtius martyr cum nudatis plantis super ardẽtes prunas incederet dixit. Videtur mihi q̃ super roseos flores incedam in noie Jesu xpi. ¶ Ad ꝓmum ergo dð. q̃ qui addit scientiã addit dolorem ꝫ vel ꝓpter difficultatem ⁊ defectum inueniẽde veritatis: vel ꝓpter q̃ per scientiã homo cognoscit multa que voluntati cõtrariantur: ⁊ sic ex pte rerum cognitarum scientia dolorem causat: ex parte autem contemplationis veritatis delectationẽ ¶ Ad secũdũ dð. q̃ intellectus speculatiuus non mouet animũ ex parte rei speculate: mouet tamẽ animũ ex pte ipsius cõtemplationis que est quoddam bonum hominis ⁊ naturaliter delectabilis ¶ Ad tertiũ dð. q̃ in viribus anime fit redundantia ab iferiori ad superius: ⁊ sm hoc delectatio cõtemplationis que est in superiori parte redundat ad mitigandum etiam dolorem qui est in sensu.

ℬ quintum sic ꝓo

ceditur. Videtur q̃ somnus ⁊ balneum non mitigent tristiciaꝫ. Tristicia enim in anima consistit: sed somnus ⁊ balneũ ad

corpus ptinent: non ergo aliquid faciunt ad mitigationem triſticie. ¶ Preterea idem effectus nō videtur cauſari ex cōtrarijs cauſis: ſed huiuſmōi cum ſint corpalia repugnant contemplatiōi veritatis: que eſt cauſa mitigationis triſticie: vt dictum eſt: non ergo per huiuſmodi triſticia mitigatur. ¶ Preterea triſticia z dolor fm q ptinent ad corpus: in quadam trāſmutatione cordis conſiſtunt ſed huiuſmodi remedia magis vident ptinere ad exteriores ſenſus z membra q̄ ad interiorē cordis diſpōnez: nō ergo per huiuſmodi triſticia mitigatur. ¶ Sed ꝫ ē qđ aug. dicit. 9°. confeſ. Audieram balnei nomen inde dictum q̄ anxietatez pellat ex aio. Et infra. Bonmiui z euigilaui: z nō pua ex pte mitigatum inueni dolorē meum. Et inducit quod in hymno ambroſij dicitur q̄ quies artus ſolutos reddit laboris vſui: mentes q̄ feſſas alleuat: luctuſ q̄ ſoluit anxios. ¶ Rñ. dō. q̄ ſicut dictum eſt: triſticia fm ſuam ſpeciē repugnat vitali motioni corporis: z ideo illa que reformant naturā corpalem in debitum ſtatum vitalis motiōis: repugnant triſticie z ipſam mitigant. Per hoc etiā q̄ huiuſmodi remedijs reducitur natura ad debitū ſtatū: cātur ex his delectatio. hoc enī eſt quod delectationem facit: vt ſupra dictum eſt: vnde cum oīs delectatio triſticiam mitiget: per huiuſmodi remedia corpalia triſticia mitigatur. ¶ Ad p̄mū g̃ dō. q̄ ipſa debita corpis diſpoſitio inquātū ſentitur: delectationē cauſat: z p conſequēs triſticiā mitigat. ¶ Ad ſcōz dō. q̄ delectationū vna aliam impedit vt ſupra dictum eſt: z tamē omnis delectatio triſticiam mitigat: vnde non eſt incōueniens q̄ ex cauſis ſe inuicem impediētibus triſticia mitigetur ¶ Ad tertiū dō. q̄ omnis bona diſpoſitio corporis redūdat quodāmō ad cor ſicut ad p̄incipiuz z finem corpalium motionum: vt dicit in li. de cā motus animalium.

Queſtio. xxxix.

Einde cōſide

rādū eſt de bonitate z malicia doloris vel triſticie. Et circa hoc querūtur quattuor. Primo vtrum oīs triſticia ſit malum. Scōo vtruz poſſit eſſe bonum honeſtū Tertio vtrum poſſit eſſe bonū vtile. Quarto vtr̄ dolor corporis ſit ſummū malum.

B primum ſic pro

cedit. Videt q̄ omnis triſticia ſit mala. Dicit enī Grego. nicenus. Omnis triſticia malum eſt ſuiipſius natura. ſed quod naturaliter eſt malum ſemper z vbiq̄ eſt malum: ergo omnis triſticia eſt mala. ¶ Preterea illud qō omnes fugiunt etiam virtuoſi eſt malum: ſed triſticiam omnes fugiunt etiam virtuoſi: q: vt dicitur in. 7°. ethicor. Et ſi prudens nō intēdat delectari tamen intendit non triſtari: ergo triſticia eſt malū ¶ Preterea ſicut malū corporale eſt obiectum z cā doloris corporalis: ita maluz ſpūale eſt obm z cauſa triſticie ſpūalis: ſed omnis dolor corpalis ē malum corporis: ergo omnis triſticia ſpūalis eſt malum anime. ¶ Sed ꝫ triſticia de malo contrariatur delectationi de malo: ſed delectatio de malo eſt mala: vnde in deteſtationē quorundam dicitur ꝑuer. 2°. q̄ letantur cum male fecerint: ergo triſticia de malo eſt bona. ¶ Rñ. dō q̄ aliquid eē bonum vel malum pōt dici dupliciter. Uno mō ſimpliciter z fm ſe: z ſic omnis triſticia eſt quoddam malum. hoc enim ipſum quod eſt appetitum hominis anxiari. de malo pñti rōnem mali habz impedit enīz p hoc quies appetitus i bono. Alio mō dicitur aliquid bonum vel malum ex ſuppoſitiōe alterius: ſicut verecūdia dicitur eſſe bonū ex ſuppoſitione alicuius turpis cōmiſſi: vt dicitur in. 4. ethicor. Sic igitur ſuppoſito aliquo contriſtabili vel dolorioſo ad bonitatē ptinet q̄ aliquis ꝺ malo pñti triſtetur vel doleat: q̄ enim nō triſtaretur vel non doleret: nō poſſet eſſe niſi quia vel nō ſentiret: vel q: non reputaret ſibi repugnans: z vtrūq̄ iſtor eſt malum manifeſte: z ideo ad bonitatez ptinet vt ſuppoſita pñtia mali ſequat triſticia vel dolor: z hoc eſt quod aug. dicit. 8. ſuper Geñ. ad litteram. Adhuc eſt bonum qō dolet amiſſum bonum. nam niſi aliquod bonum remanſiſſet in natura: nullius boni amiſſi dolor eſſet in pena: ſed q̄ ſermones morales ſunt in ſingularibus quor̄ ſūt opationes: illud eſt ex ſuppoſitiōe bonū debet bonum iudicari: ſicut iudicari: ſicut quod eſt ex ſuppoſitione voluntariū iudicaī voluntarium: vt dicitur in. 3°. ethicor. z ſupra habitum eſt. ¶ Ad p̄mū g̃ dō. q̄ Greg. nicenus loquitur de triſticia ex pte mali triſtantis: non ex pte ſentientis z repudiantis malum. Et ex hac etiā pte oēs fugiunt triſticiam inquantum fugiunt malum: ſed ſenſum z refutationē mali non fugiunt. Et ſic dicendū etiā eſt de dolore corporali. nam ſenſus z recuſatio mali corpalis atteſtatur nature bōe. Unde patet reſpōſio ad ſecundum z ad tertium.

B ſecundū ſic pro

cedit. Videt q̄ triſticia non bēat rationez boni honeſti. Quod enim ad inferos deducit contrariatur honeſto: ſed ſicut dicit aug. i7. ſup Geñ. ad litterā. Jacob hoc timuiſſe videtur ne nimia triſticia ſic p turbaret: vt non ad requiem beatorr̄ iret: ſed ad inferos peccatorr̄ ergo triſticia non hz rōnē boni honeſti. ¶ Preterea bonū honeſtū habet rōnem laudabilis z meritorij: ſed triſticia diminuit rōnem laudis z meriti. Dicit enī Apl̄us. 2°. ad Corin. 9. Unuſquiſq̄ p ut deteſtinauit in corde ſuo non ex triſticia aut ex neceſſitate: ergo triſticia non eſt bonū honeſtum. ¶ Preterea ſicut augu. dicit. 14. de ci. dei. Triſticia eſt de his que nobis nolentib⁹ accidunt. ſed nō velle ea que pñtialiter fiunt eſt habere voluntatez repugnantez ordinationi diuine: cuius ꝓuidentie ſubiacent oīa que aguntr: ergo cum cōformitas humane voluntatis ad diuinā ptineat rectitudinem volūtatis. vt ſupra dictum eſt. videt q̄ triſticia cō

trariet rectitudini volūtatis: ⁊ sic nō habet rōnez honesti. Sz cōtra: oē qđ meret ꝑmiū vite eterne hēt rationez honesti. sed tristicia est huiusmōi: vt patet ꝑ id quod dicit Matth. 5°. Beati qui lugēt qm ipi ꝓsolabūt. g̃ tristicia ē bonū honestū. ¶ Rn̄ deo dō q̄ fz illā rōez q̄ tristicia ē bonū ꝑt eē bonū honestū. Dictū est. n. q̄ tristicia est bonū fz cognitionē ⁊ recusationē mali: q̄ ꝺdez duo ī dolore corporali attestāt bonitati nature: ex q̄ ꝓuenit q̄ sensus fugit: ⁊ natura refugit lesiuū qđ causat dolorē In iteriori vero tristicia cognitio mali qñq3 ꝺdē est ꝑ rectū iudiciū ratiōis: ⁊ recusatio mali ē ꝑ volūtatez bene dispositā detestātez malū: omne aūt bonū honestū ex his duob⁹ ꝓcedit. s. ex rectitudine rōnis ⁊ volūtatis: vñ manifestū est q̄ tristicia pōt habere rōnez boni honesti. ¶ Ad ꝑmū ergo dō q̄ oēs passiōes aīe regulari debēt fz regulā rationis: q̄ ē radix boni honesti: quā trāscendit īmoderata tristicia: de q̄ loquit Aug⁹. ⁊ ideo recedit a ratiōe honesti. ¶ Ad ſm dō. q̄ sic tristicia de malo ꝓcedit ex voluntate ⁊ ratione recta que detestatur malum: tristicia de bono ꝓcedit ex ratione ⁊ voluntate peruersa que detestatur bonū: ⁊ ido talis tristicia impedit laudē vel meritū boni honesti: sicut cū ꝺs facit cū tristicia elemosynā. ¶ Ad tertiū dō. q̄ aliqua ꝑsentialiter eueniūt q̄ nō fiunt deo volēte sed deo pmittēte: sic peccata vñ voluntas repugās peccato existenti. vel in se: vel i alio: nō discordat a volūtate dei. mala vero penalia ꝑsentialit cōtingūt etiā deo volēte: non tamē exigit ad rectitudiez voluntatis q̄ ea ſm se homo velit sed solū q̄ non cōtrariat ordini diuine iustitie: vt ꝫ dictum est.

ℬ tertium sic ꝓ\

ceditur. Uidetur q̄ tristicia nō possit eē bonū vtile. Dicit. n. Eccl'astes. 30. Multos occidit tristicia: ⁊ nō est vtilitas in illa. ¶ Preterea electio est de eo qđ est vtile ad finez aliquē: sed tristicia nō est eligibilis: quinimo idez sine tristicia q̄ cū tristicia est magis eligēdum: vt dicit i 3°. topicoꝝ: ergo tristicia nō est bonū vtile. ¶ Preterea ois res est ꝓpter suam opationē: vt dicitur in. 2°. de celo. sed tristicia impedit opationem. vt dicitur in. x°. ethicoꝝ. ergo tristicia nō hz rōnem boni vtilis. ¶ Sed cōtra sapiens non querit nisi vtilia. sed sicut dicitur Eccl'. 7°. Loz sapiētum vbi tristicia: ⁊ coz stultoꝝ vbi leticia. ergo tristicia est vtilis. ¶ Rn̄. dicēdū. q̄ ex malo pnti isurgit duplex appetitus motus. Unus quidē est quo appetitus cōtrariatur malo pnti: ⁊ ex ista ꝑte tristicia nō habet vtilitatē: q: id qđ est pns nō potest non esse pns. Secūdus motus consurgit in appetitu ad fugiendū ⁊ repellendū malū cōtristans: ⁊ quātū ad hoc tristicia habet vtilitatē si sit de aliq̄ quod est fugiendum. Est eni aliquid fugiendū dupliciter. Uno modo ꝓpter seipm ex cōtrarietate quā habet ad bonū: sicut peccatum: ⁊ ideo tristicia de peccato vtilis ē ad hoc q̄ homo fugiat peccatū: sicut Aplus dicit. 2°. ad Lozin. 7°. Gaudeo nō quia contristatis estis. sed q: cōtristati estis ad pniam. Alio modo est aliquid fugiendū: nō q: sit fm se malum: sed q: est occasio mali: dum vel hō nimis inheret ei per amoz̄: vel etiā ex hoc q̄ ꝑcipitatur in aliquod malū: sicut patet in bonis tempoz̄alibus: ⁊ fm hoc tristicia de bonis tpalib⁹ pōt esse vtilis. sicut dicitur Eccl'. 7. Melius est ire ad domū luctus q̄ ad domū cōuiuij. in illa enim finis cūctoꝝ ammouet hoium. Ideo aūt tristicia in oi fugiendo est vtilis: q: geminatur fugiendi cā: nam ipm malum fm se fugiendū est. ipsam aūt tristiciā fm se oēs fugiunt: sicut etiam bonū oēs appetunt ⁊ delectationē de bono. Sicut ergo delectatio de bono facit vt bonū auidius queratur: ita tristicia de malo facit vt malum vehementius fugiatur. ¶ Ad ꝑmum ergo dō q̄ auctoz̄itas illa intelligit de īmoderata tristicia que aīum absoꝛbet. huiusmodi aūt tristicia īmobilitat aīum: ⁊ impedit fugaz mali: vt supra dictū est. ¶ Ad scdz dicēdū q̄ sicut quodlibet eligibile fit minus eligibile ꝓpter tristiciam: ita quodlibet fugiendū redditur magis fugiendū ꝓpter tristiciā: ⁊ quantū ad hoc tristicia est vtilis. ¶ Ad tertiū dō. q̄ tristicia de opatione aliqua impedit opationez: sed tristicia de cessatione opationis facit auidius operari.

ℬ quartuz sic ꝓ

ceditur. Uidetur. q̄ tristicia sit sūmū malū. Optimo eni opponit pessimū vt dicitur in. 8. ethicoꝝ. sed quedam delectatio ē optimū: que. s. ptinet ad felicitatē: ergo aliqua tristicia est summū malum. ¶ Preterea btitudo est summū bonū hominis: q: est vltimus hois finis: sed btitudo consistit in hoc q̄ homo habeat q̄cq̄d velit: ⁊ nihil mali velit: vt supra dictuz est: ergo summū bonū hominis est impletio voluntatis ipsius sed tristicia consistit in hoc q̄ accidit aliquid contra voluntatē. vt patet per aug. i4. de ciuitate dei ergo tristicia est summū malū hois. ¶ Preterea aug. sic argumētat in primo soliloquioꝝ. Ex duabus partibus cōpositi sum⁹ ex aīa. s. ⁊ coꝛpe q̄ruz pars deterioz est coꝛpus. summū aūt bonū est melioris ptis optimū. summū aūt malū pessimū deterioris. est aūt optimū in animo sapientia: in coꝛpe pessimū doloz: summū igitur bonū hois est sapere: summū malū dolere. ¶ Sed contra culpa est magis malum q̄ pena: vt in primo habitum est: sz tristicia seu doloz pertinet ad penaz peccati: sicut frui rebus mutabilibus est maluz culpe. Dicit eni aug. in li. de vera reli. Quis est doloz qui dicit animi: nisi carere mutabilibus rebus: quibus frueba tur aut frui se posse sperauerat: ⁊ hoc est totuz qđ dicitur malum. i. peccatū ⁊ pena peccati: ergo tristicia seu doloz non est summū malum hominis. ¶ Rn̄. dō q̄ impossibile est aliquā tristiciā seu dolorem esse summū hominis malum. Omnis enim tristicia seu doloz aut est de hoc quod est vere malum: aut est de aliquo apparenti malo qđ est vere bonum. doloz aūt seu tristicia que est de vere malo non potest esse summū malum. est eni aliqd eo

peius.ſ. vel non iudicare eſſe malum illud qđ vere eſt malum: vel etiaz non refutare illud: triſticia aũt vel doloz qui eſt de apparenti malo qđ eſt vere bonum nõ põt eſſe ſummũ malum: qz peius cẽt omnino alienari a vero bono: vnde impoſſibile ẽ q̃ aliqua triſticia vel doloz ſit ſummũ hoĩs malũ. ¶ Ad p̃mũ ergo dđ. q̃ duo bona ſunt cõia ⁊ delectationi ⁊ triſticie. ſ. iudiciuz verũ de bono ⁊ malo: ⁊ ordo debitus voluntatis approbãtis bonuz ⁊ recuſantis malũ. Et ſic patet q̃ in doloze vel triſticia eſt aliquod bonũ: per cuius p̃uationez põt fieri deteriuſ: ſed nõ in oi delectatione eſt aliquod malum: per cuius remotionẽ poſſit fieri meliꝰ: vñ delectatio aliqua põt eſſe ſummũ hoĩs bonuz: eo modo quo ſupza dictum eſt. triſticia aũt non põt eẽ ſummũ hoĩs malũ. ¶ Ad ſcđz dđ. q̃ hoc ipm qđ eſt voluntatẽ repugnare malo: eſt quoddã bonũ: ⁊ ꝓpter hoc triſticia vel doloz nõ põt eſſe ſummum malum, quia habet aliquam permixtionez boni. ¶ Ad tertiuz dicendũ. q̃ peius eſt qđ nocet meliozi q̃ qđ nocet peiozi. malũ aũt dicit quia nocet: vt dicit aug. in Ench. vnde maius malũ eſt qđ eſt malũ aie q̃ qđ eſt malũ corpis: vnde nõ eſt efficax ratio quã aug. inducit: non ex ſenſu ſuo: ſz ex ſenſu alterius. Queſtio. xl.

Onſequẽter

conſiderãdũ eſt de paſſionibus iraſcibilis. Et primo đ ſpe ⁊ deſperatione. Secundo đ timoze ⁊ audacia. Tertio de ira. Circa primũ querũtur octo. Primo vtrum ſpes ſit idem qđ deſideriũ vel cupiditas. Secũdo vtr̃ ſpes ſit in vi apꝓhenſiua vel in vi appetitiua Tertio vtr̃ ſpes ſit in bꝛutis aialibꝰ. Quarto vtr̃ ſpei cõtrarietur deſperatio. Quinto vtr̃ cã ſpei ſit experiẽtia. Sexto vtr̃ in iuuenibus ⁊ ebrioſis ſpes abundet. Septimo de ordine ſpei ad amorẽ Octauo vtr̃ ſpes conferat ad operationem.

Ꝺ primum ſic ꝓ

ceditur. Videt q̃ ſpes ſit idem qđ deſideriũ ſiue cupiditas. ſpes enĩ punit vna quattuor p̃ncipaliũ paſſionũ: ſed aug. enumerans q̃ttuor p̃ncipales paſſiones: ponit cupiditatẽ loco ſpei: vt pz in. 14°. de ci. dei. g̃ ſpes eſt idẽ qđ cupiditas ſiue deſideriũ. ¶ Preterea paſſiones differunt fm obiecta: ſed idẽ eſt obiectũ ſpei ⁊ cupiditatis ſiue deſideriꝫ. ſ. bonũ futurũ: ergo ſpes ẽ idem qđ cupiditas ſiue deſideriuz. ¶ Si dicatur q̃ ſpes addit ſupza deſideriũ poſſibilitatez adipiſcendi bonũ futurum contra id qđ per accidẽs ſe habet ad obiectũ nõ variat ſpẽm paſſionis: ſz poſſibile ſe habet per accidẽs ad bonũ futurũ: qđ eſt obiectũ cupiditatis vel deſiderꝫ ⁊ ſpei. g̃ ſpes nõ eſt paſſio ſpem differens a deſiderio vel cupiditate. ¶ Sed contra diuerſaꝝ potẽtiaꝝ ſunt diuerſe paſſiones ſpecie differẽtes: ſed ſpes eſt in iraſcibili. deſiderium aũt ⁊ cupiditas in cõcupiſcibili: ergo ſpes differt ſpecie a deſiderio ⁊ cupiditate. ¶ Rñ. dđ. q̃ ſpecies paſſionis ex obiecto conſideratur: circa obiectum aũt ſpei quattuor cõditiões attenduñ. Primo quidẽ q̃ ſit bonũ. non enim ꝓprie loquendo eſt ſpes niſi de bono: ⁊ per hoc differt ſpes a timoze qui eſt de malo. Secundo vt ſit futuruz. non enim ſpes eſt de p̃ñti iam habito: ⁊ p hoc differt ſpes a gaudio quod eſt de bono p̃ñti. Tertio requirit q̃ ſit aliquid arduũ cum difficultate adipiſcibile: non enim aliquis dicit aliquid ſperare minimũ qđ ſtatim eſt in ſua ptãte vt hẽat ⁊ p hoc differt ſpes a deſiderio vel cupiditate: que eſt de bono futuro abſolute: vnde ptinet ad concupiſcibilẽ: ſpes aũt ad iraſcibilez. Quarto q̃ illud iarduũ ſit poſſibile adipiſci. non enĩ aliquis ſperat id quod oĩno adipiſci non poteſt: ⁊ fm hoc differt ſpes a deſperatione. Sic ergo patet q̃ ſpes differt a deſiderio ſicut differunt paſſiones iraſcibilis a paſſionibus cõcupiſcibilis: ⁊ ꝓpter hoc ſpes p̃ ſupponit deſideriũ ſicut ⁊ omnes paſſiones iraſcibilis p̃ſupponũt paſſiones cõcupiſcibilis vt ſupza dictum eſt. ¶ Ad p̃mũ g̃ đ. q̃ aug. ponit cupiditatem loco ſpei: ꝓpter hoc q̃ vtrũq; reſpicit bonũ futurum. Et qz bonũ quod non eſt arduum quaſi nihil reputat vt ſic cupiditas maxime videatur tendere in bonum arduum: in quod etiam tẽdit ſpes. ¶ Ad ſcđz dđ. q̃ obiectum ſpei non eſt bonum futurum abſolute ſed cũ arduitate ⁊ difficultate adipiſcendi: vt dictuz eſt. ¶ Ad tertiũ dđ q̃ obiectum ſpei non addit poſſibilitatẽ ſuper obiectum deſiderꝫ: ſed etiã arduitatẽ: que ad aliam potentiam facit ſpem pertinere. ſ. ad iraſcibilem: que reſpicit arduum: vt in primo dictum eſt. poſſibile aũt ⁊ impoſſibile non oĩno per accidẽs ſe habet ad obiectum appetitiue virtutis. Nam appetitus eſt p̃ncipiũ motionis. nihil aũt mouetur ad liquid niſi ſub ratione poſſibilis. nullus enĩ mouetur ad id quod eſtimat impoſſibile adipiſci: ⁊ ꝓpter hoc ſpes differt a deſperatione fm differẽtiã poſſibilis ⁊ impoſſibilis.

Ꝺ ſecundũ ſic ꝓ

cedit. Videt q̃ ſpes pertineat ad viz cognitiuam. Spes enim videtur eſſe expectatio quedam. dicit enĩ Apl's Ro. 8°. Si autem quod non videmus ſperamus: per pacientiã expectam⁹. ſed expectatio videtur ad vim cognitiuaz ptinere: cuius eſt expectare: ergo ſpes ad cognitiuam pertinet. ¶ Preterea idem eſt vt videt ſpes q̃ fiducia: vnde ⁊ ſperantes confidentes vocamus: quaſi pro eodem vtentes eo quod eſt confidere ⁊ ſperare: ſed fiducia ſicut ⁊ fides videt ad vim cognitiuam pertinere: ergo ⁊ ſpes. ¶ Preterea certitudo eſt ꝓprietas cognitiue virtutis: ſed certitudo attribuitur ſpei: ergo ſpes ad viz cognitiuam pertinet. ¶ Sed cõtra ſpes eſt de bono: ſicut dictum eſt. bonum autẽ inquantũ huiuſmodi non eſt obiectum cognitiue: ſed appetitiue virtutis: ergo ſpes non pertinet ad cognitiuam: ſed ad appetitiuam virtutem. ¶ Rñdeo dđ q̃ cum ſpes

importet extensionē quandaz appetitus in q̄dā bonum manifeste pertinet ad appetitiuam virtutem. motus enim ad res pertinet ꝓprie ad appetitum: actio vero virtutis cognitiue perficitur non scōm motum cognoscentis ad res: sed potius ſm q̄ res cognite sunt in cognoscēte. Sed q̄ vis cognitiua mouet appetitiuam repñtando ei suum obiectum: ſm diuersas rationes obiecti apprehēsi sub sequuntur diuersi motus in vi appetitiua. Alius enim motus sequitur in appetitu ex apprehensione boni: ⁊ alius ex apprehēsione mali: ⁊ similiter alius motus ex apprehensione presentis ⁊ futuri: absoluti ⁊ ardui: possibilis ⁊ impossibilis: ⁊ ſm hoc spes est motus appetitiue virtutis consequens apprehensionem boni futuri ardui possibilis adipiscī. s. extensio appetitus in huiusmodi obiectum. ¶ Ad ꝑmū g̃ dō. q̄ quia spes respicit ad bonuz possibile: insurgit dupliciter homini motus spei: sicut dupliciter est ei aliquid possibile. s. secūdum propriam virtutem: ⁊ ſm virtutem alterius. Dō ergo aliquis sperat per propriam virtutem adipiscī non dicitur expectare sed sperare tantum: sed proprie dicitur expectare quod sperat ex auxilio virtutis alienc: vt dicatur expectare quasi ex alio spectare: inquantuz scilicet vis apprehensiua precedens non solum respicit ad bonum quod intendit adipiscī: sed etiam ad illud cuius virtute adipiscī sperat ſm illud Eccl. 5i. Respiciens eram ad adiutorium hominum. Motus ergo spei quādoq̄ dicitur expectatio propter inspectionē virtutis cognitiue precedentem. ¶ Ad scōm dō. q̄ illud quod homo desiderat ⁊ estimat se posse adipiscī credit se adepturum: ⁊ ex tali fide incognitiua p̄cedente: motus sequens in appetitu fiducia nominatur. denominatur enim motus appetitiuꝰ a cognitione precedente: sicut effectus ex causa magis nota. magis enim cognoscit vis apprehensiua suum actum q̄ actuz appetitiue. ¶ Ad tertiū dicēduz q̄ certitudo attribuitur motui: non solum appetitus sensitiui: sed etiaz appetitus naturalis: sicut dicitur q̄ lapis certitudinaliter tendit deorsū: ⁊ hoc propter infallibilitatē quam habet ex certitudine cognitionis: que precedit motum appetitus sensitiui vel etiam naturalis.

ℬ tertium sic procedit.

Videt. q̄ in brutis animalibus non sit spes. Spes enim est de futuro bono. vt Damas. dicit. sed cognoscere futura non pertinet ad animalia bruta que habent solum cognitionem sensitiuam: que non est futurorum: ergo spes nō est in brutis animalibus. ¶ Preterea obiectum spei est bonum possibile adipiscī: sz possibile ⁊ impossibile sunt quedam differentie veri ⁊ falsi: que soluz sunt in mentę: vt phus dicit in. 6° metaphisice: ergo spes non est in brutis animalibꝰ in quibus non est mens. ¶ Preterea aug. dicit super Gen. ad litteram. q̄ animalia mouentur visis sed spes non est de eo quod videtur: naz quod videt quis: quid sperat vt dicitur Ro. 8°. ergo spes non est in brutis animalibus. ¶ Sed ꝑtra spes est passio irascibilis: sed in brutis animalibus est irascibilis: ergo ⁊ spes. ¶ Respōdeo dō. q̄ iteriores passiones animalium ex exterioribus motibꝰ deprehendi possunt: ex quibus apparet q̄ in animalibus brutis est spes. Si enim canis videat leporem: aut ancipiter aucm nimis distantem: nō mouetur ad ipsam: quasi non sperans se eā posse adipiscī: si autez sit in propinquo: mouetur quasi sub spe adipiscendi. Ut enim supra dictum est. appetitus sensitiuus brutorum animalium: ⁊ etiam appetitus naturalis rerum insensibilium: sequuntur apprehensionem alicuius intellectus: sicut ⁊ appetitus nature intellectiue qui dicitur voluntas: sed in hoc est differentia q̄ voluntas mouetur ex apprehensione intellectus coniuncti: sed motus appetitus naturalis sequitur apprehensionem intellectus separati qui naturam instituit. Et similiter appetitus sensitiuus brutorum animaliū: que etiam quodam instinctu naturali agunt: vnde in operibus brutorum animalium ⁊ aliarum rerum naturaliuz apparet similis processus sicut ⁊ in artis operibus: ⁊ per hunc modum in animalibus brutis est spes ⁊ desperatio. ¶ Ad primum ergo dicendum q̄ quāuis bruta animalia non cognoscant futurum: tamen ex instinctu naturali mouetur animal ad aliquid in futurum ac si futurū preuideret. huiusmodi enim instinctus est eis inditus ab intellectu diuino prouidente futura. ¶ Ad secundū dicendum. q̄ obiectum spei non est possibile prout est quedam differentia veri. sic enim consequitur habitudinem predicati ad subiectuz: sed obiectum spei est possibile quod dicitur secundū aliquam potentiam. sic enim distinguitur possibile in 5°. metaphisice. scilicet in duo possibilia predicta. ¶ Ad tertiū dō. q̄ licet id quod est futuruz non cadat sub visu: tamē ex his que videt animal in presenti: mouetur eius appetitus in aliquod futurum: vel prosequendum vel vitandum.

ℬ quartuz sic procedit.

Videtur. q̄ desperatio non sit contraria spei. Uni enim vnuz est contrariuz: vt dicitur in. x°. metaphisice: sed spei contrariatur timor: non ergo contrariatur ei desperatio. ¶ Preterea cōtraria videntur esse circa idem: sed spes ⁊ desperatio non sunt circa idez nam spes respicit bonum. desperatio autem est ꝓpter aliquod malum impeditiuz adeptionis boni: ergo spes non contrariat desperationi. ¶ Preterea motui non cōtrariatur motus: quies vero opponitur motui: vt priuatio: sed desperatio magis videtur importare immobilitatem q̄ motum: ergo non contrariatur spei: que importat motuz extensionis in bonum speratum. ¶ Sed contra est q̄ desperatio nominatur ꝑ contrariū spei. ¶ Rñ. dicendum q̄ sicut supra dictum est: in mutationi-

bus inuenitur duplex contrarietas. Una secūduz accessum ad contrarios terminos: z talis cōtra rietas sola inuenitur in passionibus concupiscibi lis: sicut amor z odium contrariantur. Alio mo do per accessum z per recessum respectu eiusdem termini z talis contrarietas inuenitur in passioni bus irascibilis: sicut supra dictum est. Obiectum autem spei quod est bonum arduum habet quidē rationem attractiui: prout consideratur cum pos sibilitate adipiscendi: z sic tendit in ipsum spes q̄ importat quendam accessum: sed scōm q̄ conside ratur cum ipossibilitate obtinendi: habet rationē repulsiui: quia ut dicitur in tertio ethicozum: cum ventum fuerit ad aliquid impossibile tunc homi nes discedunt: z sic respicit hoc obiectum despe ratio: vnde importat motum cuiusdam recessus: z propter hoc contrariatur spei: sicut recessus ac cessui. ¶ Ad primū ergo dicendum q̄ timor con trariatur spei scōm contrarietatem obiectozum: scilicet boni z mali: hec enim contrarietas inueni tur in passionibus irascibilis fm q̄ deriuantur a passionibus concupiscibilis: sed desperatio cōtra riatur ei solum fm contrarietatem accessus z re cessus. ¶ Ad secundū dicendū q̄ desperatio non respicit malum sub ratione mali: sed per accidens quandoq̄ respicit malum: inquantum facit impos sibilitatem adipiscendi: potest autem esse despera tio ex solo superexcessu boni. ¶ Ad tertiū dicen duz q̄ desperatio non importat solam priuationē spei: sed importat quendam recessum a re deside rata propter estimatam impossibilitatem adipi scendi: vnde desperatio presupponit desiderium sicut z spes: de eo enim quod sub desiderio nostro non cadit: neq̄ spem: neq̄ desperationez habem⁹ z propter hoc etiam vtrumq̄ eozum est de bono quod sub desiderio cadit.

D quantum sic pro ceditur. Videtur q̄ experientia nō sit causa spei. Experiētia enim ad viz co gnitiuā pertinet: vñ phs dicit in .2°. ethicoz: q̄ vir tus intellectualis indiget experimento z tpe: spes aūt nō est in vi cognitiua: sed in appetitiua ut dcm̄ est: ergo experiētia nō est causa spei. ¶ Preterea phs dicit i .2°. rhetoricoz: q̄ senes sūt difficilis spei ppter experientiā: ex quo videt q̄ experientia sit cā defectus spei: sed nō est idē causa oppositoz: ḡ experiētia nō est cā spei. ¶ Preterea phs dicit in 2°. de celo. q̄ de omnib⁹ enūciare aliquid z nihil p̄ termittere: quādoq̄ est signū stulticie: sed q̄ hō tē tet oia: ad magnitudinē spei ptinere videtur: stulti cia autē puenit ex inexperiētia: ḡ inexperiētia vi detur esse magis cā spei q̄ experiētia. ¶ Sed ꝫ ē qō phs dicit in .3°. ethicoz: q̄ aliq̄ sunt bone spei p pter multoties z multos vicisse: qō ad experiētiā pertinet: ergo experiētia est cā spei. ¶ Respōdeo dicendū q̄ sicut supra dictū est spei obiectū est bo num futurū arduū possibile adipisci: potest ergo a liquid esse causa spei: vel quia facit homini aliq̄d esse possibile: uel quia facit eum existimare aliquid esse possibile. Primo modo est causa spei omne il lud quod auget potestatem hominis sicut diuitie z fortitudo: z inter cetera etiā experientia: nam p experientiā homo acquirit facultatē aliquid de fa cili faciendi: z ex hoc sequitur spes. vnde vegeti⁹ dicit in lib° de remilitari: Nemo facere metuit qō se bene didicisse cōsidit. Alio modo est causa spei: omne illud quod facit alicui existimationez q̄ ali quid sit sibi possibile: z hoc modo z doctrina z p suasio quelibet potest esse causa spei: z sic etiaz ex perientia est causa spei: inquantū. s. per experien tiam fit homini existimatio q̄ aliquid sit sibi possi bile quod impossibile ante experientiā reputabat sed per hunc modū experientia potest esse causa defectus spei: quia sicut per experientiā fit homi ni existimatio q̄ aliquid sibi sit possibile quod re putabat impossibile: ita econuerso per experien tiam fit homini existimatio q̄ aliquid non sit sibi possibile quod possibile existimabat. Sic ergo ex perientia est causa spei duobus modis: causa autē defectus spei vno modo: z ppter hoc magis dice re possumus eam esse causam spei. ¶ Ad primū ḡ dicendū q̄ experientia in operabilibus non soluz causat scientiam: sed etiam causat quendā habitū propter consuetudinē qui facit operationē facilio rem: sed z ipsa virtus intellectualis facit ad pote statem facile operandi: demonstrat etiam aliquid esse possibile: z sic causat spem. ¶ Ad secundū di cendū q̄ in senibus est defectus spei ppter experi entiam: inquantū experientia facit existimationē impossibilis. Unde ibidem subditur: q̄ eis multa eueniunt in deterius. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ stul ticia z inexperientia possunt esse causa spei quasi per accidens: remouēdo. s. scientiā: propter quam vere existimatur aliquid esse nō possibile: vnde ea ratione inexperientia est causa spei que experien tia est causa defectus spei.

D sextum sic proce ditur. Videtur q̄ iuuentus z ebrietas non sint causa spei. Spes enim importat quandam certitudinem z firmitatez. Unde ad hebr. 6° Spes comparatur anchore: sed iuuenes z ebrij deficiunt a firmitate: habent enim animum de facili mutabilem: ergo iuuentus z ebrietas non est causa spei. ¶ Preterea ea que augent potesta tem maxime sunt causa spei: ut supra dictum est: sed iuuentus z ebrietas quandam infirmitatez ha bent adiunctam: ergo non sunt causa spei. ¶ Pre terea experientia est causa spei: ut dictū est: sed iu uenibus experientia deficit: ergo iuuentus non est causa spei. ¶ Sed cōtra est quod phs dicit in .3°. ethicoz. q̄ inebriati sunt bñ sperātes. z in .2°. rheto ricoz dicit q̄ iuuenes sūt bone spei. ¶ Respōdeo dō q̄ iuuētus est cā spei ppter tria: ut philosoph⁹ dicit in .2°. rhetoricoz: z hec tria possent accipi fm

tres ꝓditiones boni: quod est obiectū spei: qđ ē futurū ⁊ arduū ⁊ possibile: ut dictū est. Juuenes enī multū habēt de futuro ⁊ paꝝ de ꝓterito: ⁊ ideo q3 memoria est ꝓteriti: spes autē futuri: paꝝ habēt de memoria sed multū viuūt in spe. Juuenes etiā ꝓpter caliditatē nature habēt multos spiritus: ⁊ ita in eis cor ampliatur: ex amplitudine aūt cordis est q̄ aliquis ad ardua tendat: ⁊ ideo iuuenes sunt animosi ⁊ bone spei. Similiter etiā illi qui nō sunt passi repulsaz: nec experti impedimēta i suis conatibus: de facili reputāt aliquid sibi possibile: vnde ⁊ iuuenes ꝓpter inexperientiā impedimē torum ⁊ defectuz de facili reputāt aliquid sibi possibile: ⁊ ideo sunt bone spei. Duo etiam istoꝝ sunt in ebrijs. s. caliditas: ⁊ multiplicatio spirituum ꝓpter vinum. Et iterum incōsideratio periculoruz vel defectuū. Et ꝓpter eandē rationē etiā omnes stulti ⁊ deliberatione nō vtētes: oia tentāt ⁊ sunt bone spei. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ in iuuenibus ⁊ in ebrijs licet nō sit firmitas fm rei veritatē est tamē in eis fm eoꝝ estimationē: reputant enī se firmiter assecuturos illud quod sperāt. Et similiter dicendū ad secundū q̄ iuuenes ⁊ ebrij habēt quidem infirmitatē fm rei veritatē: sed fm eorum existimationē habēt potestatē: quia suos defectus nō cognoscūt. ¶ Ad tertiū dicenduz q̄ nō solum experiētia: sed etiā inexperientia est quodāmodo causa spei: ut dictū est.

❡ septimū sic ꝓ

ceditur. Videt q̄ spes non sit cā amoris: quia fm aug. 14° ❡ ciui. dei. prima affectionū aie est amor: sed spes est quedā affectio anime: amor ergo p̄cedit spem: nō ergo spes causat amorē. ¶ Preterea desideriū p̄cedit spem: sz desideriū causat ex amore: ut dictū est: ergo etiaz spes sequit amorē nō g̃ causat ipsum. ¶ Preterea spes causat delectationē: ut. ꝫ. dictū est: sz delectatio nō est nisi de bono amato: g̃ amor p̄cedit spez. ¶ Sed ꝫ est qđ dicit matth. ꝑmo sup illud. Abra hā genuit isaac. isaac aūt genuit iacob. i. fides spem: spes charitatē: charitas aūt est amor: g̃ amor causat a spe. ¶ Respōdeo dicendū q̄ spes duo respicere pōt. Respicit enim sicut obiectū bonum speratū: sz q3 bonū speratū est arduū possibile: aliqñ aūt fit aliquod arduū possibile nobis: non per nos sed per alios: ideo spes etiā respicit illud per quod fit nobis aliquid possibile. Inq̄tuz igit spes respicit bonum speratū: spes ex amore causatur: non enī est spes nisi de bono desiderato ⁊ amato: inq̄tum vero spes respicit illum per quē fit aliquid nobis possibile: sic amor causat ex spe: ⁊ non ecōuerso. Ex hoc enim q̄ per aliquē speramus nobis posse ꝓuenire bona: mouemur in ipsum sicut in bonum nostrum: ⁊ sic incipimus ipsum amare: ex hoc autem q̄ amamus aliquez: non speramus de eo nisi per accidens: inquantū scilicet credim⁹ nos reamari ab ipso: vñ amari ab aliquo facit nos sperare de eo: sz amor ei⁹ causat ex spe quaz de eo habem⁹. Et p̄ hoc patet responsio ad obiecta.

❡ octauuz sic pro

cedit. Videtur q̄ spes nō adiuuet operationē sed magis impediat. Ad spez enim securitas ptinet. sed securitas parit negligentiam que impedit operationez: ergo spes impedit operationē. ¶ Preterea tristicia impedit operationē: ut. ꝫ. dictū est: sed spes quandoq3 causat tristiciā. Dicitur enīz ꝓuerb. 14° Spes que differtur affligit aiam. g̃ spes impedit operationē. ¶ Preterea desperatio cōtrariat spei ut dictū est: sed desperatio maxime in rebus bellicis adiuuat operationem. dicitur enim. 2. reg. 12° q̄ periculosa res est desperatio: ergo spes facit contrariū effectū impediendo. s. operationē. ¶ Sed contra est quod dicitur. j. ad cor. 9° q̄ qui arat debet arare in spe fructus percipiēdi: ⁊ eadem ratio est in omnib⁹ aliꝭs. ¶ Respondeo dicendū q̄ spes per se habet q̄ adiuuet operationē intēdendo ipsam: ⁊ hoc ex duobus. ꝑmo quidē ex ratione sui obiecti quod est bonum arduū possibile: existimatio enīz ardui excitat attentionē: existimatio vero possibilis nō retardat conatū: vnde sequit q̄ homo intente operetur ꝓpter spem. Secūdo vero ex ratione sui effectus: spes enim ut supra dictū est causat delectationem que adiuuat operationē: ut. ꝫ. dictū est. vnde spes operationē adiuuat. ¶ Ad primū ergo dicēdū q̄ spes respicit bonum consequendū: securitas autē respicit malū vitandū: vnde securitas magis videtur opponi timori q̄ ad spem pertinere: ⁊ tamen securitas nō causat negligentiā nisi inq̄tū diminuit existimationē arduī: in quo etiaz diminuit ratio spei. Illa enim in quib⁹ homo nullū impedimentuz timet: q̄si iā non reputātur ardua. ¶ Ad secundum dicendum q̄ spes per se causat delectationem: sed per accidens est ut causet tristiciaz: ut supra dictum est. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ desperatio in bello fit periculosa ꝓpter aliquā spem adiunctam. Illi enim qui desperant de fuga debilitātur in fugiendo: sed sperant mortem suam vindicare: ⁊ ideo ex hac spe acrius pugnant: vnde periculosi hostibus fiunt.

Questio. xlj.

❡ nsequenter

considerandū est ꝑmo de timore: ⁊ scō de audacia. Circa timorē considerāda sunt quattuor. ꝑmo de ipso timore. Secūdo de obiecto ei⁹. Tertio ō causa ipsius. Quarto de effectu. Circa primū querunt quattuor. ꝑmo vtrum timor sit passio anime. Secūdo vtrum sit specialis passio. Tertio vtꝝ sit aliquis timor naturalis. Quarto de speciebus timoris.

❡ primum sic pro

cedit. Videt q̄ timor nō sit passio aie Dicit enī damas. in li° 3°. q̄ timor ēvirtus fm sistolē. i. ꝓtractionē essentie desideratiua: sz nulla virt⁹ est passio: ut ꝓbat in 2° ethicoꝝ: g̃ timor

non est passio. ¶ Preterea omnis passio est effectus ex presentia agentis prouenies: sed timor nō est de aliquo presenti sed de futuro: ut damasce. dicit i. 2° libro: ergo timor nō est passio. ¶ Preterea omnis passio aie est motus appetitus sensitiui qui sequitur apprehensionē sensus: sensus autem non est apprehensiuus futuri sed presentis: cuius ergo timor sit de malo futuro: videtur q̄ nō sit passio anime. ¶ Sed ꝯ est q̄ augustin⁹ in. 14° de ci. dei enumerat timores inter alias aie passiones. ¶ Respō deo dicendū q̄ inter ceteros anime motus post tristiciam timor magis rationē obtinet passionis. vt enim supra dictū est: ad rationē passionis primo q̄dem ptinet q̄ sit motus passiue virtutis: ad quam scilicet cōparetur suum obiectū per modū actiui mouētis: eo q̄ passio est effectus agentis: & p hunc modū etiam sentire & intelligere dicunt pati. Secūdo magis ꝓprie dicitur passio motus appetitiue virtutis habētis organū corporale: qui fit cum aliqua trāsmutatione corporali. Et adhuc ꝓprius sūme illi motus passiones dicūtur qui importāt aliquod nocumentū. ¶ Manifestū est aūt q̄ timor cuius sit de malo ad appetitiuā potentiā pertinet: que p se respicit bonū & malū: pertinet autē ad appetitū sensitiuū: fit enim cum quadā transmutatione. s. cū contractione: ut damas. dicit. & importat etiaz habitudinē ad malum: fm q̄ maluz habet quodāmodo victoriā super aliq̄d bonū. vnde verissime sibi cōpetit ratio passionis: tamē post tristiciā que est de p̄senti malo nam timor est de malo futuro: qđ nō ita mouēs sicut p̄sens. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ virtus nominat quoddā principiū actionis: & iō in q̄ tū interiores motⁱ appetitiue virtutis sūt principia exteriorum actuū dicūtur virtutes: phūs autem negat passionē esse virtutē que est habitus. ¶ Ad secundū dicenduz q̄ sicut passio corporis naturalis ꝓuenit ex corporali p̄sentia agentis: ita passio aie ꝓuenit ex aiali p̄sentia agētis absq̄ presentia corporali uel reali in q̄ tū. s. malū qđ est futurū realiter est pñs fm apphensionē aie. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ sensus nō apphēdit futurū: sz ex eo q̄ apprehendit p̄sens aial naturali instinctu mouetur ad sperandum futurū bonū: uel timendū futurum malum.

ℬ secundū sic ꝓceditur.

Videtur q̄ timor nō sit specialis passio. Dicit enim aug. in li° 83. q q̄ quē nō examinat metus: neq̄ cupiditas cuius vastat: nec egritudo. i. tristicia eū macerat: nec ventilat gestiens & vana leticia. ex quo videt q̄ remoto timore oēs alie passiones remouent: nō ergo passio est specialis sed generalis. ¶ Preterea phūs dicit in. 6° ethicoꝝ: q̄ ita se habet in appetitu ꝓsecutio & fuga sicut in intellectu affirmatio & negatio: sed negatio nō est aliquid speciale in intellectu sicut nec affirmatio: sed aliquid cōmune ad multa ergo nec fuga in appetitu: sed nihil est aliud timor q̄ fuga quedā mali: ergo timor specialis nō ē passio specialis. ¶ Preterea si timor esset passio specialis: ꝑcipue in irascibili esset: est aūt timor etiam in cōcupiscibili. Dicit enim phūs in. 2° rhetoricoꝝ: q̄ timor ē tristicia quedā. Et damas. dicit q̄ timor est virtus desideratiua. tristicia autē & desideriuz sunt in ꝓcupiscibili: ut. s. dictū ē: nō est g̃ passio specialis cū ptineat ad diuersas potētias. ¶ Sed ꝯ ē q̄ cōdiuidit alias passionib⁹ aie: ut patet p damas. in. 2° li°. ¶ Rñdeo dd q̄ passiones aie recipiūt spēm ex obiectis: vñ spālis passio est q̄ hz spāle obiectū: timor aūt hz spāle obiectū sic & spes. Sicut enī obiectū spei est bonū futuruz arduū possibile adipisci ita obiectū timoris est malū futuꝝ difficile cui resisti nō pōt. vñ timor est specialis passio aie. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ oēs passiones aie deriuantur ex vno ꝓncipio. s. ex amore: in quo habent ad inuicē cōnexionē: & rone huⁱ⁹ cōnexionis remoto timore remouent alie passiones aie: nō ideo q̄ sit passio generalis. ¶ Ad secundū dicendū q̄ nō oīs fuga appetitus est timor: sed fuga ab aliquo speciali obiecto: ut dictū est: & ideo licet fuga sit quoddam generale: tñ timor ē passio spālis. ¶ Ad tertiuz dicendū q̄ timor nullo mō est in ꝓcupiscibili: nō enim respicit malū absolute sz cū quadaz difficultate uel arduitate: ut ei resisti vix possit. Sz q̄ passiones irascibilis deriuant a passionib⁹ ꝓcupiscibilis & ad eas terminant: ut. s. dictū est: iō timori attribuūtur ea q̄ sunt ꝓcupiscibilis: dicit enīz timor cē tristicia in q̄ tū obiectū timoris est ꝓtristās si p̄sens fuerit: vñ phūs dicit ibidē q̄ timor ꝓcedit ex fantasia futuri mali corruptiui uel cōtristatiui. Silr & desiderium attribuit damas. timori: q̄ si cut spes causat uel orit a desiderio boni: ita timor est ex fuga mali: fuga aūt mali orit ex desiderio boni: ut ex supra dictis patet.

ℬ tertium sic ꝓceditur.

Videtur q̄ timor aliq̄s sit naturalis. Dicit enī damas. in. 3° li° q̄ ē q̄dam timor naturalis nolēte aīa diuidi a corpore. ¶ Preterea timor ex amore orit: ut dictū est: sz ē aliq̄s amor naturalis ut dionysi⁹ dicit. 4° ca. ō di. no. g̃ etiā est aliq̄s timor naturalis. ¶ Preterea timor opponit spei: ut. s. dictū ē: sz est aliq̄ spes nature: ut patet p id qđ dicit ro. 4° de abrahā: q̄ ꝓtra spem nature in spem grē credidit: g̃ etiā est aliq̄s timor nature. ¶ Sed ꝯ ea q̄ sūt naturalia cōiter inueniunt in reb⁹ aīatis & inaīatis: sz timor nō inuenit in reb⁹ inaīatis: g̃ timor nō est nālis. ¶ Rñdeo dicendū q̄ aliq̄s mot⁹ dicit naturalis q̄ ad ipsū inclinat natura: sz hoc ꝓtigit dupl̄r. Uno mō q̄ totū pficit a natura absq̄ aliq̄ opatione apphensiue virtutis: sicut moueri sursum est mot⁹ nālis ignis: et augeri est mot⁹ naturalis aialiuz & plantaꝝ. Alio mō dicit mot⁹ naturalis ad quē natura inclinat: sz non pficiat nisi p apphensionē: q̄ sicut. s. dictū est motus cognitiue & appetitiue virtutis reducūtur in naturā sicut in ꝓncipiū ꝓmū. Et per hūc modum etiam ipsi actus apprehensiue virtutis: ut intelligere: sentire: & memorari: & etiā mot⁹ appetit⁹ aialis quandoq̄ dicuntur naturales: & per hunc

modum potest dici timor naturalis: & distinguit a timore nō naturali ſm diuersitatē obiecti. Est enī ut philophus dicit in ſecūdo rhetoricoꝝ: timor ō malo corruptiuo q̄ natura refugit ꝓpter naturale desiderium essendi: & talis timor dicitur esse naturalis: & itez de malo contristatiuo: quod nō repugnat nature: sed desiderio appetitus: & talis timor nō est naturalis: sicut etiam supra amor concupiscentia: & delectatio distincta sunt per naturale et nō naturale: Sed ſm primā acceptionē naturalis sciendum est q̄ quedam de passionibus aīe q̄q̄ dicūtur naturales: ut amor: desideriuz: & spes. alie vero naturales dici non possunt: & hoc ideo quia amor: & odium: desiderium & fuga importāt inclinationem quandā ad persequendū bonum & fugiendum maluz: que quidem inclinatio pertinet etiā ad appetitū naturalē: & ideo amor est quidem naturalis: & desideriū uł spes potest quodāmodo dici etiam in rebus naturalibus cognitione carentibus: sed alie passiones anime important quosdaz motus: ad quos nullo mō sufficit inclinatio naturalis: uel quia de ratione baꝝ passionū est sensus seu cognitio: sicut dictū est q̄ apprehēsio requirit ad rationē delectationis & doloris: vnde qui carēt cognitione nō possūt dici delectari vel dolere: aut quia huiusmodi motus sunt cōtra rationē inclinationis naturalis: puta q̄ desperatio refugit bonuz propter aliquā difficultatē: & timor refugit impugnationem mali ꝓtrarij: ad q̄ est inclinatio naturalis: & ideo huiusmodi passiones nullo mō attribuūtur rebus inanimatis. Et per hoc patet respōsio ad obiecta.

D quartuz sic procedit. Videtur q̄ incōuenienter damas. assignet sex species timoris. s. segnitiē erubescentiā: verecundiā: admirationē: stupoꝛez: agoniā. Ut enim phūs dicit in. 2° rhetorice: timor ē de malo cōtristatiuo: ergo species timoris debent respondere speciebus tristicie. sunt autem quattuor species tristicie: ut supra dictū est: ergo solū debent esse quattuor species timoris eis correspondentes: ¶ Preterea illud quod in actu nostro cōsistit: nostre potestati subdūcit: sed timor est de malo quod excedit potestatem nostrā: ut dictū est: nō ergo segnicies & erubescētia & verecundia que respiciūt operationē nostrā debent poni species timoris. ¶ Preterea timor est de futuro: ut dictum est: sed verecūdia est de turpi actu iam cōmisso: vt gregorius nicenus dicit: ergo verecūdia nō est species timoris. ¶ Preterea timor nō est nisi de malo: sed admiratio & stupor nō sunt de magno & insolito: siue bono siue malo: ḡ admiratio & stupor nō sunt species timoris. ¶ Preterea phūs ex admiratione sunt moti ad inquirendū veritatē: vt dicit in pncipio metaphi. timor aūt nō mouet ad inquirendum: sed magis ad fugiendū: ergo admiratio nō est species timoris. ¶ Sed in cōtrariū sufficiat auctoritas damas. & greg. nice. ¶ Respōdeo dō q̄ sicut dictū est: timor est de futuro malo qō excedit potestatē timētis: ut. s. ei resisti nō possit: sicut autē bonū hois ita & malū potest cōsiderari: uel in operatione ipsius uel in exterioribus rebus. In operatione autem ipsius hominis potest duplex malum timeri. Primo quidem labor grauans naturam: & sic causatur segnicies: cum. s. aliquis refugit operari ꝓpter timorem excedentis laboris. Secundo turpitudo ledens opinionē: & sic si turpitudo timeatur in actu cōmittendo: est erubescentia: si autem sit de turpi iam facto est verecūdia: malū autem quod in exterioribus rebus consistit tripliciter potest excedere hominis facultatem ad resistendum. Primo quidem ratione sue magnitudinis: cum aliquis. s. cōsiderat aliquod magnū malū cuius excitū cōsiderare nō sufficit: & sic est admiratio. Secūdo rōne dissuetudinis: quia scilicet aliqō malum inconsuetū nostre cōsiderationi offertur: & sic est magnū nostra reputatione: & hoc modo est stupor qui causatur ex insolita imaginatione. Tertio modo ratione improuisionis: quia. s. prouidere nō potest sicut futura infortunia timentur: & talis timor dicitur agonia. ¶ Ad primū ḡ dicendū q̄ ille species tristicie que supra posite sunt: nō accipiūtur ſm diuersitatē obiecti: sed ſm effectus & ſm q̄sdā spāles rationes: & ideo nō oportet q̄ ille species tristicie respondeant istis speciebꝰ timoris que accipiūtur ſm diuisionez ꝓpriam obiecti ipsius timoris. ¶ Ad secunduz dicendū q̄ operatio ſm q̄ iam fit subditur potestati operātis: ſz aliquid circa operationē cōsiderari potest facultatē operantis excedens: ꝓpter quod aliquis refugit actionē: & ſm hoc segnicies: erubescētia: & verecūdia ponūtur species timoris. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ de actu ꝑterito potest timeri conuitiū uel ob probriū futuꝝ: & ſm hoc verecūdia est spēs timoris. ¶ Ad quartū dicendū q̄ nō quelibet admiratio & stupor sunt species timoris: sed admiratio q̄ est de magno malo & stupor qui est de malo insolito. Uel pōt dici q̄ sicut segnicies refugit laborē exterioris operatōis: ita admiratio & stupor refugiūt difficultatē ꝓsiderationis rei magne & insolite: siue sit bona siue mala ut hoc mō se habeat admiratio & stupor ad actū intellectꝰ: sicut segnicies ad exterioꝛē actū: ¶ Ad quintū dicendū q̄ admiras refugit in pñti dare iudiciū de eo qō mirat timēs defectū: sed in futuꝝ inqrit: stupēs aūt timet & in pñti iudicare & in futuro inqrere: vñ admiratio est pncipiū philosophādi: sed stupor est pbice ꝓsiderationis impedimentū.

Questio. xlij.

Einde cōsiderandū ē de obiecto timoris & circa hoc q̄runt sex. Primo vtꝝ bonū sit obiectū timoris uel malū. Scōo vtrū malum nature sit obiectū timoris. Tertio vtꝝ timor sit de malo culpe. Quarto vtꝝ ipse timor timeri possit. Quinto vtꝝ repentina magis timeant. Sexto vtrū ea ꝫ que nō est remediū magis timeantur.

ℬ primum sic ꝓ

ceditur. Videt ꝙ bonum sit obiectuz timoris. ℭ Dicit enim aug. in li. 83. q. ꝙ nihil timem⁹ nisi ne id qđ amam⁹ aut adeptū amittamus aut nō adipiscamur speratū: sed id qđ amamus est bonū: g̃ timor respicit bonū sicut ꝓpriū obiectū. ℭ Preterea phs dicit in. 2° rhetoricoruz ꝙ potestas z sup aliū ipsū esse est terribile: sz huius modi est quoddā bonū: ergo bonū est obiectuz timoris. ℭ Preterea in deo nihil malū eē pōt sz mā datur nobis ut deū timeam⁹: ſm illud psal. Time te deū oēs sci eius: g̃ z timor est ō bono. ℭ Sed ꝫ est qđ damas. dicit in. 2° li. ꝙ timor est de malo futuro. ℭ Respōdeo dicendū ꝙ timor est quidā mot⁹ appetitiue virtutis: ad virtutē aūt appetitiuā ptinet ꝓsecutio z fuga: ut dicit in. 6° ethi. Est aūt ꝓsecutio boni: fuga aūt mali: vñ quicūq; motus appetitiue virtutis importat ꝓsecutionē habet aliqđ bonum ꝓ obiecto: quicūq; aūt importat fugā: habet malum ꝓ obiecto: vñ cum timor fugā quandā importet: post z p se respicit malū sicut ꝓpriuz obiectum. potest autem respicere etiā bonuz ſm ꝙ habet habitudinē ad malū: quod quidem potest esse dupliciter. Uno quidem modo inq̃tum per malū priuatur bonum: ex hoc autez ipso est aliquid malum quod est priuatiuū boni vnde cum fugiat malum quia malum est: sequitur ut fugiatur quia priuat bonuz quod quis amādo prosequit z ſm hoc dicit aug⁹ ꝙ nulla est causa timendi nisi ne amittat bonum amatū. Alio modo cōparatur bonum ad malum: ut causa ipsius: inq̃tum. s. aliquod bonuz sua virtute potest inducere aliquod nocumentum in bono amato: z ideo sicut spes: ut. s. dictum est: ad duo respicit. s. ad bonum in quo tendit: z ad id per quod speratse bonū ꝓcupitū adipiscit: ita etiaz timor ad duo respicit. s. ad malum quod refugit: z ad illud bonuz quod sua virtute potest infligere malum: z per hunc modum deus timet ab homine: inq̃tum potest infligere penā vel spiritualē vel corporalē: per hūc etiaz modū timet potestas alicuius hois: maxime quādo est lesiua uel quādo ē iniusta: quia sic in prōptu habet nocumentū inferre: ita etiā timet sup aliū eē. i. initi alī: ut. s. in ei⁹ potestate sit constitutū nobis nocumentuz inferre: sicut ille qui est ꝓscius criminis: timet ne crimē reuelet. Et p hoc patet respōsio ad obiecta.

ℬ secundū sic ꝓ

cedit. Uidetur ꝙ timor nō sit de malo nature. ℭ Dicit enim phs in. 2° rhetoricoz: ꝙ timor cōsiliatiuos facit: nō aūt cōsiliamur de his que a natura eueniūt: ut dicit in 3° ethicoz: ergo timor nō est de malo nature. ℭ Preterea defectus nāles semp hoi ūminent: ut mors z alia huiusmodi. si igit ō huiusmodi malis eēt timor: oportet ꝙ homo semp esset in timore. ℭ Preterea natura nō mouet ad cōtraria: sed malum nature ꝓuenit ex natura. ergo ꝙ timēdo aliquis refugiat huiusmodi malū nō est a natura: timor g̃ nālis nō est de malo nature: ad quē tñ hoc malū ptinere videt ℭ Sed ꝓtra est qđ phs dicit in. 3° ethi: ꝙ inter oia terribilissimū est mors que ē malū nature. ℭ Respondeo dicendū ꝙ sicut phs dicit in. 2° rhetoricē timor ꝓuenit ex fantasia futuri mali corruptiui vl ꝓtristatiui: sicut autē ꝓtristatiuū malū est qđ ꝓtrariatur voluntati: ita corruptiuuz malū est qđ ꝓtrariatur nature: z hoc est maluz nature: vñ de malo nature pōt esse timor. Sed ꝓsiderandū est ꝙ malū nature qñq; est a cā naturali: z tūc dicit maluz nature: nō solū qz priuat nature bonū: sz etiā qz ē effectus nature: sicut mors naturalis: z alī huiusmodi defectus: aliqñ vero malū nature ꝓuenit ex cā nō naturali: sicut mors que violēter infert a ꝓsecutore: z utroq; mō malū nature quodāmodo timet z quodāmodo nō timet. Cum enim timor ꝓueniat ex fantasia futuri mali: ut dicit phs: illud qđ remouet futuri mali fantasiā: excludit etiā timorez: ꝙ autē nō appareat aliqđ malū vt futuꝝ potest ex duob⁹ ꝓtingere. Uno quidē mō ex hoc ꝙ est remotum z distans: hoc enim ꝓpter distantiā imaginamur ut nō futuꝝ: z ideo uel nō timem⁹ vel parum timemus. Ut enim phs dicit in scdo rhetoricoruz. Que valde lōge sunt nō timent: sciūt enim oēs ꝙ morient: sed qz nō ꝓpe est nihil curāt. Alio modo estimant aliqđ malū qđ est futuꝝ ut nō futuꝝ: propter necessitatē que facit ipsuz estimare vt presēs. vñ phs dicit in. 3° rhetoricoꝝ: ꝙ illi q̃ iam decapitātur nō timēt videtes sibi necessitatē mortis imminere. Sed ad hoc ꝙ aliq̃s timeat oportet deesse aliquā spez salutis: sic igit malū nature nō timet: qz nō apprehendit vt futuꝝ. Si vero malum nature quod est corruptiuū apprehēdatur ut propinquū z tamen cum aliqua spe euasionis: tunc timebitur ℭ Ad primū ergo dicendū ꝙ maluz nature quandoq; non prouenit a natura: vt dictuz est: scdm tamen ꝙ a natura prouenit: etsi nō ex toto vitari possit: potest tamen differri: z sub hac spe potest eē cōsilium de vitatione ipsius. ℭ Ad secundum dicendum ꝙ malum nature: etsi semper imineat: non tamen semper imīnet de propinquo: z ideo nō semper timetur. ℭ Ad tertiū dicenduz ꝙ mors et alī defectus nature prouenīt a natura vniuersali: q̃ bus tamen repugnat natura particularis quantū potest: z sic ex inclinatiōe particularis nature est dolor z tristicia de huiusmodi malis cū sunt ꝑsentia: z timor si imineant in futurum.

ℬ tertium sic ꝓ

cedit. Uidetur ꝙ timor possit esse de malo culpe. ℭ Dicit enim aug⁹ super canonicā ioānis: ꝙ timore casto timet hō separationē a deo: sz nihil separat nos a deo nisi culpa. scdz illud esa. 59°. Peccata vestra diuiserūt iter vos z deū vestrū: g̃ timor pōt eē de malo culpe. ℭ Preterea tullius dicit in. 4° de tusculanis q̃stionib⁹: ꝙ de illis timemus cū futura sunt: de quoꝝ pūtia tristamur: sz de malo culpe potest aliq̃s dolere vl tristari: g̃ etiā aliq̃s malū culpe pōt timere. ℭ Preterea spes timori opponit: sz spes pōt eē ō bono vir

tutis:ut patet per philosophum in.9°ethicorum:& Aplʒ dicit ad Gal.6°.Confido de vobis in dño: quod nihil aliud sapietis:ergo etiam timor potest esse de malo culpe. ¶Preterea verecundia est q̄ dam species timoris.ut supra dictum est: sed verecundia est de turpi facto:quod est malū culpe: ergo & timor. ¶Sed ꝓtra est quod phs dicit in secūdo rhetoricorum:q̄ nō omnia mala timētur:puta si aliquis erit iniustus aut tardus. ¶Respondeo dicendū q̄ sicut supra dictum est:sicut obiectū spei est bonum futurum arduum qō quis potest adipisci:ita timor est de malo futuro arduo quod non potest de facili vitari. Ex quo potest accipi q̄ id quod omnino subiacet potestati & voluntati nostre non habet rationem terribilis: sed illud solum est terribile quod habet causam extrinsecam:malum autem culpe propriā causam habet voluntatem humanam:& ideo ꝓprie nō habet rationē terribilis:sed quia voluntas ab aliquo exteriori pōt inclinari ad peccandū:si illud inclinās habeat magnam vim ad inclinandum:fm hoc poterit esse timor de malo culpe:inquantū est ab exteriori causa:puta cū aliquis timet cōmorari in societate malorum ne ab eis ad peccandū inducatur:sed ꝓprie loquēdo in tali dispositione magis timet homo seductionē q̄ culpam fm propriā rationē: idest in q̄ tum est voluntaria:sic enim non habet ut timeat. ¶Ad primū ergo dicendū q̄ separatio a deo est quedam pena consequens peccatum: & omnis pena aliquo modo est ab exteriori cā. ¶Ad secundū dicendū q̄ tristicia & timor in vno conueniunt: q̄ vtrūq; est de malo:differūt aūt in duobus. In vno quidem:quia tristicia est de malo presenti timor ō malo futuro. In alio vero quia tristicia cū sit in cōcupiscibili respicit malum absolute: vnde potest esse de quocūq; malo:siue paruo: siue magno.timor vero cum sit in irascibili: respicit malū cū q̄dā arduitate seu difficultate: que tollit inq̄tū aliquid subiacet volūtati:& iō nō oia timemus q̄ sunt futura:de quibus tristamur cum sunt presentia:sed aliqua que.s.sunt ardua. ¶Ad tertiū dicendū q̄ spes est de bono qō quis potest adipisci. Potest autem aliquis adipisci bonum uel per se uel per alium:& ideo spes potest esse de actu virtutis que est in potestate nostra cōstitutus:sed timor est de malo quod non subiacet nostre potestati: et ideo semper malum quod timetur est a causa extrinseca:bonum autem quod speratur potest esse & a causa intrinseca: & a causa extrinseca. ¶Ad quartū dicendū q̄ sicut.ō.dictū est: verecūdia nō est timor de actu ipso peccati:sed ō turpitudine vel ignominia que ꝓsequit ipsū:q̄ est a cā extrinseca.

¶ quartus sic pro

ceditur.Videtur q̄ timor timeri non possit. Omne enim quod timet: timēdo custodiet ne amittatur:sicut ille qui timet amittere sanitatem:timendo custodit eam: si igitur timor timeatur:timēdo se custodiet homo ne timeat:quod videt esse inconueniens. ¶Preterea timor est quedam fuga:sed nihil fugit seipsum:ergo timor nō timet timorem. ¶Preterea timor ē de futuro:sed ille qui timet iam habet timorē:non ergo potest timere timorem. ¶Sed contra est q̄ hō potest amare amorē & dolere de dolore:ergo etiā pari ratione potest timere timorem. ¶Rndeo dicendū q̄ sicut dictū est:illud solum habet rationē terribilis quod ex causa extrinseci ꝓuenit: nō aūt quod ꝓuenit ex voluntate nostra:timor autē partim ꝓuenit ex causa extrinseca:& partim subiacet voluntati.ꝓuenit quidē ex causa extrinseca inquātum est passio quedam consequēs fantasiam iminētis mali:& scōm hoc potest aliquis timere timorem:ne scilicet imineat ei necessitas timēdi ꝓpter incongruentiā alicuius excellentis mali: subiacet autem voluntati inquantū appetitus inferior obedit rationi:vnde homo potest timorem repellere: & scōm hoc timor non potest timeri:ut dicit aug. in lib.o.83.q.sed quia rationibus quas inducit aliquis posset vti ad ostendendū q̄ timor nullo modo timeatur:ideo ad eas respondendū est. ¶Ad primū ergo dicendū q̄ nō omnis timor est vnus timor:sed scōm diuersa que timētur sunt diuersi timores:nihil ergo prohibet quin in vno timore aliquis preseruet se ab aliquo timore:& sic custodiat se non timentes illo timore. ¶Ad secundū dicendū q̄ cum sit alius timor quo timetur malum imminens:& alius timor quo timetur ipse timor mali imminentis:nō tamē sequit q̄ idē fugiat seipsum: vel q̄ sit idem fuga suiipsius. ¶Ad tertiū dicendum q̄ ꝓpter diuersitatē timorū iam dictā:timore ꝑsentis potest hō timere futurum timorem.

¶ quintum sic pro

ceditur. Videt q̄ insolita & repentina nō sunt magis terribilia. Sicut enim spes est de bono:ita timor est de malo:sz experiētia facit ad augmentū spei in bonis:g̃ etiā facit ad augmentū timoris in malis. ¶Preterea phs dicit in.2ᵒ rheto.q̄ magis timent nō q̄ acute sunt ire: sed mites & astuti.ꝓstat autē q̄ illi q̄ acute ire sunt: magis hñt subitos motꝰ:g̃ ea q̄ sunt subita sunt minus terribilia. ¶Preterea q̄ sunt subita minꝰ ꝑsiderari possunt:sed tanto aliq̄ magis timent quato magis ꝑsiderant:vñ phs dicit in.3ᵒ ethi.q̄ aliq̄ vident fortes ꝓpter ignorantiaz q̄si cognouerint q̄ aliud sint q̄ suspicant fugiūt.ergo repētina minus timentur. ¶Sed cōtra est qō augꝰ dicit in.2ᵒ ꝓfes. Timor insolita & repentina exhorrescit rebꝰ que amantur aduersari dum ꝓcauet securitati. ¶Respondeo dicendū q̄ sicut.ō.dictū est:obiectū timoris est malū iminēs qō nō de facili repelli potest: hoc aūt ex duobꝰ ꝓtingit.s.ex magnitudine mali: & ex debilitate timētis:ad vtrūq; aūt hoc operat q̄ aliquid sit insolitū & repentinū. Primo quidez facit ad hoc q̄ malū iminens magis appareat:oia enim corporalia & bona & mala quāto magis cōsiderantur minora apparent.& ideo sicut ꝓpter diuturnitatem dolor pūtis mali mitigat:ut patet per tullīū in tertio de tusculanis q̄stionibus:ita etiam

ex ꝑmeditatõe minuit timor futuri mali. Secũdo aliquid esse insolitũ ⁊ repentinũ facit: ad debilitatem timẽtis: inq̃tũ subtrahit remedia que hõ põt ꝓparare ad repellendũ futuꝝ malũ: q̃ esse nõ ꝓnt qñ ex improuiso malũ occurrit. ¶ Ad primũ g̃ dicendũ q̃ obiectũ spei est bonũ quod quis põt adipisci: ⁊ io ea que augmentãt potestatez hois: nata sunt augere spem: ⁊ eadem rõne diminuere timorẽ: quia timor est de malo: cui nõ de facili põt resisti. Quia igit experiẽtia facit hoiem magis potentez ad operandũ: ideo sicut auget spem: ita diminuit timorẽ. ¶ Ad scõm dõ q̃ illi qui hñt irã acutã nõ occultãt eam: ⁊ ideo nocumẽta ab eis illata: nõ ita sunt repẽtina quin ꝓuideant: ſz hoies mites ⁊ astuti occultãt irã: ⁊ ideo nocumentũ qõ ab eis iminet non põt ꝓuideri: sed ex improuiso aduenit: ⁊ ꝓpter hoc phs dicit q̃ tales magis timẽtur. ¶ Ad 3m dõ q̃ p se loquendo bona uel mala corporalia in principio maiora apparẽt: cuius rõ est: quia vnũquodq̃ magis apparet cõtrario iuxta se posito: vñ cũ aliquis statim a pauptate diuitias trãsit: ꝓpter pauptatem preexistentẽ diuitias magis estimat: ⁊ econuerso diuites statim ad paupertatẽ deueniẽtes: eã magis horrẽt: ⁊ ꝓpter hoc malũ repentinũ magis timetur: quia magis videt esse malũ: sed potest ꝓpter aliqd accidẽs cõtingere q̃ magnitudo alicuius mali lateat: puta cũ hostes se insidiose occultãt: et tunc verum est q̃ malum ex diligenti consideratione fit terribilius.

¶ Sextus sic procedit.

Videt q̃ ea q̃ nõ hñt remediuz nõ sint magis timẽda. Ad timorẽ enim requirit q̃ remaneat aliqua spes salutis: ut. s. dictum est: sed in malis que nõ habẽt remediũ nulla remanet spes salutis: ergo talia mala nullo mõ timẽtur. ¶ Preterea mala mortis nullũ remediũ adhiberi põt: nõ enim ſm naturã põt esse reditus a morte ad vitã: nõ tñ mors maxime timet: ut dicit phs i 2° rhetorico ꝓ. nõ ergo ea magis timẽtur que remediuz nõ habẽt. ¶ Preterea phs dicit in ꝓmo ethicorũ: q̃ nõ magis bonũ qõ est diuturnũ eo qõ est vni° dicit: neq̃ qõ ẽ ꝓpetuũ eo q̃ nõ ẽ ꝓpetuũ: g̃ eadẽ rõne neq̃ mai° malũ: ſz ea q̃ nõ hñt remediũ nõ videtur differre ab aliis nisi ꝓpter diuturnitatem uel ꝓpetuitatẽ: ergo ꝓpter hoc nõ sunt peiora uel magis timẽda. ¶ Sed cõtra est quod phs dicit in 2° rhetorico ꝓ.: q̃ oia timẽda sunt terribiliora: quecũq̃ si peccauerint corrigi nõ ꝓtingit: aut quoꝝ auxilia nõ sunt: aut nõ facilia. ¶ Respõdeo dicendũ q̃ obiectũ timoris est malũ: vñ illud qõ facit ad augmentũ mali: facit ad augmentũ timoris: malũ aũt auget nõ solum ſm speciem ipsi° mali: sed etiã ſm circumstãtias: ut ex supradictis apparet: inter ceteras autem circumstãtias diurnitas uel etiam ꝓpetuitas magis videtur facere ad augmentũ mali ea enim que sunt in tẽpore: ſm durationez temporis quodãmodo mensurant: vnde si pati aliquid in tẽpore tanto est malũ pati idem in duplo tẽpore apprehẽditur ut duplatũ: ⁊ ſm hanc rationẽ pati idem in infinito tẽpore quod est perpetuo pati: habet quodãmodo infinitũ augmentũ: mala aũt que postq̃ aduenerint nõ possunt habere remediũ: vl nõ de facili accipiunt ut perpetua uel diuturna: et ideo maxime reddunt timẽda. ¶ Ad primũ ergo dicendũ q̃ remediũ mali est duplex. Unũ per qõ impedit futuꝝ malus ne aduenias: ⁊ tali remedio sublato aufertur spes: ⁊ per consequẽs timor. vñ de tali remedio nũc nõ loquimur. Aliud remediũ mali est quo malũ iam presens removet: ⁊ de tali remedio nunc loquimur. ¶ Ad secundũ dicendũ q̃ licet mors sit irremediale malũ: tamen quia nũc iminet de prope: non timetur: ut supra dictum est. ¶ Ad tertiũ dicendus q̃ phs ibi loquitur de p se bono: quod est bonum scõm speciẽ suã: sic autem nõ fit aliquid magis bonum ꝓpter diuturnitatem vel perpetuitatem: sed ꝓpter naturã ipsius boni.

Questio. xliij.

Einde cõsideratur de causa timoris: ⁊ circa hoc queruntur duo.

Primo vtrum causa timoris sit amor. Secundo vtruz causa timoris sit defectus.

¶ Primum sic procedit.

Videt q̃ amor non sit causa timoris. Illud enim quod introducit aliquid est cã eius: ſz timor introducit amorẽ charitatis: ut aug°. dicit sup canonicaz iohãnis: ergo timor est cã amoris ⁊ non ecõuerso. ¶ Preterea phs dicit in 2° rhetoricoꝝ: q̃ illi maxime timẽtur a quib° expectam° iminere nobis aliqua mala: sed ꝓpter hoc q̃ ab aliquo expectam° malũ: magis ꝓuocamur ad odiũ ei° q̃ ad amorẽ: ergo timor magis causatur ab odio q̃ ab amore. ¶ Preterea supra dictũ est q̃ ea que sunt a nobis ſm phsin nõ habent rationẽ terribilitatis: ſz ea que sũt ex amore maxie ꝓueniũt ex intimo cordis: g̃ timor ex amore nõ causatur. ¶ Sed cõtra est quod aug° dicit in li°. 83. q. Nulli dubiũ est nõ aliũ esse metuẽdi causã nisi ne id qõ amam°: aut adeptũ amittam°: aut nõ adipiscamur speratuz: ois ergo timor causat ex hoc q̃ aliquid amamus: amor igitur est causa timoris.

¶ Respondeo dicendũ q̃ obiecta passionũ aie se hñt ad eas tanq̃ forme ad res naturales uel artificiales: quia passiones aie speciẽ recipiunt ab obiectis sicut res ꝑdicte a suis formis. Sicut igit quicq̃d est causa forme: est causa rei cõstitute per ipsaz ita etiã quicq̃d ⁊ quocũq̃ modo est cã obiecti: ẽ cã passionis. Cõtingit aũt aliqd esse causam obiecti: vel p modũ cause efficiẽtis: uel p modũ dispositionis materialis: sicut obiectũ delectationis ẽ bonũ apparẽs conueniẽs ꝓiunctũ: cui° cã efficiens est illud quod facit coniunctionez: vel quod facit conuenientiã uel bonitatẽ uel apparentiã huiusmodi boni: causa aũt p modũ dispositiõis materialis: ẽ habit° uel quecũq̃ dispositio ſm quã fit alicui ꝓueniens aut apparẽs illud bonũ quod est ei ꝓiunctũ.

Sic igitur in ꝓpoſito obiectū timoris eſt eſtimatū malum futuꝝ ꝓpinquū: cui reſiſti de facili nō pōt: ⁊ ideo illud quod poteſt inferre tale malum ē cauſa effectiua obiecti timoris: ⁊ p ꝓſequēs ipſi⁹ timoris. Illud aūt p qđ aliquis ita diſponitur ut aliq̄d ſit ei tale: eſt cā timoris ⁊ obiecti eius p modū diſpoſitionis mālis: ⁊ hoc modo amor ē cā timoris: ex hoc enim q̄ aliquis amat aliqđ bonū: ſequitur q̄ priuatiuū talis boni ſit ei malū: ⁊ p cōſequēs q̄ timeat ipſum tanq̄ malū. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ ſicut ſupra dictū eſt: timor p ſe ⁊ ꝑmo reſpicit ad malū qđ refugit: qđ opponit alicui bono amato: ⁊ ſic p ſe timor naſcit ex amore: ſecundario vero reſpicit ad id p qđ ꝓuenit tale malum: ⁊ ſic p accidēs: quādoq̄ timor inducit amorē inq̄tum. ſ. hō q̄ timet puniri a deo ſeruat mandata eius: ⁊ ſic incipit ſperare: ⁊ ſpes introducit amorez: ut. ⁊. dictum eſt. ¶ Ad ſecundum dicendū q̄ ille a quo expectantur mala. ꝑmo quidem odio habet: ſz poſt q̄ ab ipſo iam incipiūt ſperari bona: tūc incipit amari: bonū aūt cui ꝓtrariat malū qđ timet a ꝓncipio amabat. ¶ Ad tertium dicendū q̄ ratio illa ꝓcedit de eo qđ eſt cā mali terribilis p modū efficientis: amor aūt eſt cā eius p modū materialis diſpoſitionis: ut dictum eſt.

Ad ſecundū ſic ꝓro

ceditur. Videt q̄ defectus nō ſit cā timoris. Illi enī q̄ potentiā habēt maxime timētur: ſz defectus cōtrariat potētie: g̃ defectus nō eſt cā timoris. ¶ Preterea illi q̄ iam decapitātur maxime ſunt in defectu: ſz tales nō timent ut dicit in. 2°. rhetoricoꝝ: ergo defectus nō eſt cā timoris. ¶ Preterea decertare ex fortitudine non ꝓuenit ex defectu: ſed decertātes timēt eos q̄ ꝓ eiſdē decertāt: ut dicit in. 2°. rhetoricoꝝ: ergo defectus nō eſt cā timoris. ¶ Sed ꝓtra: ꝓtrariorum contrarie ſunt cauſe: ſed diuitie ⁊ robur ⁊ multitudo amicoꝝ ⁊ poteſtas excludūt timorē: ut dicit in. 2°. rhetoricoꝝ: ergo ex defectu horꝝ timor cauſatur. ¶ Reſpondeo dicendū q̄ ſicut. ⁊. dictū eſt duplex cā timoris accipi pōt. vna quidē p modū materialis diſpoſitionis ex parte eius qui timet: alia p modum cauſe efficiētis ex parte ei⁹ qui timet. Quantum igit ad ꝑmū defectus p ſe loquēdo eſt cauſa timoris: ex aliquo enim defectu virtutis cōtingit q̄ nō poſſit aliqs de facili repellere imīnēs malum: ſz tñ ad cauſandū timorē requirit defect⁹ cū aliq̄ mēſura: minor enim eſt defect⁹ q̄ cauſat timorē futuri mali: q̄ defectus pſequēs malū pſens: de quo ē triſticia: ⁊ adhuc eſſet maior defectus ſi totaliter ſenſus mali auferret: uel amor boni: cuius cōtrarium timet. Quantū vero ad ſecundū: virtus ⁊ robur p ſe loquēdo eſt cauſa timoris. ex hoc enim q̄ aliqđ qđ apꝓbendit ut nociuū eſt virtuoſum: cōtingit q̄ eius effectus repelli nō pōt: cōtingit tñ p accidens q̄ aliqs defect⁹ ex iſta parte cauſat timorē: inq̄tum ex aliquo defectu cōtingit q̄ aliqs velit nocumentum inferre: puta ꝓpter iniuſticiā uel q̄ ante leſus uit uel quia timet leđi. ¶ Ad ꝑmū g̃ dicendum q̄ rō illa ꝓcedit de cā timoris ex parte cauſe efficientis. ¶ Ad ſecundū dicendū q̄ illi q̄ iam decapitantur ſunt in paſſione pñtis mali: ⁊ iō iſte defect⁹ excedit menſuram timoris. ¶ Ad tertium dicendū q̄ decertātes timēt nō ꝓpter potentiā qua decertant pñt. ſz ꝓpter defectū potētie: ex q̄ ꝓtingit q̄ ſe ſupaturos nō ꝓfidūt.

Queſtio. xliij.

Einde cōſide

randum eſt de effectib⁹ timoris: ⁊ circa hoc querunt q̃tuor. ¶ Primo vtrum timor faciat contractionem. Secundo vtrum faciat ꝓſiliatiuos Tertio vtrū faciat tremorē Quarto vtrū impediat operationem.

Ad primum ſic ꝓro

cedit. Videt q̄ timor nō faciat cōtractionē. Cōtractione enim facta calor ⁊ ſpūs ad interioza reuocant: ſed ex multitudine caloris ⁊ ſpirituū in interioribꝰ magnificat cor ad audacter aliqđ aggrediendū: ut patet i iratis: cuiꝰ contrariū in timore accidit nō g̃ timor facit cōtractionē. ¶ Preterea multiplicatis ſpiritib⁹ ⁊ calore in interioribꝰ p ꝓtractionē. ſequitur q̄ hō in vocem ꝓꝑ patet: ut patet in dolētibus: ſz timētes non emittūt vocē: ſed magis reddūtur taciturni: ergo timor nō facit cōtractionē. ¶ Preterea verecundia eſt quedā ſpēs timoris: ut. ⁊. dictū eſt: ſz verecūdati erubeſcūt: ut dicit tullius. 4°. de tuſculanis queſtionib⁹ ⁊ pbs in. 4°. ethicoꝝ: rubor aūt faciei nō atteſtat cōtractioni: ſed ꝓtio: nō g̃ ꝓctio eſt effectus timoris. ¶ Sed ⁊ eſt qđ damaſ. dicit. 4°. li. q̄ timor eſt virtus fm ſiſtolē. i. fm ⁊ctionē. ¶ Reſpō deo dicendū q̄ ſicut. ⁊. dictū eſt: in paſſionib⁹ aie ē ſicut formale ipſe motus appetitiue potētie: ſicut aūt materiale trāſmutatio corporalis: quoꝝ vnū alteri ꝓportionat: vñ fm ſiſtolē ⁊ rationē appetitiui motus ſequitur corporalis trāſmutatio: q̄ tū aūt ad aialem motū appetit⁹: timor ⁊ctionē quandam importat. Cuiꝰ rō eſt: q̄ timor ꝓuenit ex fantaſia alicuiꝰ mali iminētis: qđ difficile repelli pōt: ut. ⁊. dictū eſt: q̄ aūt aliqđ difficile poſſit repelli: ꝓuenit ex debilitate virtutis: ut. ⁊. dictū eſt: virt⁹ aūt quanto eſt debilior tanto ad pauciora ſe pōt extēdere: ⁊ iō ex ipſa imaginatione que cauſat timorē ſequit quedā cōtractio in appetitu: ſicut etiā videmus in morientib⁹. q̄ natura retrahit ad interiora ꝓpter debilitatē virtutis: ⁊ videm⁹ etiā in ciuitatibus q̄ q̄n ciues timēt retrahūt ſe ab exterioribus ⁊ recurrūt quāto poſſunt ad interioza: ⁊ fm ſiſtitudinē hui⁹ contractionis que ꝑtinet ad appetitum aialem: ſequit etiā ſi in timore ex parte corporis contractio caloris ⁊ ſpirituum ad interioza. ¶ Ad ꝑmū g̃ dicēduz: q̄ ſicut pbs dicit in libro ꝺ ꝓblematib⁹: ſz in timētib⁹ retrahant ſpūs ab exterioribꝰ ad interioza: nō tñ eſt idē mot⁹ ſpirituuz in iratis ⁊ timētib⁹. Nam iratis ꝓpter calorem ⁊ ſubtilitatē ſpirituū q̄ ꝓueniūt ex appetitu vindicte

interius fit spiritū motus ab inferioribꝰ ad supioza: ⁊ ideo ꝓgregant spūs ⁊ calor circa cor. Ex q̄ sequit q̄ irati reddunt ꝓpti ⁊ audaces ad inuadendum: sed in timētibꝰ ꝓpter frigiditatē ingrossā tem spūs mouent a superioribus ad inferioza: q̄ q̄dem frigiditas ꝓtingit ex imaginatōe defectꝰ virtutis: ⁊ ideo nō multiplicant calor ⁊ spūs circa cor: sed magis a corde refugiūt: ⁊ ꝓpter hoc timentes nō ꝓpte suadūt: ſz magis refugiūt. ¶ Ad 2ᵐ dicē dū q̄ naturale est cuilibet dolēti: siue hoi: siue aīali: q̄ vtat quocūq; auxilio ad repellendū nociuū ꝑsens qđ infert dolorē: vñ videmꝰ q̄ aīalia dolentia ꝓcutiūt uel faucibꝰ: uel cornibꝰ. maximū autez auxiliū ad oīa in aīalibꝰ est calor ⁊ spūs: ⁊ iō in dolore natura ꝓseruat calorē ⁊ spiritū interiꝰ: ut hoc vtat ad repellendū nociuū: ⁊ ideo ut phs dicit i liº de ꝓblematibꝰ: q̄ multiplicatis spiritibꝰ introrsuz a calore: necesse est q̄ emittant pvocē: ⁊ ꝓpter hoc dolētes vix se pñt ꝓtinere quin clamēt: sed in timētibus fit motus interioris caloris ⁊ spirituū a corde ad inferioza: ut dictū est: ⁊ ideo timor ꝯriat formationi vocis q̄ fit p emissionē spirituū ad supiora p os: ⁊ ꝓpter hoc timor tacētes facit: ⁊ inde est etiā q̄ timor tremētes facit: ut dicit phs in liº de ꝓblematibꝰ. ¶ Ad tertium dicendū q̄ sicut picula mortis nō solū ꝓtrariant appetitui aīali: ſz etiam cōtrariantur nature: ⁊ ꝓpter hoc in huiusmodi timore nō solū fit ꝯctio ex parte appetitus: sed etiā ex parte nature corporalis. Sic enī disponit aīal ex imaginatione mortis: ꝯhēs calorē ad interioza sicut qñ naturaliter motus imīnet: ⁊ inde est q̄ timētes mortē pallescūt: ut dicit in 3° ethi. sed malū qđ timet verecūdia nō opponit nature: ſz solū appetitui aīalis: ⁊ ideo fit quedā ꝯctio ſm appetitum aīalē: nō aūt ſm naturā corporalez: sed magis aīa quasi in se cōtracta vacat ad motionez spirituū ⁊ caloris: vñ fit eoruz diffusio ad exterioza: ⁊ ꝓpter hoc verecūdati erubescunt.

℣ secundū sic ꝓo

cedit. Videt q̄ timor nō faciat ꝓsiliatiuos. Hō enī est eiusdē ꝓsiliatiuos facere ⁊ ꝓsiliū impedire: ſz timor ꝓsiliū impedit: ois enī passio pturbat quietē: que requirit ad bonum vsum rōnis: g̃ timor nō facit cōsiliatiuos. ¶ Preterea ꝓsiliū est actus rōnis de futuris cogitantis ⁊ deliberātis: ſz aliq̄s timor est excutiēs cogitata et mentē a suo loco remouet: ut tulliꝰ dicit in. 4° ō tu sculanis q̄stionibꝰ: ergo timor nō facit ꝓsiliatiuos ſz magis impedit ꝓsiliū. ¶ Preterea sicut ꝓsiliuz adhibet ad vitandū mala: ita etiā adhibet ad ꝓsequendū bona: ſz sicut timor est de malis vitandis ita spes est ō bonis ꝓsequēdis: g̃ timor nō facit magis ꝓsiliatiuos q̄ spes. ¶ Sed ꝯ ē qđ phs dicit in 2° rhetoricoꝝ: q̄ timor ꝓsiliatiuos facit. ¶ Rñdeo dđ q̄ aliquis pōt dici ꝓsiliatiuus dupliciter. Uno mō a voluntate seu sollicitudine ꝓsiliādi: ⁊ sic timor cōsiliatiuos facit: qz ut phs in. 3° ethico ꝝ dicit: Cō siliamur de magnis in quibꝰ quasi nosipsis discredimus. Ea aūt que timorē incutiūt nō sunt simplr mala: ſz habēt quandam magnitudinē: tū ex eo q̄ apprehēdunt: ut que difficiliter repelli pñt: tū etiā quia apphendūtur: ut de ꝓpe existētia: sicut iaz dictū est: vnde hoīes maxime in timoribus querunt cōsiliari. Alio modo dicit aliquis cōsiliatiuus a facultate bñ ꝓsiliandi: ⁊ sic nec timor nec aliqua passio cōsiliatiuos facit: qz homini affecto ſm aliquā passionē videt aliquid uel maius uel minus q̄ sit ſm rei veritatez: sicut amanti vident ea que amat meliora: ⁊ timēti ea que timet terribiliora: ⁊ sic ex defectu rectitudinis iudicij quelibet passio quantum est de se impedit facultatē bene consiliādi. Et p hoc patet rñsio ad ꝑmū. ¶ Ad secundū dicenduz q̄ quāto aliqua passio est fortior tanto magis homo ſm ipsam affectus impedit: ⁊ ideo quando timor fuerit fortis vult quidē homo consiliari: sed adeo pturbat in suis cogitationibꝰ q̄ consiliū adinuenire non potest. Si aūt sit paruus timor q̄ sollicitudinē ꝓsiliandi inducat nec multū rationē conturbet: potest etiā cōferre ad facultatē bñ ꝓsiliādi rōne sollicitudis ꝓpītis. ¶ Ad 3ᵐ dđ q̄ etiā spes facit ꝓsiliatiuos: qz ut i. 2° rhetoricoꝝ phs dicit: Nullus ꝓsiliat de his de quibꝰ desperat: sicut nec de impossibilibꝰ: ut dicit in. 3° ethi. timor tñ facit magis cōsiliatiuos q̄ spes: qz spes est de bono ꝓput possumus ipsum ꝓseq. timor aūt de malo ꝓput vix repelli potest: ⁊ ita magis respicit rōnez difficilis timor q̄ spes: in difficilibꝰ aūt maxime in quibꝰ nobis nō confidimus consiliamur sicut dictū est.

℣ tertium sic ꝓo

cedit. Videtur q̄ tremor nō sit effectus timoris: tremor enim ex frigore accidit: videmus enīz infrigidatos tremere: timor aūt nō videt causare frigus: ſz magis calorē desiccantē: cuius signū est q̄ timētes sitiūt: ⁊ ꝑcipue in maximis timoribꝰ: sicut patet in illis qui ad mortē ducūtur: ergo timor nō causat tremorē. ¶ Preterea emissio sup fluitatū ex calore accidit: vnde vt plurimū medicine laxatiue sunt calide: sed huiusmodi emissiones supfluitatū ex timore frequenter contingūt: ergo timor videt causare calorez: ⁊ sic nō causat tremorem. ¶ Preterea in timore calor ab exterioribꝰ ad interioza reuocat: si igitur ꝓpter huiusmodi reuocationē caloris in exterioribꝰ hō tremit: videtur similiter q̄ in oībus exterioribus mēbris deberet causari tremor ex timore: hoc aūt nō videtur: nō ergo tremor corporis est effectꝰ timoris. ¶ Sed ꝯ est qđ tullius dicit in. 4° de tusculanis questionibꝰ: q̄ timorez sequit tremor: ⁊ pallor: ⁊ dentiū strepitus. ¶ Respōdeo dicendū q̄ sicut supra dictū est: in timore fit quedaz contractio ab exterioribus ad interioza: ⁊ ideo exterioza frigida remanēt: ⁊ ꝓpter hoc in eis accidit tremor: qui causatur ex debilitate virtutis continētis mēbra. Ad huiusmodi autez debilitatē maxime facit defectus caloris: qui est instrumentū quo aīa mouet: ut dicit in. 2° de aīa. ¶ Ad ꝑmū g̃ dicenduz: q̄ calore ab exterioribꝰ ad interioza reuocato: multiplicat calor interius: ⁊ maxime versus inferioza

idest circa nutritiuaz: ⁊ ideo consumpto humido consequitur sitis: ⁊ etiam interdū solutio ventris ⁊ vrine emissio: ⁊ quandoq; etiā seminis uel huius modi emissio supfluitatū accidit ꝓpter contracti onem ventris: ⁊ testiculoꝝ: ut phs dicit in libro ō ꝓblematibus. Unde patet solutio ad ſecundum. ¶ Ad tertiū dicendū q; quia in timore calor deſerit cor a ſuperioribꝰ ad inferiora tendens: ideo timentibus maxime tremit cor ⁊ mēbra que habent aliquā connexionē ad pectꝰ: vbi eſt cor: vñ timentes maxime tremūt in voce ꝓpter vicinitatē vocalis arterie ad cor. Tremit etiā labiū inferius ⁊ tota inferior mādibula ꝓpter continuationē ad cor: vñ ⁊ ſtrepitus dentiū ſequit: ⁊ eadez ratione brachia ⁊ manus tremūt. Uel etiā quia huiuſmodi mēbra ſunt magis mobilia ꝓpter qō ⁊ genua tremunt timentibus ſm illud eſa. 35°. Confortate manus diſſolutas ⁊ genua tremētia roborate.

ℬ quartuz ſic ꝓro

cedit. Uidet q; timor impediat operationē. Operatio enim maxime ipeditur ex ꝓturbatione rōnis que dirigit in ope: ſed timor ꝓturbat rationē: ut dictū eſt: g̃ timor impedit operationē. ¶ Preterea illi qui faciūt aliquid cū timore: facilius in operatione deficiūt: ſicut ſi aliquis incedat ſup trabē in alto poſitā: ꝓpter timorem de facili cadit: nō aūt caderet ſi incederet ſup eandē trabē in imo poſitā ꝓpter defectū timoris: ergo timor impedit operationē. ¶ Preterea pigricia ſiue ſegnicies eſt quedā ſpecies timoris: ſed pigricia impedit operationē: g̃ ⁊ timor. ¶ Sed ꝯ eſt qō apls dicit ad phil. 2°. Cum metu ⁊ tremore veſtrā ſalutē operamini: quod nō diceret ſi timor bonā operationē impediret: timor ergo nō impedit bonam operationē. ¶ Respondeo dicendū q; opatio hominis exterius cauſat quidem ab aīa ſicut a ꝓmo mouente: ſed a mēbris corporeis ſicut ab inſtrumētis. Contingit autē operationē impediri: ⁊ ꝓpter defectū inſtrumēti: ⁊ ꝓpter defectum principalis mouētis. Ex parte igit inſtrumentoꝝ corporaliū timor quantū eſt de ſe ſemp natus ē impedire exteriorē operationē ꝓpter defectū caloris qui ex timore accidit in exteriorib⁹ mēbris: ſed ex parte anime ſi ſit timor moderatus non multum rationem perturbans confert ad bene operandū: inquantū cauſat quandā ſollicitudinē: ⁊ facit hominem attentius conſiliari ⁊ operari. Si vero timor tiñ increſcat q; rationē ꝓturbet: impedit operationē etiaz ex parte anime: ſz de tali timore apoſtolus non loquitur. Et p hoc patet reſponſio ad ꝓmū. ¶ Ad ſecundum dicendum q; illi q̃ cadūt de trabe in alto poſita: patiunt ꝓturbatiōes imaginationis ꝓpter timorez caſus imaginati. ¶ Ad tertiū dicendū q; oīs timēs refugit id qō timet: et ideo cū pigricia ſit timor de ipſa operatiōe inq̃tū eſt laborioſa impedit operationem: quia retrahit voluntatē ab ipſa: ſed timor qui eſt de alijs rebus intantū adiuuat operationē inquantū inclinat voluntatē ad operandū ea ꝓ q̃ hō effugit id qō timet.

Queſtio. xlv.

Einde cōſide

randū eſt de audacia: ⁊ circa hoc querunt q̃ttuor. Primo vtrū audacia ſit ꝓtraria timori. Secundo quomodo audacia ſe habeat ad ſpem. Tertio de cā audacie. Quarto de effectu ipſius.

ℬ primum ſic ꝓro

cedit. Uidet q; audacia nō cōtrarietur timori. Dicit enim aug. in li°. 83° q. q; audacia vitiū eſt: vitiū autē virtuti contraria tur: cum ergo timor nō ſit virtus ſed paſſio: videt q; timori nō contrarietur audacia. ¶ Preterea vni vnum eſt ꝓtrariū: ſed timori contrariat ſpes: non ergo cōtrariat ei audacia. ¶ Preterea vnaquecq; paſſio excludit paſſionē oppoſitā: ſed id quod excluditur per timorē eſt ſecuritas. Dicit enim aug° 2°. cōfeſ. q; timor ſecuritati ꝓcauet: ergo ſecuritas cōtrariat timori: nō g̃ audacia. ¶ Sed contra eſt quod phs dicit in. 2° rhetoricoꝝ q; audacia eſt timori cōtraria. ¶ Reſpōdeo dicendū q; de ratōne contrarioꝝ eſt q; maxime a ſe diſtent: ut dicitur in x° metaphice. Illud autē quod maxime diſtat a timore eſt audacia: timor enīz refugit nocumentuz futuꝝ ꝓpter eius victoriā ſup ipſum timentē: ſed audacia aggredit periculū iminēs ꝓpter victoriā ſui ꝓpter ipſum periculuz: vnde manifeſte timori contrariat audacia. ¶ Ad ꝓmū ergo dicēdū q; ira ⁊ audacia ⁊ omniū paſſionū nomina duplicit accipi poſſunt. Uno modo ſm q; important abſolute motus appetitus ſenſitiui in aliquod obiectum bonum uel malum: ⁊ ſic ſunt nomina paſſionum. Alio modo ſm q; ſimul cum huiuſmodi motu important receſſum ab ordine rationis: ⁊ ſic ſūt nomina vitioꝝ: ⁊ hoc modo loquitur aug° de audacie: ſed nos loquimur nūc de audacia ſm ꝓmū modū. ¶ Ad ſecundū dicendū q; vni ſm idem nō ſunt plura contraria: ſed ſm diuerſa nihil ꝓhibet vni plura contrariari: ⁊ ſic dictū eſt ſupra q; paſſiones iraſcibilis habēt duplicē contrarietatē: vnā ſm oppoſitionē boni ⁊ mali: ⁊ ſic timor contrariatur ſpei: alia ſm oppoſitionē acceſſus ⁊ receſſus ⁊ ſic timori contrariat audacia: ſpei vero deſperatio. ¶ Ad tertiū dicendū q; ſecuritas nō ſignat aliquid contrariū timori: ſed ſolā timoris excluſionem: ille enim dicit eſſe ſecurus qui nō timet: vnde ſecuritas opponitur timori ſicut ꝓpatio: audacia aūt ſicut contrariū: ⁊ ſicut ꝓtrariū includit in ſe ꝓpationē: ita audacia ſecuritatem.

ℬ ſecundū ſic ꝓro

cedit. Uidetur q; audacia nō ꝓſequat ſpem. Audacia enim eſt reſpectu malorum ⁊ terribiliū: ut dicit in. 3° ethicoꝝ: ſpes aūt reſpicit bonū ut. ſ. dictū eſt: ergo habēt diuerſa obiecta ⁊ nō ſunt vnius ordinis: nō ergo audacia cō

sequit spem. ¶ Preterea sicut audacia contrariatur timori ita desperatio spei: sed timor nō sequitur desperationē: quinimo desperatio excludit timorem ut phs dicit in. 2°. rhetoricox: ergo audacia nō cōsequit spem. ¶ Preterea audacia intendit quoddā bonū. s. victoriā: sed tendere in bonuz arduum pertinet ad spem: ergo audacia est idem spei: nō ergo cōsequit ad spem. ¶ Sed ptra est q phs dicit in. 3° ethicox q illi q sūt bone spei sūt audaces: videtur ergo audacia consequ spem. ¶ Respōdeo dicendū q sicut iam pluries dictū est: oēs huiusmodi passiones aīe ad appetitiuā potentiaz pertinēt: omnis autē motus appetitiue potētie reducitur ad psecutionē vel fugā: psecutio autē vel fuga est alicui° p se p accidens: p se quidē est prosecutio boni: fuga vero mali: per accidēs autē potest psecutio esse mali ppter aliquod bonū adiunctū: p fuga boni ppter aliquod malū adiunctū quod autē est p accidēs sequit ad id quod est p se ideo psecutio mali sequit psecutionē boni: sicut p fuga boni sequit fugā mali. Hec aūt quattuor ptinent ad quattuor passiones: nā psecutio boni ptinent ad spem: fuga mali ad timorē: psecutio etiaz mali terribilis pertinent ad audaciam: fuga vero boni pertinet ad desperationem: vnde sequitur q audacia consequitur ad spem. Ex hoc enim q aliquis sperat superare terribile iminēs ex hoc audacter insequitur ipsuz: ad timorē vero sequit desperatio: ideo eniz aliquis desperat: quia timet difficultatū que est circa bonū sperandūz. ¶ Ad primū ergo dicendū q ratio sequeret: si bonum p malum esset obiecta nō habentia ordinē adinuicē sed quia malū habet aliquē ordinē ad bonū: ē eni posterius bono sicut pnatio habitu: ideo audacia que insequitur malū est post spem: que insequit bonum. ¶ Ad secundū dicendū q etsi bonū simplr sit prius q malū: tamē fuga p prius debet malo q bono: sicut insecutio p prius debet bono q malo: p ideo sicut spes est prior q audacia: ita timor est prior q desperatio: p sicut ex timore nō semp sequitur desperatio: sz quando fuerit intēsus: ita ex spe nō semp sequitur audacia: sed quādo fuerit vehemens. ¶ Ad tertiū dicendū q audacia sz sit circa malum cui coniunctū est bonū victorie sm estimationē audacis: tū respicit malum: bonū vero adiūctum respicit spes: p similiter desperatio respicit bonū directe quod refugit: malū vero adiunctum respicit: timor vñ ppie loquēdo audacia nō ē pas spei: sed eius effectus: sicut nec desperatio est pars timoris sed eius effectus: p ppter hoc etiaz audacia pncipalis passio esse potest.

❡ tertium sic proceditur. Videtur q defectus aliquis sit causa audacie.

Dicit enim phs in libro de pblematibus: q amatores vini sunt fortes p audaces: sed ex vino sequit defectus ebrietatis: g audacia causat ex aliquo defectu. ¶ Preterea phs dicit in. 2° rhetoricox: q inexperti periculoz sunt audaces: sz inexperientia defectus quidā est: ergo audacia ex defectu causat. ¶ Preterea iniusta passi audaciores esse solēt: sicut etiā bestie cum percutiunt: ut dicit in. 3° ethicox: sed iniustuz pati ad defectū ptinet: ergo audacia ex aliquo defectu causatur. ¶ Sed ptra est quod phs dicit in. 2° rhetoricox q causa audacie est cū in fantasia spes fuerit salutariū ut ppe existentiū: timendox autē aut nō entiū: aut longe entiū: sed id quod ptinet ad defectum uel ptinet ad salutariū remotionez: vel ad terribiliū propinquitatē: g nihil quod ad defectuz pertinet est cā audacie. ¶ Respōdeo dicendū q sicut supra dictū est: audacia consequit spem p ptra riatur timori: vñ quecūq nata sunt causare spem: vel excludere timorē: sunt causa audacie. Quia vero timor p spes p etiā audacia cum sint passiones quedam cōsistunt in motu appetitus: p in quadaz trāsmutatione corporali dupliciter potest accipi causa audacie: siue q tum ad puocationē spei: siue q tum ad exclusionē timoris: vno modo quidem ex parte appetitiui motus: alio vero modo ex parte transmutationis corporalis. Ex parte quidē appetitiui motus qui sequit apprehensionē puocat spes causās audaciā per ea que faciūt nos estimare q possibile sit adipisci victoriā: vel sm ppriam potentiā: sicut fortitudo corporis: experiētia i periculis: multitudo pecuniaz: p alia huiusmodi: siue per potentiā alioz: sicut multitudo amicoruz: vel quoūcūq auxiliantiū: p pcipue si hō cōfidat de auxilio diuino: vnde illi qui se bene habent ad diuina audaciores sunt: ut etiā phs dicit in. 2° rhetoricox: timor autē excludit sm istū modū per remotionē terribiliū appropinquantiū: puta q hō nō habet inimicos: quia nulli nocuit: quia nō videt aliquod periculū iminere: illis enim vident maxie pericula iminere qui alīs nocuerūt. Ex parte vero trāsmutationis corporalis causat audacia per prouocationē spei: p exclusionem timoris: uel ex his que faciūt caliditatē circa cor: vnde phs dicit in libro de partib° animaliū: q illi qui hnt paruuz cor sm quantitatem sunt magis audaces: p alia habentia magnū cor sm quantitatez sunt timida: quia calor naturalis nō tantū pōt calefacere magnū cor sicut paruū: sicut ignis nō tantū potest calefacere magnā domū sicut paruā: p in libro de pblematibus dicit: q habētes magnū pulmonē sanguineū sūt audaciores ppter caliditatē cordis ex inde consequentē: p ibidez dicit q vini amatores sunt magis audaces ppter caliditatē vini: vnde p supra dictū est: q ebrietas facit ad bonitatez spei: caliditas eni cordis repellit timorē: p causat spez propter cordis extensionem p amplificationem. ¶ Ad primū ergo dicenduz q ebrietas causat audaciam nō inq̄tum est defect°: sz inq̄tum facit cordis dilatationē: p inq̄tum etiā facit estimationem cuiusdā magnitudinis. ¶ Ad secundū dicendū q illi qui sunt inexperti periculoz sunt audaciores nō ppter defectū sed p accidēs: inq̄tuz. s. ppter inexperientiā neq̄ debilitatē suā cognoscūt: neq̄ psentiā periculoz: p ita p subtractionē cause timoris sequit audacia. ¶ Ad tertiū dicendū q sicut

phs dicit in.2°rhetoricoꝝ:iniustũ passũ reddũtur audaciores:quia estimãt ꝙ deus iniustũ passis auxilium ferat:ꝛ sic patet ꝙ nullus defectus causat audaciã nisi per accidẽs:inq̃tũ. s.habet adiunctã aliquã excellentiã:uel verã uel estimatã:uel ex pte alterius:uel ex parte sui.

❡ quartũ sic proceditur.

Uidetur ꝙ audaces non sint prõptiores in ꝓncipio q̃ in ipsis periculis. Tremor enim ex timore causat qui contrariatur audacie:ut ex dictis patet: sed audaces q̃q̃ in ꝓncipio tremũt:ut phs dicit in libro ꝺ ꝓblematibus:ergo nõ sunt prõptiores in ꝓncipio q̃ i ipsis periculis existẽtes. ¶ Preterea p augmentũ obiecti augetur passio:sicut si bonũ est amabile:ꝛ magis bonũ est magis amabile:sed arduũ est obiectũ audacie:augmẽtato g̃ arduo augmentat audacia sed magis fit arduũ ꝛ difficile periculũ quãdo ẽ p sens:g̃ debet tũc magis crescere audacia. ¶ Preterea ex vulneribꝰ inflictis ꝓuocat ira:sed ira causat audaciã. Dicit enim phs in.2°rhetoricoꝝ:ꝙ ira est ausiuum:ergo quando iam sunt in ipsis periculis ꝛ percutiunt videt ꝙ magis audaces reddãt ¶ Sed ꝰ est qꝺ dicit in.3°ethicoꝝ:ꝙ audaces prevolãtes sunt ꝛ volãtes ante pericula: in ipsis autẽ discedũt. ¶ Respõdeo dicendũ ꝙ audacia cum sit quidam motus appetitus sensitiui:sequit apphensionem appetitiue virtutis:virtus aũt sensitiua nõ est collatiua:nec inquisitiua singuloꝝ que circumstant rem:sed subitũ habet iudiciũ. Contingit aũt quãdoq̃ ꝙ fm subitã apprehensionẽ nõ possũt cognosci oia que difficultatẽ in aliquo negocio afferunt:vnde surgit audacie motus ad aggrediendũ periculũ:vnde quãdo iam experiunt ipsum periculum sentiũt maiorẽ difficultatẽ q̃ estimauerũt: ꝛ ideo deficiũt. Sed ratio est discursiua omnium que afferũt difficultatẽ negocio:ꝛ ideo fortes qui ex iudicio rationis aggrediũtur pericula:in ꝓncipio vident remissi:quia nõ passi:sed cum deliberatione debita aggrediunt: quãdo autẽ sunt in ipsis periculis:nõ experiunt aliquid improuisum:ꝫ q̃ ꝙ minora illis que ꝓcogitauerũt:ꝛ ideo magis ꝓsistunt. Uel etiã quia ꝓpter bonũ virtutis pericula aggrediunt:cuius boni volũtas in eis perseuerat quantacũq̃ sint pericula:audaces autẽ ꝓpter solam estimationẽ facientẽ spem ꝛ excludentẽ timorem sicut dictus est. ¶ Ad primũ ergo dicendũ ꝙ etiã in audacibus accidit tremor ꝓpter reuocationem caloris ab exterioribꝰ ad interiora:sicut etiã in timentibꝰ:sed in audacibꝰ reuocat calor ad cor: in timentibꝰ autẽ ad inferiora. ¶ Ad 2ᵐ dicẽdũ ꝙ obiectũ amoris est simpliciter bonũ: vnde augmẽtatum simpliciter augmentat amorẽ: sed obiectus audacie est compositũ ex bono ꝛ malo:ꝛ motꝰ audacie in malũ ꝓsupponit motum spei in bonũ:ꝛ iõ si tm̃ addat de arduitate ad periculum ꝙ excedat spem:nõ sequetur motus audacie:sed diminuetur si tamẽ sit motus audacie:quãto maius est periculum tãto maior audacia reputat. ¶ Ad tertium dicendũ ꝙ ex lesione non causat ira nisi suppositaliqua spe:ut infra dicet:ꝛ ideo si fuerit tantũ periculum ꝙ excedat spem victorie:nõ sequet ira:ſ3 verum est ꝙ si ira sequatur:audacia augebitur.

Questio.xlvj.

Einde cõsideratur de ira: ꝛ ꝓmo de ira fm se.2°.de causa factiua ire remedio eius.3°ꝺ effectu eius. Circa hoc queruntꝰ.

Primo vtrũ ira sit passio specialis. Secũdo vtrũ obiectum ire sit bonum an malũ. Tertio vtrũ ira sit in cõcupiscibili. Quarto vtrũ ira sit cũ rõne. Quinto vtrũ ira sit naturaliũ ꝙ ꝓcupiscẽtia. Sexto vtrũ ira sit grauior ꝙ odiũ. Septimo vtrũ in ira solum sit ad illos ad quos est iusticia. Octauo de speciebus ire.

❡ primum sic proceditur.

Uidetur ꝙ ira non sit passio specialis. Ab ira enim denoiatur potentia irascibilis:sed huius potẽtie non est vna tm̃ passio sed multe:ergo ira nõ est vna passio specialis. ¶ Preterea cuilibet passioni speciali est aliquid contrariũ:ut patet inducẽti p singula: sed ire nõ est aliqua passio contraria:ut.ſ.dictũ est: g̃ ira nõ est passio specialis. ¶ Preterea vna specialis passio nõ includit aliã:sed ira includit multas passiones.est enim cum tristicia ꝛ cuꝫ spe:ꝛ cum delectatione:ut patet p phm in.2°rhetoricoꝝ:ergo ira nõ est passio specialis. ¶ Sed ꝓtra est qꝺ damasc. ponit iraꝫ specialẽ passionẽ. Et similiter tulli°. 4° de tusculanis questionibꝰ. ¶ Respõdeo ꝺõ ꝙ aliquid dicitur generale dupliciter. Uno modo p predicationẽ:sicut animal est generale ad omnia animalia. Alio mõ p causam:sicut sol est generalis oium que generant in his inferioribꝰ fm dion̄y.in.4°.c. de ꝺi.no. Sicut enim genus ꝓtinet multas differẽtias potestate fm similitudinẽ materie:ita cã agẽs cõtinet multos effectus fm veritatẽ actiuã: cõtingit autẽ aliquẽ effectũ ex ꝓcursu diuersaꝝ causarũ ꝓduci. Et quia ois cã aliquo modo i effectu manet:potest etiam dici tertio modo ꝙ effectꝰ ex congregatione multaꝝ causaꝝ ꝓductꝰ habet quandã generalitatẽ inq̃tum ꝓtinet multas causas q̃dammodo i actu. Primo ergo modo ira nõ est passio generalis:sed ꝓdiuisa alijs passionibꝰ:ut.ſ.dictus est. Similiter autẽ nec secũdo mõ nõ est eni cã aliarum passionũ:ut.ſ.dictus est:sed p hũc modũ põt dici generalis passio amoris ut patet p aug.in.4°.ꝺ ci.ꝺei. Amor eni est ꝓma radix oium passionũ: ut ſ.dictũ est. Sed tertio mõ põt ira dici passio generalis:inq̃tũ ex ꝓcursu multaꝝ passionũ causatur: nõ enim insurgit motus ire nisi ꝓpter aliquã tristiciã illatã:ꝛ nisi adsit ꝺesideriũ ꝛ spes vlciscẽdi: qꝛ ut phs dicit in.2°rhetoricoꝝ:iratus habet spez puniendi:appetit enim vindictã ut sibi possibilẽ: vñ si fuerit multũ excellẽs persona que nocumentum

intulit: nō sequit ira sed solū tristicia: ut auicēna dicit in libro ō anima. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ vis irascibilis denominat ab ira: no q̄ omnis motus huius potētie sit ira: sed q̄ ad iraz terminātur omnes motus huius potentie: & inter alios eiꝰ motus iste est manifestior. ¶ Ad secundū dicenduz q̄ ex hocipso q̄ ira causat ex ꝓtrarijs passionibꝰ. s. a spe que est boni: & a tristicia que est mali: includit i seipsam ꝓtrarietatē: & ideo nō habet contrariū extra se: sicut etiā in medijs coloribꝰ nō inuenit ꝓtrarietas nisi que est simpliciū coloꝝ ex quibꝰ causantur. ¶ Ad tertium dicendū q̄ ira includit multas passiones nō quidem sicut genus species: sed magis fm continentiā cause & effectus.

Ad secundū sic pro

cedit. Videt q̄ obiectū ire sit malum. Dicit enī greg. nice. q̄ ira est quasi armigera ꝓcupiscētie: inq̄ tū. s. impugnat id qō cōcupiscentia impedit: sed omne impedimentū hz rationem mali: ergo ira respicit malū tanq̄ obiectū. ¶ Preterea ira & odiū conueniūt in effectu: vtriusq̄ enim est inferre nocumentū alteri: sed odiū respicit malū tanq̄ obiectū: ut. ā. dictū est: ḡ etiam & ira. ¶ Preterea ira causat ex tristicia: vnde phs dicit in. 7°. ethicoꝝ: q̄ ira operat cum tristicia: sz tristicie obiectū est malū ergo & ire. ¶ Sed cōtra est quod aug⁹. dicit in. 4° ꝓfes. q̄ ira appetit vindictā: sed appetitus vindicte est appetitus boni: cuz vindicta ad iusticiā ptineat: ergo obiectū ire ē bonum. ¶ Preterea ira semp est cum spe vnde & delectatione causat: ut dicit phs in. 2° rhetoricoꝝ: sed spei & delectationis obiectū est bonū: ergo et ire. ¶ Respōdeo dicendū q̄ motus appetitiue virtutis sequitur actū virtutis apprehensiue: vis autez apprehensiua dupliciter aliquid apprehēdit: vno modo p modū incōplexi: sicut cum intelligim⁹ q̄d est homo: alio modo per modū cōplexi: sicut cuz intelligimus albū inesse homini. Uñ vtroq̄ modo vis appetitiua potest tendere in bonū & malū: per modū quidē simplicis & incōplexi: cum appetitus simpliciter sequit̄ uel inhereat bono uel refugit malum: & tales motus sunt desideriū & spes: delectatio & tristicia: & alia huiusmodi. Per modū autē cōplexi: sicut cum appetitus fertur in hoc q̄ aliq̄d bonum uel malum insit vel fiat circa alteꝝ: vl tendendo in hoc: vel refugiendo ab hoc: sicut manifeste patet in amore & odio: amamus enim aliquem inq̄tum volumus ei inesse aliquid bonū: odimus autē aliquē inq̄tum volumus inesse aliquod malū & similiter est in ira: quicūq̄ enim iascit: quert vindicari de aliquo: & sic motus ire tendit in duo. s. in ipsam vindictā quā appetit & sperat sicut quoddā bonum: vnde & de ipsa delectat: tendit etiā in illuz de quo querit vindictā sicut incontrariū & nociuū quod ptinet ad rationē mali. Est tñ duplex differētia attendēda circa hoc ire ad odiū & ad amorez. Quaꝝ pma est q̄ ira per se respicit duo obiecta: amor vero & odiū quandoq̄ respiciūt vnum obiectum tñ: sicut cū dicit aliq̄s amare vinū uel aliq̄d huiusmodi: aut etiā odire. Secunda est q̄ vtrūq̄ obiectoꝝ: quod respicit amor est bonū. vult enim amās bonū alicui tanq̄ sibi conueniēti: vtrūq̄ vero horꝝ que respicit odiū habet rationē mali: vult enim odiēs malū alicui tanq̄ cuidā inconuenienti sed ira respicit vnū obiectū fm rationē boni. s. vindictā quaz appetit: & aliud fm rationē mali. s. hominē nociuū de quo vult vindicari: & ideo est passio quodāmodo cōposita ex ꝓtrarijs passionibꝰ. Et p hoc patet responsio ad obiecta.

Ad tertium sic pro

cedit. Videt q̄ ira sit incōcupiscibili. Dicit enim tulliꝰ in. 4° ō tusculanis questionibꝰ q̄ ira est libido quedā: sed libido ē in cōcupiscibili: ergo & ira. ¶ Preterea aug⁹ dicit i regula q̄ ira crescit in odiū. Et tullius dicit in eodem libro q̄ odiū est ira inueterata: sed odiū est in cōcupiscibili sicut amor: ergo ira ē in ꝓcupiscibili. ¶ Preterea damas. & greg. nice. dicūt q̄ ira cōponitur ex tristicia & desiderio: sed vtrūq̄ horum est in ꝓcupiscibili: ergo ira est in ꝓcupiscibili. ¶ Sed cōtra vis cōcupiscibilis est alia ab irascibili: si igit ira esset in ꝓcupiscibili: nō determinaret ab ea vis irascibilis. ¶ Respondeo dicendū q̄ sicut supra dictū est passiones irascibilis in hoc differūt a passionibꝰ cōcupiscibilis: q̄ obiecta passionū ꝓcupiscibilis sunt bonū & malū absolute: obiecta aūt passionum irascibilis sunt bonū & malū cum quadā elevatione & arduitate. dictū est autem q̄ ira respicit duo obiecta. s. vindictā quā appetit: & cum ō quo vindictā querit: & circa vtrūq̄ quandā arduitatē ira requirit: nō enim insurgit motus ire nisi aliqua magnitudine circa vtrūq̄: quecūq̄ enim nihil sunt aut modica valde: nullo modo digna estimamus vt dicit phs in. 2° rhetoricoꝝ: vñ manifestuz est q̄ ira non est in ꝓcupiscibili sed in irascibili. ¶ Ad pmū ḡ dicendū q̄ tullius libidinē noīat appetitum cuiuscūq̄ boni futuri nō habita discretione ardui uel nō ardui: & fm hoc ponit iram sub libidine: in q̄tum est appetitus vindicte: sic autez libido cōis est ad irascibilē & cōcupiscibilem. ¶ Ad secundū dicendū q̄ ira dicit crescere in odiū: nō q̄ eadē numero passio que prius fuit ira postmodū fiat odiū per quandā inueterationē: sed p quandā causalitatem: ira enim p diuturnitatē causat odium. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ ira dicit cōponi ex tristicia & desiderio: non sicut ex partibus: sed sicut ex causis: dictū est autē supra q̄ passiones ꝓcupiscibilis sunt cause passionū irascibilis.

Ad quartuz sic pro

cedit. Videt q̄ ira nō sit cum ratione Ira enim cum sit passio quedā ē in appetitu sensitiuo: sed appetitus sensitiuꝰ nō sequitur rationis apprehensionē: sed sensitiue partis: ḡ ira nō est cū rone. ¶ Preterea alia bruta carēt ratione: & tñ in eis inuenit ira: ḡ ira nō est cū ratione ¶ Preterea ebrietas ligat rōnez: adiuuat aūt ad irā: ḡ ira nō est cū rone. ¶ Sed ꝓtra est quod phs

dicit in. 7° ethicoꝝ: q̄ ira ꝓsequit rationē aliqualr
¶ Respōdeo dicendū q̄ sicut supra dictū est: ira ē appetitus vindicte: hoc aūt collationez importat pene infligende ad nocumentū sibi illatū: vnde in 7° ethicoꝝ dicit pbs q̄ syllogizās conferēdo: qm̄ oportet totaliter oppugnare irascit ꝓfestim: cōferre aūt z syllogizare est rōnis: z ideo ira est quodā modo cū rōne. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ motus appetitiue virtutis pōt esse cuz rōne duplr Uno mō cū rōne ꝓcipiente: z sic volūtas est cū rōne: vñ z dicit appetitus rōnalis. Alio mō cū rōne denūciante: z sic ira est cum rōne. Dicit enim pbs in li° de ꝓblematib⁹ q̄ ira est cū rōne: nō sicut ꝓcipiente rōne: sed vt manifestāte iniuriā: appetitus enim sensitiuus īmediate rōni nō obedit: sed mediante volūtate. ¶ Ad secundum dicendum q̄ bruta aīalia bñt instinctū naturalē ex diuina rōne eis inditū: p quē habēt motus interiores z exteriores siles motib⁹ rōnis: sicut. ꝫ. dictū est. ¶ Ad 3m̄ dō q̄ sicut dicit in. 7° ethicoꝝ: ira audit aliqualit rōnez sicut nunciantē qd̄ iniuriatū est ei: sed nō ꝓfecte audit q: nō obseruat regulā rōnis in rependēdo vindictā ad irā: g̃ requirit aliquis actus rōnis: z additur impedimentū rōnis: vñ pbs dicit in li° de ꝓblematibus q̄ illi q̄ sunt multū ebrij tanq̄ nihil habētes de iudicio rōnis nō irascunt: sed qñ sunt paruz ebrij nascuntur tanq̄ habētes iudiciū rationis sed impeditum.

Quantum sic pro

cedit. Uidetur q̄ ira nō sit naturalior q̄ cōcupiscētia: ꝓpriū enim bois dicitur q̄ sit aīa māsuetū natura: sed mansuetudo opponit ire: ut dicit pbs in. 2° rhetoricoꝝ: g̃ ira nō est naturalior q̄ ꝓcupiscētia: sed oīno videt esse ꝓ hominis naturā. ¶ Preterea rō ꝓ natura diuiditur ea enim que fm rationē agūt nō dicim⁹ fm naturā agere: sed ira est cum rōne: ꝓcupiscētia autem sine rōne: ut dicit in. 7° ethicoꝝ: ergo cōcupiscētia est naturalior q̄ ira. ¶ Preterea ira est appetit⁹ vindicte: ꝓcupiscētia aūt maxime est appetitus delectabiliū fm tactū. ſ. ciboꝝ z venereoꝝ: hec autez sunt magis naturalia homini q̄ vindicta: g̃ concupiscentia est naturalior q̄ ira. ¶ Sed ꝰ est qđ pbs dicit in. 7° ethi. q̄ ira est naturalior q̄ concupiscētia. ¶ Rñdeo dd̄ q̄ naturale dicit illud quod causatur a natura: ut patet in. 2° phi. vnde vtrū aliqua passio sit magis uel minus naturalis: ꝓsiderari nō potest nisi ex cā sua. Causa aūt passionis: ut. ꝫ. dictū est: dupliciter accipi potest. Uno modo ex parte obiecti. alio mō ex parte subiecti. Si ergo ꝓsideretur cā ire z ꝓcupiscētie ex parte obiecti: sic cōcupiscentia z maxime ciboꝝ z venereoꝝ naturalior est q̄ ira: inq̄tū ista sunt magis naturalia q̄ vindicta. Si aūt ꝓsideret cā ire ex parte subiecti sic q̄ dāmodo ira est naturalior: z quodāmodo cōcupiscētia. Potest enī nā alicui⁹ bois ꝓsiderari uel fm naturā generis: vel fm naturā speciei: uel fm complexionē ꝓpriam indiuidui. Si igit consideret natura generis: que est natura hui⁹ bois inq̄tum est animal: sic naturalius est ꝓcupiscentia q̄ ira: q: ex ipsa natura cōmuni habet hō quandaz inclinationem ad appetendū ea que sunt cōseruatiua vitevl fm speciē vel fm indiuiduū. Si autē ꝓsideremꝰ naturam bois ex parte speciei. ſ. inq̄tum est rōnalis: sic ira est magis naturalis homini q̄ ꝓcupiscentia inq̄tum ira est cum rōne magis q̄ concupiscētia: vnde pbs dicit in. 4° ethicoꝝ: q̄ humanius est magis punire quod ptinet ad irā q̄ mansuetū eē: vnū quodq̄ enim naturaliter insurgit ptra ptraria z nociua. Si vero consideret natura hui⁹ indiuidui fm ꝓpriā complexionē: sic ira naturalior est q̄ ꝓcupiscentia: quia. ſ. habitudinē naturalez ad irascendum: que est ex cōplexione magis de facili sequit ira q̄ ꝓcupiscētia uel aliqua alia passio. Est enim homo dispositus ad irascendū fm q̄ habet colericam complexionē. colera autē inter alios humores citius mouet: assimilatur enī igni: z ideo magis est in ꝓptu: z ille qui est dispositus fm naturalem complexionē ad irā q̄ irascat q̄ de eo q̄ est dispositus ad cōcupiscendū q̄ concupiscat: z ꝓpter hoc pbs dicit in. 7° ethicoꝝ q̄ ira magis traducitur a parentibus in filios q̄ concupiscentia. ¶ Ad ꝑmū g̃ dicendum: q̄ in homine cōsiderari potest z naturalis cōplexio ex parte corporis: que est temperata: z ipsa ratio. Ex parte igitur cōplexionis corporalis naturaliter hō fm suā speciem est nō habens superexcellentiaz: neq̄ ire: neq̄ alicuius alterius passionis: ꝓpter temperamentum sue cōplexionis: alia vero aīalia fm q̄ recedūt ab hac qualitate cōplexionis ad dispositionē alicui⁹ cōpositionis extreme: fm hoc etiā naturaliter disponūtur ad excessuz alicuius passionis: uel leo ad audaciā: canis ad irā: lepus ad timorē: z sic d̄ aliis Ex parte vero rationis est naturale homini z ira sci: z mansuetū esse: fm q̄ ratio quodāmodo causat iram: inq̄tum nūciat causam ire: z quodāmodo sedat irā: inq̄tum iratus nō totaliter audit imperiū rōnis: ut. ꝫ. dictū ē. ¶ Ad secundū dicendū q̄ ipsa ratio ptinet ad naturā bois: vñ ex hoc ipso q̄ ira est cū ratione: sequit q̄ fm aliquē moduz sit homini naturalis. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ ratio illa ꝓcedit de ira z de ꝓcupiscētia ex parte obiecti.

Sextum sic proce

ditur. Uidet q̄ ira sit grauior q̄ odiū Dicit enim ꝓuer. 27° q̄ ira nō hz misericordiā: nec erumpēs furor: odium aūt qñq̄ habet misericordiā: g̃ ira est grauior q̄ odiū. ¶ Preterea maius est pati malū z de malo dolere q̄ simpliciter pati: sed illi q̄ habet aliquē odio sufficit q̄ ille quē odit patiat malū: irato aūt nō sufficit: ſz q̄rit q̄ cognoscat illū: z de illo doleat: ut dicit pbs i 2° rhetoricoꝝ: g̃ ira est grauior q̄ odiū. ¶ Preterea quāto ad ꝓstitutionē alicui⁹ plura ꝓcurrūt: tāto videt esse stabilius: sicut habitus pmanētior est q̄ ex plibus actib⁹ causat: sed ira causat ex concursu pluriū passionū: ut. ꝫ. dictū est: nō aūt odiū: g̃ ira ē stabilior z grauior q̄ odiū. ¶ Sed cōtra est quod aug⁹ in regula: odiū cōpatit trahi: iraz vero festuce.

¶ Respōdeo dicendū q̄ species passionis ⁊ ratio ipsi⁹ ex obiecto pensant: est autē obiectū ire ⁊ odij̄ idē subiecto. nā sicut odiēs appetit malū ei quem odit: ita iratus ei ꝯ quē irascit: sed nō eadē rōne: q̄z odiēs appetit malū inimici in q̄ tū est malū: iratus aūt appetit malū ei⁹ ꝓtra quē irascit: nō in q̄ tuz est malū: sed in q̄ tū habet quandā rōnem boni. s. ꝑ put estimat illud esse iustū in q̄ tum est vindicatiuum: vnde etiā supra dictū est q̄ odiū est p applicatiōez mali ad malū: ira aūt p applicationē boni ad malum. ¶ Manifestū est autē q̄ appetere malū sub rōne iusti minus habet de rōne mali q̄ velle malum alicuius simpliciter. Velle eniz malū alicui⁹ sub rō ne iusti pōt cē etiā sm̄ virtutē iusticie: si p̄cepto rōnis obtēperet: sed ira in hoc solū deficit q̄ nō obedit rōnis p̄cepto in vlciscēdo: vñ manifestū est q̄ odiū ē multo deteri⁹ ⁊ graui⁹ q̄ ira. ¶ Ad p̄imuz ergo dicēdū q̄ in ira ⁊ odio duo possunt ꝓsiderari. s. ipsum qđ desiderat: ⁊ intēsio desiderij̄. Quantū igit ad id qđ desiderat: ira habet magis miseri cordiā q̄ odiū q⁹ eni odiū appetit malū alteri⁹ sm̄ se: nulla mēsura mali satiat: ea enim que sm̄ se appetunt sine mēsura appetunt: ut phs dicit in p̄mo politice: sicut auarus diuitias. Vñ dicit ecc. 12° Inimicus si inuenerit tēpus nō satiabit sanguine: sed ira nō appetit malū nisi sub rōne iusti vindicatiui vñ q̄ malū illatū excedit mensurā iusticie sm̄ estimationē irascētis: tūc miseret: vñ phs dicit i. 2° rhetoricoꝝ: q̄ iratus si fiāt multa miserebit: odiēs aūt ꝑ nullo. Quantū vero ad intensionē desiderij̄ ira magis excludit misericordiā q̄ odiū: quia motus ire est impetuosi⁹ ꝑpter colere inflationē. Unde statim subditur. Impetū ꝓcitati pſūs ferre qs poterit. ¶ Ad secundū dicendū q̄ sicut dictū est: ira tus appetit malū alicui⁹ in q̄ tum habet rationē iusti vindicatiui: vindicta autez fit p illationē pene. Est autē ō rōne pene q̄ sit ꝓtraria volūtati ⁊ q̄ sit afflictiua: ⁊ q̄ ꝑ aliq̄ culpa inferat: ⁊ ideo irat⁹ hoc appetit: ut ille cui nocumentū infert ꝓcipiat ⁊ dolear: ⁊ q̄ cognoscat ꝑpter iniuriā illatā sibi hoc ꝑpuenire. Sed odiēs de hoc nihil curat: q̄z appetit malum alterius in q̄ tum huiusmodi: nō est autē verū q̄ id de quo quis tristat sit peius: iniusticia enim ⁊ imprudētia cum sint mala: q̄z tñ sunt volūtaria: nō contristāt eos quib⁹ insunt: ut dicit phs in. 2° rhetoricoꝝ. ¶ Ad tertium dicendū q̄ id qđ ex plurib⁹ causis causat: tūc est stabilius quādo cause accipiuntur vni⁹ rōnis: sed vna cā pōt ꝑpualere multis aliꝭs: odiū autē ꝑuenit ex pmanētiori cā q̄ ira: nam ira ꝑuenit ex aliq̄ cōmotione animi ꝑpter lesionē illatā: sed odiū ꝑcedit ex aliq̄ dispositione homis sm̄ quā reputat sibi cōtrariū ⁊ nociuū id qđ odit: ⁊ ideo sicut passio citius transit q̄ dispositio vel habitus: ita ira citius trāsit q̄ odiū: quāuis etiam odiū sit passio ex tali dispositione prouenies: ⁊ ꝑpter hoc phs dicit in. 2° rhetoricoꝝ: q̄ odiū est magis insanabile q̄ ira.

℣ septimū sic pro

ceditur. Videtur q̄ ira nō solū sit ad illos ad quos est iusticia: nō enim est iusticia hois ad res rōnales: sed tñ hō q̄nq̄ irascit reb⁹ irrationabilibus: puta cum scriptor ex ira p̄cit pennā: vl eques p̄cutit equū: g̃ ira nō solū ē ad illos ad quos est iusticia. ¶ Preterea nō est iusticia hois ad seipsum: nec ad ea que suiipsius sunt: ut dicitur in 5° ethicoꝝ: sed hō q̄nq̄ sibiipsi irascit: sicut penitens ꝑpter peccatū: vñ dicit in ps. Irascimini ⁊ nolite peccare: ergo ira nō solum est ad quos est iusticia. ¶ Preterea iusticia ⁊ iniusticia potest esse alicui⁹ ad totū aliqđ gen⁹: uel ad totā aliquā coitatez: puta cum ciuitas aliquē lesit: sed ira non est ad aliqđ genus sed solū ad aliqđ singulariū vt dicit phs i. 2° rhetoricoꝝ: g̃ ira nō ꝑprie est ad quos est iusticia ⁊ iniusticia. ¶ Sed cōtrariū accipi pōt a phō in. 2°. rhetoricoꝝ. ¶ Respōdeo dicendū q̄ sicut. s. dcm̄ est: ira appetit malū in q̄ tum habet rōnez iustivindicatiui: ⁊ ideo ad eos dē est ira ad quos est iusticia ⁊ iniusticia. Nā inferre vindictā ad iusticiā pertinet: ledere autē aliquē ptinet ad iniusticiā vñ tā ex parte cause que est lesio illata ab altero: q̄ etiā ex parte vindicte eius quā appetit iratus manifestuz est q̄ ad eos dē ptinet ira: ad quos iusticia ⁊ iniusticia. ¶ Ad p̄imū ergo dicendū q̄ sicut. s. dictū est ira q̄ uis sit cum rōne: pōt tñ etiā esse in bꝛutis aialibus que rōne carēt: in q̄ tum naturali instinctu p imaginationē mouent ad aliq̄d sile operib⁹ rōnis. Sic igit cū in hoie sit ⁊ ratio ⁊ imaginatio: dupl⁹ in hoie pōt motus ire insurgere. Uno mō ex sola imaginatiōe nūciante lesionē. ⁊ sic insurgit aliquis motus ire etiā ad res irrōnales ⁊ inanimatas sm̄ similitudinē illius motus q̄ est in aialibus ꝯ quodlibet nociuū. Alio mō ex rōne nūciante lesionez: ⁊ sicut phs dicit in. 2°. rhetoricoꝝ: nullo mō potest esse ira ad res insensibiles: neq̄ ad mortuos: tū q̄z nō dolent: quod maxime querūt irati in eis quib⁹ irascūtur: tum etiā q̄z nō est ad eos vindicta cū eorum nō sit iniuriā facere. ¶ Ad secundū dicendū q̄ sicut phs dicit in. 5° ethicoꝝ quedā metaphoꝛica iusticia ⁊ iniusticia est hois ad seipsum in q̄ tuz scilicet rō regit irascibilē ⁊ concupiscibilē: ⁊ secdm hoc etiā homo dicit de seipso vindictā facere: et p cōsequēs sibiipsi irasci: ꝑprie aūt ⁊ p se nō ꝓtingit aliquē sibiipsi irasci. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ sicut phs in. 2° rhetoricoꝝ assignat vnā differentiā inter odiū ⁊ irā: q̄ odiū pōt esse ad aliqđ gen⁹: sicut habemus odio oē latronū gen⁹: sed ira nō est nisi ad aliquod singulare: cuius rō est: q̄z odiū causat ex hoc q̄ qualitas alicui⁹ rei apprehēdit: ut dissonās nostre dispositioni: ⁊ hoc pōt esse vel in vli: vel in particulari: sed ira causat ex hoc q̄ aliquis nō lesit p suū actū: act⁹ aūt oēs sunt singulariū: ⁊ iō ira semp est circa aliqđ singulare: cū autē tota ciuitas nos lesērit: tota ciuitas cōputat sic vnū singulare.

℣ octauuz sic pro

ceditur. Videtur q̄ damas. inconuenienter assignet tres spēs ire. s. fel: maniā ⁊ furorē. Nullus enim generis spēs diuersificātur sm̄ aliqđ accidēs: sed ista tria diuersificant sm̄

aliquod accidēs: ꝓncipiū eni motus ire fel vocat ira aūt ꝑmanens dicit mania: furor autē est ira ob seruās tempus in vindictā: g̃ nō sunt diuerse spēs ire. ¶ Preterea tullius in. 4°. de tusculanis questionibus dicit: q̄ excandescētia grece dicitur scis mos: z est ira modo nascens z modo desistēs: scis mos aūt ſm damas. est idē qđ furor: nō g̃ furor tēpus querit ad vindictā: ſz tpe deficit. ¶ Preterea greg. 21° moraliū ponit tres gradus ire. s. iram sine voce: z irā cum voce: z irā cum verbo exꝓſſo: ſm illa tria que dñs ponit matth. 5° Qui irascit fratri suo: vbi tangit ira sine voce: z postea subdit. Qui dixerit fratri suo racha. vbi tangit ira cū voce: ſz necdū pleno verbo formata. Et postea dicit: Qui aūt dixerit fratri suo fatue. vbi explet vox perfectione sermonis: g̃ insufficiēter diuisit damas. iraz nihil ponēs ex parte vocis. ¶ Sed ꝓtra est auctoritas damas. z greg. nice. ¶ Respōdeo dicendū q̄ tres spēs ire quas damas. ponit: z etiā grego. nice. sumunt ſm ea que dant ire aliqđ augmentū: qđ q̄dem ꝓtingit tripliciter. Uno mō ex facultate ipsi⁹ motus: z talem irā vocat fel: quia cito accenditur Alio mō ex parte tristicie causantis iraz: q̄ diu in memoria manet: z hec ptinet ad maniā q̄ a manēdo dicit. Tertio ex parte eius qđ iratus appetit. s. vindicte z hec ptinet ad furorē q̄ nunq̄ quiescit donec puniat: vñ pbs in. 4° ethicoꝝ quosdā irascentiū vocat acutos: q̄ cito irascunt: quosdā amaros q̄ diu retinēt irā: quosdā difficiles q̄ nunq̄ quiescūt nisi puniāt. ¶ Ad ꝑmū g̃ dicendū q̄ oia illa ꝑ que ira recipit aliquā ꝑfectionē: non oino ꝑ accns se hñt ad irā: z ideo nihil ꝓhibet ſm ea spēs ire assignari. ¶ Ad secundū dicendum q̄ excandescentia quā tullius ponit: magis videt ptinere ad ꝑmā speciē ire que perficit ſm velocitatē ire: q̄ ad furorem: nihil autem ꝓhibet q̄ thymos grece qui latine furor dicit vtrūq̄ ꝓportet: z velocitatē ad irascendū: z firmitatē ꝓpositi ad puniendum. ¶ Ad tertium dicendū q̄ gradus illi ire distinguūtur ſm effectum ire: nō aūt ſm diuersam perfectionē ipsi⁹ motus ire. Questio. xlvij.

Einde cōsidē

randū est de causa affectiua ire z de remedijs eius: z circa hoc queruntur quattuor. Primo vtr̄ semper motiuū ire sit aliquid factum: contra eū qui irascit. Secūdo vtrū sola paruipensio uel despectio sit motiuū ire. Tertio de cā ire ex parte irascentis. Quarto de cā ire ex parte eius ꝓtra quē aliqs irascitur.

¶ primum sic ꝓ

ceditur. Uidetur q̄ non semper aliqs irascat ꝓpter aliquid cōtra se factum. Homo enim peccādo nihil cōtra deum facere pōt. Dicit enim iob. 35° Si multiplicate fuerint iniqtates tue: quid facies ⁊ illū: dicit tū deus irasci cōtra hoies ꝓpter peccata: ſm illud ꝑs. Iratus est furore dñs in populū suū: ergo nō semp aliquis irascit ꝓpter aliquid cōtra se factū. ¶ Preterea ira ē appetitus vindicte: sed aliquis appetit vindictā facere etiā de his que cōtra alios fiūt: ergo nō semper motiuū ire est aliquid ⁊ nos factū. ¶ Preterea sicut phūs dicit in. 2° rhetoricoꝝ: hoies irascūtur ꝑcipue ⁊ eos q̄ despiciūt ea circa q̄ ipsi maxime studēt: sicut q̄ studēt in philosophia irascunt ⁊ eos q̄ philosophiā despiciūt: z sic̄ est in alijs: ſz despicere philosophiā non est necesse ipsi studenti: non ergo semper irascimur ꝓpter id quod contra nos fit. ¶ Preterea ille qui tacet ꝓtra ꝓtumeliantē magis ipsum ad irā ꝓuocat: ut dicit chr̄ysostom⁹: sed in hoc ⁊ ipsum nihil agit q̄ tacet: g̃ nō semp ira alicuius ꝓuocatur ꝓpter aliqđ qđ cōtra ipsū fit. ¶ Sed ⁊ ē qđ phs dicit in 2° rhetoricoꝝ: q̄ ira fit semp ex his que ad seipsum: inimicitia autez z sine his q̄ ad ipsum. si eni putemus talez esse odimus. ¶ Respondeo dicendū q̄ sicut supra dictū est: ira est appetitus nocēdi alteri sub rōne iusti vindicatiui: vindicta autē locū nō habet nisi vbi ꝑcessit iniuria: nec iniuria ois ad vindictā ꝓuocat: ſz illa sola que ad eū ptinet qui appetit vindictā. sicut enim vnūquodq̄ naturaliter appetit ꝓpriū bonum: ita etiā naturaliter repellit ꝓpriū malū: iniuria autez ab aliquo facta nō pertinet ad aliquē nisi aliqđ fecerit qđ aliquo modo sit ꝓtra ipsum: vnde sequit q̄ motiuū ire alicuius semp sit aliqđ ⁊ ipsum factum. ¶ Ad ꝓmū ergo dicendū q̄ ira non dicit in deo ſm passionē animi: ſz ſm iudiciū iusticie: ꝑ quod vult vindictam facere de pcō: pcōr eni peccādo deo nihil nocere effectiue pōt: tñ ex parte sua dupl'r ⁊ deū agit. Primo quidē inq̄ tū cū in suis mādatis contēnit. 2° inq̄ tū nocumentū aliqđ infert alicui vl' sibi uel alteri: qđ ad deum ptinet: ꝑ quē illē cui nocumētū ifert sub dei ꝓuidētia z tutela ꝓtinet. ¶ Ad secundū dicendū q̄ irascimur ⁊ illos q̄ alijs nocēt z vindictā appetim⁹ inq̄ tū illi quib⁹ nocet aliquo mō ad nos ptinēt: vel ꝑ aliquā affinitatē: vel ꝑ amicitiā vel saltē ꝑ cōionē nature. ¶ Ad 3^m^ dō q̄ id in quo maxime studem⁹: reputam⁹ esse bonū nostrū z ideo cum illud despicitur reputamus nos quoq̄ despici: z arbitramur nos lesos. ¶ Ad quartū dicendum q̄ tunc aliquis tacens ad iram ꝓuocat iniuriantē: quādo videt ex contēptu tacere: q̄si paruipendat alterius iram: ipsa autē paruipensio quidam actus est.

¶ secundū sic ꝓ

ceditur. Uidet q̄ nō sola puipēsio vel despectio sit motiuū ire. Dicit eni damas. q̄ iniuriaz passi uel estimātes pati irascimur: sed hō pōt iniuriā pati etiā absq̄ despectu vl' paruipēsione: ergo nō sola paruipēsio est ire motiuū. ¶ Preterea ciusdē est appetere bonorē z ꝓtristari de paruipēsiōe: ſz bruta aialia nō appetūt bonorē: g̃ nō ꝓtristant de paruipēsione: z tñ in eis ꝓuocat ira ꝑ hoc q̄ vulnerant: ut dicit phs in. 3°. ethicoꝝ: g̃ nō sola paruipēsio videt cē motiuū ire. ¶ Preterea phs in. 2° rhetoricoꝝ ponit multas

alias cās ire: puta obliuionē ⁊ exultatiōem in iſor tunijſ: denoiationē maloꝝ: ipedimētū ꝓfide ꝓprie volūtatis: nō ergo ſola puipēſio eſt ꝓuocatiuum ire. ¶ Sed cōtra eſt q⁹ pbus dicit in .2°. rhetoꝛico rū: q⁹ ira eſt appetit⁹ cū triſticia punitiōis: ꝓpter apparētē puipēſionē nō cōueniēter factā. ¶ Rñ. dō. q⁹ oēs cauſe ire reducūtur ad puipēſionē. ſunt eni tres ſpēs puipēſitōis. vt dicit in .2°. rhetoꝛico ꝝ ſ. deſpect⁹: epireaſm⁹. i. impedimētū volūtatis implende: ⁊ cōtumeliatio: ⁊ ad hec tria oīa motiua ire reducūtur. Cui⁹ rō pōt accipi duplex. ¶ Prima eſt q⁹ ira appetit nocumētū alterius inq̄tū hō hz rōnē iuſti vindicatiui: ⁊ iō intm q̄rit vindictā inq̄tū videt eſſe iuſta. iuſta aūt vindicta nō fit niſi de eo qđ eſt iniuſte factū: ⁊ ideo ꝓuocatiuū ad irā ſp eſt aliq̄d ſub rōne iniuſti. vñ dicit pbs in .2°. rhetoꝛico ꝝ. q⁹ ſi hoies putauerint eos qui leſerūt cē iuſte paſſos: nō iraſcūtur. nō eni fit ira ad iuſtū. Cōtingit aūt tripliciter nocumētū alicui inferri. ſ. ex ignoꝛātia ex paſſiōe: ⁊ ex electione. Tūc eni aliq̄s maxie iniuſtū facit: qñ ex electōe vel induſtria: vl ex certa malicia nocumētū iſert: vt dicit in. 5. eth. ⁊ ideo maxime iraſcimur ꝓtra illos quos putam⁹ ex induſtria nobis nocuiſſe. Si eni putemus aliq̄s vel p ignoꝛātiā: vel ex paſſiōe nobis intuliſſe iniuriā: vel nō iraſcimur ꝑ cos vel multo min⁹. agere eni aliquid ex ignoꝛātia: vel ex paſſione diminuit rōnē iniurie: ⁊ eſt quodāmō ꝓuocatiuū miſericoꝛdie ⁊ venie. illi aūt qui ex induſtria nocumētū inferunt: ex cōtēptu peccare videt: ⁊ ideo ꝑ eos maxime iraſcimur: vnde pbs dicit in .2°. rhetoꝛico ꝝ. q⁹ his qui ꝓpter irā aliq̄d fecerūt: aut ñ iraſcimur aut min⁹ iraſcimur. nō eni ꝓpter puipēſionē videtur egiſſe. Scōa rō eſt: q⁹ puipēſio excellētie hois opponit. q̄ eni hoies nullo modo putāt digna cē puipēdunt: vt dicit in .2°. rhetoꝛico ꝝ. Ex oib⁹ aūt bonis noſtris aliquā excellentiā q̄rimus: ⁊ iō qō cūq; nocumētuz nobis inferatur inq̄tū excellētie derogat: videtur ad puipēſionē ptinere. ¶ Ad p̄mū ergo dō. q⁹ ex quacūq; aliqua cauſa aliq̄s iniuriā patiat q̄ ex contemptu: illa cā minuit rōnem iniurie: ſed ſolus contēptus vel puipēſio rōnē ire auget: ⁊ ideo eſt per ſe cā iraſcendi. ¶ Ad ſcōm dō. q⁹ hz animal brutū non appetat honoꝛē ſub rōne honoris. appetit tñ naturaliter quādā excellentiā: ⁊ iraſcitur cōtra ea que illi excellētie derogāt. ¶ Ad tertiū dō. q⁹ oēs ille cāe ad quādā puipēſionē reducūtur. obliuio eni puipēſionis eſt euidens ſignū. ea eni que magna eſtimam⁹: magis memorie inſigimus. Similiter ex quadā puipēſiōe eſt q⁹ aliquis nō vereatur cōtriſtare aliquē: denūciādo ſibi aliqua triſticia: qui etiā in infoꝛtunijs alicuius hilaritatis ſigna oſtēdit: videt parū curare de bono vel malo eius. Similiter etiā qui ipedit aliquē a ſui ꝓpoſiti aſſecutiōe nō ꝓpter aliquā vtilitatez ſibi inde ꝓueniētē: nō videt multū curare de amicitia eius: ⁊ ideo oīa talia inquātū ſunt ſigna contemptus: ſunt ꝓuocatiua ire.

ℬ tertium ſic ꝓceditur. Videt⁹ q⁹ excellentia alicuius non ſit cā q⁹ facilius iraſcatur. Dicit enim pbs in .2°. rhetoꝛico ꝝ. q⁹ maxime aliqui iraſcuntur cum triſtātur vt infirmi ⁊ egentes ⁊ qui non habent id quod cō cupiſcunt: ſed omnia iſta ad defectū pertinere videntur: ergo magis facit ꝓnū ad iram defectus q̄ excellentia. ¶ Preterea philoſophus ibidem q⁹ tunc aliqui maxime iraſcuntur quādo in eis deſpicitur id de quo poteſt eſſe ſuſpitio q⁹ vel iſit eis vel q⁹ inſit eis debiliter: ſed cum putant ſe multuz excellere in illis in quibus deſpiciūtur: non curat ſed predicta ſuſpitio ex defectu ꝓuenit: ergo defectus eſt magis cauſa q⁹ aliquis iraſcatur q̄ excellentia. ¶ Preterea ea que ad excellentiam pertinent maxime faciunt homines iocundos ⁊ bone ſpei eſſe. ſed pbus dicit in ſecūdo rhetoꝛico ꝝ. q⁹ in ludo: in riſu: in feſto: in proſperitate: in conſūmatiōe operum: in delectatione non turpi: ⁊ in ſe optima homines non iraſcūtur: ergo excellentia nō eſt cauſa ire. ¶ Sed contra eſt quod pbus in eodem libꝛo dicit: q⁹ homines ꝓpter excellentiam indignantur. ¶ Reſpondeo dicēduz. q⁹ cauſa ire in eo qui iraſcit dupliciter accipi poteſt. Uno modo ſecundum habitudinem ad motiuum ire: ⁊ ſic excellentia eſt cauſa vt aliquis de facili iraſcatur. eſt enim motiuuz ire iniuſta paruipenſio: vt dictū eſt. conſtat autem q⁹ quanto aliquis eſt excellentioꝛ: iniuſtus paruipenditur in hoc in quo excellit: ⁊ ideo illi qui ſunt in aliqua excellentia: maxime iraſcuntur ſi paruipendantur: puta ſi diues paruipenditur in pecunia. ⁊ rhetoꝛ in loquēdo: ⁊ ſic de alijs. Alio modo poteſt conſiderari cauſa ire in eo qui iraſcitur ex parte diſpoſitiōis que in eo relinquitur ex tali motiuo. manifeſtū eſt autez q⁹ nihil mouet ad iram niſi nocumentuz quod contriſtat ea autem que ad defectū ptinent maxime ſunt cōtriſtātia: quia hoies defectibus ſubiacētes facili⁹ leduntur. Et iſta eſt cā quare hoies qui ſunt infirmi vel in alijs defectib⁹ facilius iraſcūtur: q⁹ facilius cōtriſtant. Et per hoc patet rñſio ad primum. ¶ Ad ſcōm dō. q⁹ ille qui deſpicitur in eo in quo manifeſte multū excellit: nō reputat ſe aliquaz iacturā pati: ⁊ ideo nō cōtriſtatur ⁊ ex hac pte minus iraſcitur: ſed ex alia pte iquātū indign⁹ deſpicitur: habet maiorē rōnem iraſcendi: niſi forte reputet ſe nō iuideri vel ſubſannari ꝓpter deſpectū ſed ꝓpter ignoꝛantiā: vel ꝓpter aliud huiuſmodi ¶ Ad tertiuz dicendū. q⁹ oīa illa ipediunt irā inquātū ipediūt triſticiā: ſz ex alia pte nata ſūt ꝓuocare irā fm q⁹ faciūt hoiem incōueniēti⁹ deſpici.

ℬ quartuz ſic ꝓceditur. Videt⁹ q⁹ defectus alicui⁹ nō ſit cauſa: vt contra ipm facilius iraſcamur. Dicit eni pbs in .2°. rhetoꝛi. q⁹ his qui cōfitent⁹ ⁊ penitent ⁊ humiliant⁹ non iraſcimur: ſed magis ad eos miteſcimus. vnde ⁊ cancs non mordent eos qui reſident: ſed hoc ptinet ad paruitatē ⁊ defectuz: ergo paruitas alicuius eſt cauſa vt minus iraſcamur. ¶ Preterea nullus eſt maioꝛ de-

fectus q̄ mortis: sed ad mortuos desinit ira: ergo defectus alicuius non est causa puocatiua ire contra ipm. ¶ Preterea nullus estimat aliquem paruum: ex hoc q est sibi amic⁹: sed ad amicos si nos offenderint: vel si non iuuerint magis offendimur vnde dicit in ps. Si inimicus meus maledixisset mihi. sustinuissem vtiq; ergo defectus alicui⁹ non est causa vt contra ipm facilius irascamur. ¶ Sz cōtra est qđ phs in .2°. rhetoricoꝝ. q̄ diues irascit contra pauperē si eum despiciat: z principans cōtra subditū. ¶ Rn. dō. q̄ sicut iam supra dictū est. indigna despectio est maxime puocatiua ire: defectus igitur vel paruitas eius contra quem irascimur: facit ad augmentū ire inq̄tū auget indignaz despectionē. sicut enim quāto aliquis est maior tāto indignius despicitur: ita inquāto aliquis est minor tāto indigniꝰ despicit: z ideo nobiles irascūt si despiciant a rusticis: vel sapientes ab insipientibus: vel domini a seruis. Si vero paruitas vel defectus diminuat despectionē indignā: talis paruitas non auget sed diminuit irā: z hoc mō illi q̄ penitent de iniurijs factis z cōfitent se male fecisse: z humiliant z veniā petunt: mitigant iram. Fm illud puer. 15°. Responsio mollis frangit iram: inq̄tum. s. tales vident nō despicere: sed magis magni pendere eos quibus se humiliant. z per hoc patet rnsio ad primū. ¶ Ad secundū dō q̄ duplex ē cā quare ad mortuos cessat ira. Una q̄ non pñt dolere z sentire: qō maxime querūt irati in his quibus irascūtur. Alio modo q̄ iam vident ad vltimum malorꝝ peruenisse. vnde etiam ad quoscūq; grauiter lesos cessat ira: inquātū corꝝ malū excedit mēsuram iuste retributionis. ¶ Ad tertiū dō q̄ etiā despectio que est ab amicis videtur esse magis indigna: z ideo ex simili causa magis irascimur contra eos si despiciant vel nocendo: vel non iuuādo sicut z contra minores. Questio. xlvij.

Einde cōsideranduz est de effectibus ire

Et circa hoc querūtur q̄ttuor. Primo vtruz ira causet delectationē. Secūdo vtrū maxime causet feruorem in corpore. Tertio vtrum maxime impediat rationis vnum. Quarto vtrū causet taciturnitatem.

Primum sic proceditur.

Videtur q̄ ira non causet delectationem. Tristicia enim delectationem excludit: sed ira est semper cum tristicia: q̄ vt dicit in .7°. ethicoꝝ. omnis qui facit aliq̄d p̄ter iram facit tristatus. ergo ira non causat delectationē. ¶ Preterea phs dicit in .3°. ethicoꝝ. q̄ punitio quietat impetū ire: delectationē p̄ tristicia faciens: ex quo potest accipi q̄ delectatio irato p̄uenit ex punitione. punitio aūt excludit iram: ergo adueniente delectatione ira tollitur: non est ergo effectus delectationi coniunctus. ¶ Preterea nullus effectus impedit cām suam: cum sit sue cāe cōformis: sed delectationes impediūt iram: vt dicitur in .2°. rhetoricoꝝ: ergo delectatio non est effectus ire. ¶ Sed ꝓtra est q̄ phs in eodem libro inducit puerbiū: q̄ ira multo dulcior melle distillante in pectoribus virorum crescit. ¶ Respōdeo dō q̄ sicut phs dicit in .7°. ethicoꝝ. delectatiōes maxime sensibiles z corpales sunt medicine quedam contra tristiciā: z ideo quāto per delectationē cōtra maiorem tristiciā vel anxietatē remediuz prestatur: tanto delectatio magis percipit: sicut patz q̄ quādo aliquis sitit delectabilior fit ei pot⁹. Unde manifestum est aūt ex predictis q̄ motus ire insurgit ex aliqua illata iniuria contristante: cui quidē tristicie remediū adhibet per vindictā: z ideo ad p̄sentiam vindicte delectatio sequitur: z tanto maior q̄to maior fuit tristicia. Si igitur vindicta fuerit pñs realiter fit perfecta delectatio que totaliter excludit tristiciā: z per hoc quietat motum ire: sz antequā vindicta sit pñs realiter fit irascenti p̄sens dupliciter. Uno modo per spem: q̄ null⁹ irascitur nisi speras vindictā: vt supra dictū est. Alio modo fm continuam cogitationē. vnicuiq; enim cōcupiscēti est delectabile immorari in cogitatione eoꝝ que concupiscit: ꝓpter quod etiam imaginationes somnioꝝ sunt delectabiles: z ideo cum iratus multum in animo suo cogitet de vindicta ex hoc delectatur: tamē delectatio non est pfecta que tollat tristiciā: z per cōsequēs iram. ¶ Ad p̄muz g̃ dō. q̄ non de eodem iratus tristatur z gaudet: sed tristatur de illata iniuria. delectatur autez de vindicta cogitata z sperata: vñ tristicia se habet ad iram sicut principiū: sed delectatio sicut effectus vel termin⁹. ¶ Ad scōm dō. q̄ obiectio illa ꝓcedit de delectatiōe que causat ex reali pñtia vindicte: que totaliter tollit irā. ¶ Ad tertiū dicē duz q̄ delectatiōes ꝓcedētes impediūt ne sequatur tristicia: z p̄ pñs impediūt irā: sed delectatio de vindicta consequitur ipsam.

Dsecundū sic proceditur.

Videt q̄ feruor nō sit maxime effect⁹ ire. Feruor enī sicut s̄ dictū est ptinet ad amorē: sz amor sicut s̄ dictū est: p̄ncipiū est z cā oīum passionū: cū ergo cā sit potior effectū videt q̄ ira non faciat maxime feruorē. ¶ Preterea illa que de se excitant feruorē per tpis assiduitatē magis augētur sicut amor diuturnitate cōualescit: sed ira ptractū tpis debilitat. Dicit enī phs in .3. rhetoricoꝝ. q̄ tps quietat iram. ergo ira non p̄prie causat feruorē. ¶ Preterea feruor addit⁹ feruori augmētat feruorē: sed maior ira supueniēs facit irā mitescere: vt phs dicit in .2. rhetoricoruz. ergo ira nō causat feruorē. ¶ Sed cōtra est quod Damas. dicit q̄ ira est feruor eius qui circa cor est sanguinis ex euaporatiōe fellis fiēs. ¶ Rn. dō. q̄ sicut dictū est: corporalis transmutatio que est in passionib⁹ aie ꝓportionat motui appetitus: manifestū est aūt q̄ quilibet appetitus etiam naturalis fortius tēdit in id qō est sibi cōtrariū si fuerit pñs

vnde videmus ꝙ aqua calefacta magis cōgelatur quasi frigido vehemētius in calidū agente. motus aūt appetitiu⁹ ire cātur ex aliqua iniuria illata: sicut ex quodā cōtrario iniacente: ⁊ ideo appetitus potissime tendit ad repellēdū iniuriā p appetitu3 vindicte: ⁊ ex hoc sequit magna vehemētia ⁊ ipetuositas in motu ire. Et qz mot⁹ ire nō est p modū retractiōis cui ꝓportionat frigus: sed magis p modū insecutiōis cui ꝓportionat calor: ꝑter fit mot⁹ ire causatiu⁹ cuiusdā feruoris sanguinis ⁊ spūs circa cor qō est instrumētū passiōis aie: ⁊ exinde ē ꝙ ꝓpi magnā pturbatiōem cordis q̄ est in ira: maxime apparēt in iratis indicia q̄dā in exteriorib⁹ mēbris: vñ Greg. dicit. i. 5. moraliū. Ire sue stimulis accensus cor palpitat: cor p⁹ tremit: lingua ꝓpedit: facies igneſcit: exaſpant oculi: ⁊ nequaq̄ recognoſcūtur noti: ore q̄dē clamorē formant: ſz sensus quid loquatur non ignorat. ¶ Ad ꝑmū g̃ dō. ꝙ amor ipse non ita sentit nisi cum eū ꝓdit indigentia vt aug. dicit in. x. de tri. Et ideo qñ hō patitur detrimētū amate excellentie ꝓpter iniuriā illatā magis sentitur amor: ⁊ ideo feruentius cor mutat ad remouendū impedimentū rei amate vt sic feruor ipse amoris per iram crescat ⁊ magis sentiat ⁊ tamen feruor qui cōsequitur calorē alia rōne ptinet ad amorē ⁊ ad iram. Nam feruor amoris est cuz quadā dulcedine ⁊ leuitate est enī in bonū amatū ⁊ ideo assimilatur calori aeris ⁊ sanguinis: ꝓpter hoc sanguinei sunt magis amatiui: ⁊ dicitur ꝙ cogit amare iecur: in quo fit quedam generatio sanguinis: feruor aūt ire est cum amaritudine ad consumendū: qz tendit ad punitionē contrarij: vñ assimilat calori ignis ⁊ colere: ⁊ ꝓpter hoc Damsc. dicit ꝙ procedit ex vaporatione fellis: ⁊ fellea nominatur. ¶ Ad ſm dō. ꝙ omne illud cuius causa per tempus diminuitur: necesse est ꝙ tempore debilitetur. Manifestū est aūt ꝙ memoria tpe diminuitur. que enī antiqua sunt a memoria ō facili excidunt. ira aūt causat ex memoria iniurie illate: ⁊ ideo cā ire p tēpus diminuit paulatim quousq̄ totaliter tollatur. Maior etiā videt iniuria qñ ꝑmo sentitur ⁊ paulatim diminuit eius estimatio: ſz ꝙ magis recedit a pñti sensu iniurie: ⁊ sic̄r etiaz est de amore: si amoris cā remaneat i sola memoria. vnde phs dicit in. 8°. ethi. ꝙ si diuturna fiat amici absentia videt amicitie oblitionē facere: sed in pñtia amici semp per tps multiplicat cā amicitie ⁊ ideo amicitia crescit. Et sic̄r esset de ira si cōtinue multiplicaret cā ipsius. Vñ hocipm ꝙ ira cito cōsumit attestatur vehemēti furori ipsius. sic enī ignis magnus cito extinguit ꝓsūpta materia: ita etiā ira ꝓpter suā vehemētiam cito deficit. ¶ Ad tertiuz dō. ꝙ ois virtus diuisa in plures ptes diminuit: ⁊ ideo qñ aliqs iratus alicui: irascit postmodū alteri: ex hoc ipso diminuit ira ad primū: ⁊ ꝑcipue si ad secūdū fuerit maior ira. nam iniuria que excitauit irā ad primū: videbitur cōparatione secunde iniurie q̄ estimatur maior esse parua vel nulla.

D tertium sic ꝓce-

dit. Videt ꝙ ira non impediat rōnem. Illud. n. quod est cum ratione non videtur esse rōnis impedimentum: sed ira est cum rōne: vt dicit in. 7. ethi cozum. ergo ira non impedit rōnez. ¶ Preterea quanto magis impeditur ratio tanto diminuitur manifestatio: sed phs dicit in. 7. ethico⁹. ꝙ iracūdus non est insidiator: sed manifestus: ergo ira nō videt impedire vsum rōnis sicut cōcupiscētia que ē insidiosa: vt ibidem dicit. ¶ Preterea iudiciū rōnis euidentius fit ex adiūctione ꝓtrarij: qz ꝑria iuxta se posita magis elucescūt: sed ex hoc etiaz crescit ira. dicit enī phs i. 2°. rhetorico⁹ ꝙ magis homines irascūtur si ꝓtraria ꝓexistunt sicut honorati si dehonorentur: ⁊ sic de alīs: ergo ex eodez ira crescit ⁊ iudicium rationis adiuuat: non ergo ira impedit iudiciū rationis. ¶ Sed cōtra est ꝙ greg. dicit in quinto moraliuz. ꝙ ira intelligentie lucem subtrahit cum mentē ꝑmouēdo cōfundit. ¶ Rñ. dō ꝙ mens vel ratio quamuis nō vtatur organo corꝑorali in suo ꝓprio actu: tñ qz indiget ad sui actum quibusdam viribus sensitiuis quoꝝ actus impediūt corꝑore pturbato: necesse est ꝙ pturbationes corꝑorales etiā iudicium rationis impediant: sicut patz in ebrietate ⁊ somno. Dictuz est autem ꝙ ira maxime facit pturbationē corꝑoralem circa cor: ita vt etiam vsq̄ ad exteriora membra deriuetur: vnde ira inter ceteras passiones manifestius impedit iudiciuz rationis: ſm illud ps. Cōturbatus est in ira oculus meus. ¶ Ad ꝑmū ergo dō ꝙ a ratione est principium ire quantuz ad motuz appetitiuū: qui est formalis in ira: sed perfectū iudicium rationis passio ire ꝓoccupat: quasi nō perfecte rationem audiens ꝓpter cōmotionem calozis velociter impellentis: que est materialis i ira: ⁊ quantum ad hoc impedit iudiciū rationis. ¶ Ad scām dicēdū ꝙ iracundus dicitur esse manifestus: non quia manifestū sit sibi quid facere debeat: sed qz manifeste opatur non querēs aliquaz occultationē: qō partim contingit ꝓpter impedimētū rōnis: que nō pōt discernere quid sit occultādū ⁊ quid manifestādū: nec etiā excogitare occultandi vias: partim vero est ex ampliatiōe cordis que ptinet ad magnanimitatē quaz facit ira: vnde ⁊ de magnanimo phs dicit in. 4°. ethico⁹. ꝙ ē manifestus oditor ⁊ amator: ⁊ manifeste dicit ⁊ opatur. cōcupiscētia aūt dicit esse latens ⁊ insidiosa: qz vt plurimū delectabilia que cōcupiscūt: habēt turpitudinē quādā ⁊ mollicē in quibus hō vult latere. in his aūt que sunt virilitatis ⁊ excellētie cuiusmodi sunt vindicte: querit homo manifest⁹ esse ¶ Ad tertiū dō. ꝙ sicut dictū est motus ire a rōne incipit: ⁊ ideo ſm idē apposītio cōtrarij ad ꝓtrarium adiuuat iudicium rōnis: ⁊ auget irā. cum enīz aliquis habet honorē vel diuitias: ⁊ postea incurrit alicuius detrimētū: illud detrimentū apparet maius: tum ꝓpter vicinitatē contrarij. tū qz erat i opinatū: ⁊ ideo causat maiorē tristiciā: sicut etiaz magna bona ex inopinato veniētia: cāt maiorez delectationem: ⁊ ſm augmentū tristicie ꝓcedētis consequenter augetur ⁊ ira.

¶ quartus sic pro

ceditur. Videt q̄ ira non causet taciturnit tē. Taciturnitas enim locutiōi opponitur: sed per crementū ire vsq; ad locutionem puenitur: vt patet per gradus ire quos dominus assignat. Matth. 5°. dicens. Qui irascitur fratri suo: et qui dixerit fratri suo racha: et qui dixerit fratri suo fatue. ergo ira non causat taciturnitatem. ¶ Preterea ex hoc q̄ custodia rōnis deficit contingit q̄ homo prumpat ad verba inordinata: vnde dicit puer. 25°. Sicut vibs patēs et absq; murorum ambitu: ita vir qui non pōt cohibere in loquendo spm̄ suum. sed ira maxime impedit iudicium rōnis: vt dictum est: ergo facit maxime prorfluere in verba inordinata. nō ergo causat taciturnitatem. ¶ Preterea Matth. 12°. dicit. Exabundantia cordis os loquit. sed per iram cor maxime perturbatur: vt dictū est. ergo maxime causat locutionē: non ergo causat taciturnitatem. ¶ Sed cōtra est q̄ Greg. dicit in. 5°. moraliū. q̄ ira per silentiū clausa intra mentem vehementius estuat.

¶ Rñ. dō q̄ ira sicut iam dictū est: et cum rōne est et impedit rōnem et ex vtraq; pte pōt taciturnitatem causare. Ex pte quidē rōnis quādo iudicium rōnis intantū viget q̄ si non cohibeat affectū ab inordinato appetitu vindicte: cohibet tamen linguam ab inordinata locutiōe. vnde Greg. in. 5. moralium dicit. Aliq̄n ira perturbato aīo quasi ex iudicio silentiū inducit. Ex pte vero impedimēti rōnis: q; sicut dictum est: perturbatio ire vsq; ad exteriora membra perducit: et maxime ad illa membra in quibus exp̄ssius relucet vestigium cordis: sicut in oculis et in facie et in lingua: vnde sicut dictum est: lingua se prepedit: facies ignescit exasperantur oculi. Potest ergo esse tanta perturbatio ire: q̄ omo impediat lingua ab vsu loquēdi: et tūc sequit taciturnitas. ¶ Ad p̄mus ergo dō. q̄ augmentū ire: qñq; est vsq; ad impediendū rōnem a cohibitione lingue. qñq; aūt vltra p̄cedit vsq; ad impediendū motum lingue et aliorū mēbrorū exteriorū. et per hoc etiam patet solutio ad secūdum. ¶ Ad tertiū dō. q̄ perturbatio cordis quādoq; potest superabundare vsq; ad hoc q̄ per inordinatum motum cordis impediatur motus exteriorū membrorum: et tunc causatur taciturnitas et ūmobilitas exteriorū membrorū: et quādoq; etiā morte Si āt nō fuerit tāta perturbatio: tūc ex supabūdātia perturbatiōis cordis sequit oris locutio. ¶ Qōxlix.

¶ st actus et pas

siones considerandū est de p̄ncipijs humanorū actuum. Et p̄mo de p̄ncipijs intrinsecis.

Secūdo de p̄ncipijs extrinsecis. p̄ncipium aūt intrinsecum est potentia et habitus: sed quia de potentijs in prima parte dictū est: nunc restat de habitibus considerandū. Et p̄mo quidem in generali. Secūdo vero de virtutibus et vitijs et huiusmodi alijs habitibus: qui sūt humanorū actuum p̄ncipia. Circa ipsos aūt habitus in generali quattuor cōsiderāda sunt. Primo quidem de ipsa substātia habituum. Secūdo de subiecto eorum. Tertio de causa generationis augmenti et corruptionis ipsorum. Quarto de distinctione ipsorum. Circa primū querūtur quattuor. Primo vtrum habitus sit qualitas. Secundo vtrū sit determiata spēs q̄litatis. Tertio vtr̄ hit⁹ īporteat ordinē ad actū. Quarto de necītate bit⁹.

¶ primum sic pro

ceditur. Videtur q̄ habitus nō sit q̄litas. Dicit enim Aug. in libro. 83°. q̄stionū. q̄ hoc nomen habitus dictū est ab hoc verbo habere: sed habere non solum pertinet ad qualitatem sed ad alia genera. dicimur enim habere quantitatem et pecuniam et alia huiusmodi. ergo habitus non est qualitas. ¶ Preterea habit⁹ ponitur vnum p̄dicamentū: vt patet in libro predicamentorū: sed vnum p̄dicamētum non cōtinet sub alio. ergo habitus non est qualitas. ¶ Preterea omnis habitus est dispositio: vt dicitur in p̄dicamentis: sed dispositio est ordo habētis partes: vt dicitur in. 5. metaphisice. hoc aūt pertinet ad predicamentū situs. ergo habitus non est qualitas.

¶ Sed contra est q̄ phūs dicit in predicamentis: q̄ habitus est qualitas de difficili mobilis. ¶ Rñ. dicēdū. q̄ hoc nomē habitus ab habendo est sumptum: a quo quidē nomen habitus dupliciter deriuatur. Uno quidem modo fm q̄ homo vel quecunq; alia res dicitur aliquid habere. alio modo fm q̄ aliqua res aliquo mō habet se in seipa vl ad aliqd aliud. Circa primū cōsiderandū est q̄ habere fm q̄ dicit respectu cuiuscūq; qō habetur: cōe est ad diuersa genera: vñ et phūs inter postp̄dicamēta habere ponit: que. s. diuersa rerū genera cōsequūtur: sicut sunt opposita: et prius et posterius et alia huiusmōi: sed inter ea que habētur: talis videtur esse distinctio: q̄ quedā sūt in quibus nihil ē mediū inter habēs et id qō habet: sicut inter subiectū et qualitatē vel q̄titatē nihil est medium. q̄dam eni sunt in quibus est aliq̄ mediū inter vtrūq;: sic sola relatio sicut dicitur aliquis habere socium vel amicū. quedā vero sunt iter que est aliquid medium non quidez actio vel passio sed aliquid p modum actionis et passiōis: put supra vnū est ornās vel regens: et aliud ornatū aut rectū: vñ phūs dicit in. 5. metaphi. q̄ habitus dicit tang̃ actio quedam hūtis et habiti: sicut est in illis que circa nos habemus: et ideo in his cōstituit vnum spāle gen⁹ rerū qō dicitur p̄dicamentū hitus: de quo dicit phūs in 5. metaph. q̄ inter hūtem indumentū et indumentū qō habet est habit⁹ medius. Si aūt sumat habere put res aliqua dicit quodāmō se habere in seipsa: vel aliquid aliud: cum iste modus se habendi sit scōm aliquam qualitatem: hoc modo habitus quedam qualitas est: de quo phūs in. 5. metaphisice dicit. q̄ habitus dicitur dispositio secūdū quam bene vel male disponitur dispositum: et aut scōm se: aut ad aliud: vt sanitas hitus quidā est: et

sic loquimur nūc de habitu: vñ dō q̄ habit⁹ est q̄litas. ¶ Ad p̄muz g̃ dō. q̄ obiectio illa p̄cedit de habere cōiter sumpto. sic enīz est cōe ad multa genera vt dcm̄ est. ¶ Ad secundū dō q̄ rō illa p̄cedit de habitu fm q̄ intelligit aliq̄d mediū inter habens ⁊ id qō habet. sic enī est quoddā p̄dicamētū vt dcm̄ est. ¶ Ad tertiū dō q̄ dispositio quidē sp importat ordinē alicuius habētis ptes: sed hoc cōtingit tripliciter vt statim ibidez phs subdit. s. aut fm locū: aut fm potētiam: aut fm spēm in quo vt Simplicius dicit in cōmento p̄dicamētoꝝ: cōprehendit oēs dispōnes. corpales quidez in eo fm q̄ dicit locū: ⁊ per hoc ptinet ad p̄dicamentū situs: qui est ordo ptiū in loco: q̄ aūt dicit fm potentiaz includit illas dispōnes que sunt in p̄paratiōe ⁊ idoneitate nondū pfecte: sicut scia ⁊ virtus inchoata q̄ aūt dicit fm spēm includit pfectas dispōnes q̄ dicūtur habitus: sicut scia ⁊ virtus cōplete.

ℬ secundū sic p̄ro

ceditur. Videtur q̄ habitus nō sit determinata spēs qualitatis: qz vt dcm̄ est: hit⁹ fm q̄ est qualitas dicit dispositio fm quā bene aut male disponit dispositū: ſz hoc cōtingit fm qualibet qualitatē. nam ⁊ fm figurā p̄tingit aliquid bene vel male esse dispositū: ⁊ sīlr fm calorē ⁊ frigus: ⁊ fm oīa huiusmodi: g̃ habitus nō est determinata spēs q̄litatis. ¶ Preterea phs i p̄dicamētis caliditatē ⁊ frigiditatez dicit esse dispōnes vel habitus: sicut egritudinē ⁊ sanitatē: sed calor ⁊ frig⁹ sunt in tertia specie q̄litatis: ergo habit⁹ vel dispositio nō distinguūtur ab alīs spēbus qualitatis. ¶ Preterea difficile mobile non est differētia p̄tinens ad genus qualitatis: sed magis p̄tinet ad motum vel passionē. nullū aūt genus determinat ad spēm per oriam alterius generis: sed oz differentias per se aduenire generi: vt phs dicit in. 7°. metaphisice. ergo cū habitus dicat esse qualitas difficile mobilis: videt q̄ nō sit determinata spēs qualitatis. ¶ Sed cōtra est q̄ phs dicit in p̄dicamētis q̄ vna spēs q̄litatis est habitus ⁊ dispositio. ¶ Rñ. dō. q̄ phs in p̄dicamētis ponit inter q̄ttuor spēs q̄litatis p̄mā dispōnē ⁊ habitum: quarū quidē spēruz differentias sic assignat Simplici⁹ in cōmento p̄dicamentoꝝ dicēs: q̄ qualitatū q̄daz sunt naturales q̄ fm naturā insunt ⁊ semp. quedā aūt aduenticie que ab extrīseco efficiūtur: ⁊ pñt amitti. ⁊ hec quidē que sunt aduenticie sūt habitus ⁊ dispōnes ſz facile ⁊ difficile amissibile differētes. naturaliū autem qualitatū quedā sūt fm id q̄ aliq̄d est in potentia: ⁊ sic est secūda spēs q̄litatis. quedā vero ſz q̄ aliq̄d est in actu: ⁊ hoc vel in pfundū: vel ſz superficiē. si in pfundū quidē sic est tertia spēs qualitatis. fm vero superficiē est quarta spēs qualitatis. sīc figura ⁊ forma: que est figura alicui. Sed ista distinctio spērū qualitatis incōueniēs videt. sunt enim multe figure ⁊ qualitates passibiles nō naturales sed aduenticie: ⁊ multe dispōnes nō aduēticie: sed naturales: sicut sanitas ⁊ pulchritudo ⁊ huiusmodi: ⁊ ppter hoc nō cōuenit ordini specieꝝ. semper enī q̄d naturalius est p̄ius est. Et ideo aliter accipienda est distinctio dispōnū ⁊ habituū ab alīs q̄litatibus. ppie enī qualitas importat quēdā modū substātie. mod⁹ aūt ē vt dicit aug. sup Gen̄. ad litterā quē mensura p̄figit: vnde ipoztat quādam determinationē fm aliquā mēsurā ⁊ ideo sicut id fm q̄d determinat potētia materie fm esse substātiale dicit qualitas que est oria substātie: ita id fm q̄d determinat potentia subiecti fm esse accītale dicit qualitas accītal: que est etiā quedā differētia vt patet per phm in. 5°. metaph. Modus aūt siue determinatio subiecti scōm esse accītale pōt accipi vel in ordine ad ipam naturā subiecti: vel scōm actionē ⁊ passionē que p̄sequūtur p̄ncipia nature que sūt materia ⁊ forma vel scōm quātitatem. Si aūt accipiat modus vel determinatio subiecti ſz quantitatē: sic est quarta species qualitatis. Et qz quātitas scōm sui rōnem est sine motu ⁊ sine rōne boni ⁊ mali: ideo ad quartā spēm qualitatis nō p tinet q̄ aliquid sit bene vel male: cito vel tarde trā siens. Modus aūt siue determinatio subiecti fm actionē ⁊ passionē attenditur in secūda vel tertia specie qualitatis ⁊ ideo in vtraq; cōsideraī q̄ aliquid facile vel difficile fiat: vel q̄ sit cito transiens aut diuturnū: non aūt cōsideraī in his aliquid ptinens ad rōnē boni vel mali: qz motus ⁊ passiones nō habēt rōnem finis: bonū aūt ⁊ malū dicit respectum ad finē: sed motus ⁊ determinatio subiecti in ordine ad naturā rei: ptinet ad p̄mā spēm q̄litatis: que est habitus ⁊ dispositio. Dicit enī phs in. 7°. phisicoꝝ. loquens de habitib⁹ aīe ⁊ corpis q̄ sunt dispōnes quedam pfecti ad optimuz. dico aūt pfecti qō est dispositū ſz naturā. Et qz ipa forma ⁊ natura rei est finis: ⁊ cuius cā fit aliq̄d: vt dicitur in. 2°. phi. ideo in p̄ima specie cōsideraī ⁊ bonum ⁊ malū: ⁊ etiā facile ⁊ difficile mobile scōm q̄ aliqua natura est finis generatiōis ⁊ motus: vñ in. 5. methaphisice. phs diffinit habituz qō est dispō fm quā aliquis disponitur bene vel male: ⁊ in. 2°. ethicoꝝ dicit. q̄ habitus sunt fm quos ad passiones nos habemus bene vel male. Quādo enīz est modus cōueniēs nature rei: tūc habet rōnē boni qñ aūt nō cōuenit: tūc habet rōnē mali: ⁊ qz natura est id quod p̄imū cōsideraī in re: ideo habitus ponitur p̄ma spēs qualitatis. ¶ Ad p̄mū ergo dicendū q̄ dispositio ordinē quēdā importat: vt dictū est: vñ nō dicit aliquis disponi p qualitatē nisi in ordine ad aliq̄d: ⁊ si addat bñ vel male: qō ptinet ad rōnē habitus: oz q̄ attendat ordo ad naturam q̄ est finis: vñ fm figurā vel fm calorē: vl frigus non dicit aliquis disponi bñ vel male: nisi fm ordinē ad naturā rei: fm q̄ est cōueniens vel non cōueniens. vnde ⁊ ipse figure ⁊ passibiles qualitates fm q̄ cōsiderant vt cōuenientes vel nō ꝓueniētes nature rei: ptinēt ad habit⁹ vel dispositōes. nā figura ꝑput ꝓuenit nature rei ⁊ color ptinēt ad pulchritudinē. calor aūt ⁊ frigus scōm q̄ conueniunt nature rei: ptinent ad sanitatē: ⁊ hoc modo caliditas ⁊ frigiditas ponūtur a phō in p̄ima specie q̄litatis. Unde patet solutio ad scōm: licet a quibus-

dam aliter soluat: vt Simplicius dicit in cōmēto ꝓdicamēto ꝙ. ¶ Ad tertiū dicēdū ꝙ ista dria dif ficile mobilie nō diuersificat habitū ab alīs spēb⁹ qualitatis: sed a dispōne. dispositio aūt dupliciter accipitur. Uno mō scōm ꝙ est genus habitus. naꝫ in. 5°. metaphysice. dispositio ponitur in diffinitio ne habitus. Alio modo scōm ꝙ est aliq̄d cōtra ha bitum diuisū: ⁊ pōt intelligi dispositio ꝓprie dicta cōdiuidi cōtra habitū dupliciter. Uno mō sicut p fectū ⁊ impfectū in eadē specie: vt. s. dispositio di cat retinēs nomē cōe qñ impfecte ineſt ita ꝙ de fa cili amittit. habitus aūt qñ pfecte ineſt vt nō de facili amittat: ⁊ sic dispō fit habitus. sicut puer fit vir. alio mō pñt distīgui sicut diuerse spēs vni⁹ generis sub alterni: vt dicātur dispōnes ille q̄litates ꝑme spēi quib⁹ cōuenit fm ꝓpriā rōnem vt de facili amittāt q⁹ habēt cās trāsmutabiles: vt egritudo ⁊ sanitas habitus vero dicūtur ille qualitates: que fm suā rō nem habēt ꝙ non de facili transmutētur: q⁹ habēt cās imobiles: sicut scientie ⁊ virtutes: ⁊ scōm hoc dispositio non fit habitus: ⁊ hoc videt magis ꝙsonū intentioni Aristo. vnde ad huius distinctiōis ꝓ bationē inducit cōem loquēdi ꝙsuetudinē fm quā q̄litates que fm rōnē suā sunt facile mobiles: si ex aliquo acceñti difficile mobiles reddātur: habitus dicūtur: ⁊ ecōuerso est de qualitatib⁹: q̄ scōm suā rōnem sūt difficile mobiles. nā si aliquis impfecte habet sciam: vt de facili possit ipam amittere: ma gis dicit dispōi ad sciam q̄ sciaꝫ bēre. Ex q̄ ꝑꝫ ꝙ nomen habitus diuturnitatē quādā importat: nō au tem nomē dispōnis: nec ipedit ꝗd scōm hoc faci le ⁊ difficile mobile sint specifice differētie: ꝓpter hoc ꝙ ista ptinent ad passionē ⁊ motū: ⁊ nō ad ge nus qualitatis: nā iste differētie quāuis per accīs videant se habere ad qualitatē: designant tamē ꝑ prias ⁊ per se differētias qualitatū: sicut etiā gene re substantie frequēter accipiūtur differentie acci dentales loco substātialium: inquātum per eas de signantur principia cētialia.

ℬ tertium sic pro

cedit. Uidet ꝙ habitus nō importet or dinez ad actum. Unūqōq; enim agit fm ꝙ est actu: sed phs dicit in. 3°. de aīa. ꝙ cum ali quid sit sciens scōm habitū est etiā tunc in potētia aliter tamē ꝙ ante adiscere: ergo habit⁹ non ipor tat habitudinē ꝑncipij ad actū. ¶ Preterea illud qō ponit in diffinitiōe alicui⁹ per se conuenit illi: sed esse principiū actionis ponitur in diffinitione potentie: vt patet in. 5°. metaph. ergo esse ꝑncipiū actus per se cōuenit potētie: quod aūt est per se: ē principium in vnoquoq; genere: si ergo etiā habi tus sit principiū actus: sequit ꝙ sit posterior ꝙ po tentia: ⁊ sic non erit prima spēs qualitatis habit⁹ vel dispositio. ¶ Preterea sanitas quādoq; ē ha bitus: ⁊ similiter macies ⁊ pulchritudo: sed ista ñ dicūtur per ordinē ad actū: nō ergo est de rōne ha bitus ꝙ sit principiū actus. ¶ Sed ꝓtra est ꝙ aug. dicit in li. de bono coniugali: ꝙ habitus est quo ali quid agitur cum opus est. ⁊ cōmētator dicit in. 3°. de aīa. ꝙ habitus est q̄ ꝙs agit cū voluerit. ¶ Rñ. dō. ꝙ hēre ordinē ad actū pōt ꝓpetere habitui: ⁊ scōm rōnē hit⁹ ⁊ fm rōnē subiecti in q̄ est hit⁹: fm quidem rōnez habitus cōuenit omni habitui ali quo modo habere ordinē ad actum. est enim de ra tione habitus vt importet habitudinē quādā i or dine ad naturā rei: scōm ꝙ conuenit vel non cōue nit. Sed natura rei que est finis generationis: vlte rius etiā ordinat ad aliū finē: qui vel est opatio vl aliquod opatum ad qō ꝙs puenit per opationem vnde hitus nō solū importat ordinē ad ipam na turā rei: sed etiā ꝑnter ad opationē inquātū ē finis nature: vel pducens ad finē: vñ ⁊ in. 5. metaphi. di citur in diffinitiōe hitus: ꝙ est dispō scōm quā bñ vel male disponit dispositū: aut scōz se. i. scōz suā nām: aut ad aliud. i. in ordine ad finē. sed sūt q̄daz hitus: qui etiā ex pte subiecti in quo sūt: ꝑmo ⁊ pn cipaliter iportāt ordinē ad actū: q⁹ vt dictū ē: ha bitus ꝑmo ⁊ ꝑse iportat hitudinē ad naturaz rei Si igit natura rei in qua est hitus ꝙsistat in ipo or dine ad actū: sequtur ꝙ hitus principaliter iportet ordinē ad actū. manifestū est aūt ꝙ natura ⁊ rō po tētie est vt sit principiū act⁹: vñ ois hitus qui ē alicui⁹ potētie vt subiecti: principaliter iportat ordinē ad actū. ¶ Ad ꝑmū q̄ dō. ꝙ hit⁹ est act⁹ q̄dā in q̄ tū est q̄litas: ⁊ scōm hoc pōt cē principiū opatiōis sz est in potētia p respectū ad opationē: vñ hitus dicit act⁹ ꝑim⁹: ⁊ opatio actus scōus: vt pz in. 2°. de aīa. ¶ Ad scōz dō. ꝙ nō est de rōne hitus: ꝙ re spiciat potētiā: sz ꝙ respiciat nām: ⁊ q⁹ nā ꝑcedit actionē quā respicit potētia: iō prior spēs q̄litatis ponit hitus q̄ potētia. ¶ Ad tertiū dō. ꝙ sanitas dicit habit⁹ vel habitualis dispositio i ordine ad naturā: sicut dictū est. in q̄ tū tñ natura est principi um actus: ex cōsequēti importat ordinē ad actuz vñ phs dicit in. x. de hist⁹ijs aīaliū ꝙ hō dicit cē sanus vel membrū aliquod qñ pōt facere opatio nem sani. Et est simile in alijs.

ℬ quartuz sic pro

ceditur. Uidetur ꝙ non sit necessari um esse habitus. habit⁹ enī sunt q̄bus aliq̄d disponit bene vel male ad aliq̄d: sicut dictū est: sed per suā formā aliq̄d bene vel male dispōni tur. nam scōm formā aliquid est bonū sicut ⁊ ens ergo nulla necessitas est habituū. ¶ Preterea ha bitus importat ordinē ad actum: sed potētia ipor tat principiū actus sufficiēter. nā ⁊ potētie natura les absq; habitib⁹ sūt principia actuū: ergo nō fu it necessariū hitus esse. ¶ Preterea sicut potētia se hz ad bonū ⁊ ad malū: ita ⁊ hitus ⁊ sicut poten tia nō semp agit: ita nec hitus: exīnb⁹ igitur potē tijs superfluū fuit habitū esse. ¶ Sed cōtra est ꝙ ha bitus sunt pfectiones quedā: vt dicitur in. 7. phi cozum: sed pfectio est maxime necessaria rei cum habeat rōnem finis. ergo necessariū fuit hitus cē. ¶ Respōdeo dō. ꝙ sicut ꝫ ocm est: habit⁹ importat dispōnem q̄dā in ordine ad nām rei: ⁊ opatio nem vel finē eius: scōz quā bñ vel male aliquid ad hoc disponitur. Ad hoc aūt ꝙ aliquid idigeat dis

poni ad alterꝫ tria requirunt. ℙrimo quidē vt id qō disponit sit alterum ab eo ad qō disponitur: ⁊ sic se habeat ad ipm vt potētia ad actum. vñ si aliquid sit cuius natura nō sit ꝓposita ex potentia ⁊ actu: ⁊ cui⁹ substātia sit sua operatio: ⁊ ipꝫ sit ꝓpter seipꝫ: ibi habit⁹ vel dispositio locū nō habet: sicut patet in deo. Secūdo requirit ꝙ id ꝙ est in potentia ad alterū: possit pluribus modis determinari ⁊ ad diuersa. vnde si aliqd sit in potētia ad alterū ita tamen ꝙ non sit in potentia nisi ad ipm: ibi dispositio ⁊ habit⁹ locū nō habet: qz tale subiectum ex sua natura hz debitā habitudinē ad talē actum vñ si corp⁹ celeste sit ꝓpositū ex materia ⁊ forma cū illa nō sit in potētia ad aliā formam: vt in ꝓmo dictū est: nō habet locū ibi dispositio vel habitus ad formā aut etiā ad operationē: qz natura celestis corpis nō est in potētia nisi ad vnū motum determinatū. Tertio requirit ꝙ plura cōcurrant ad disponendum subiectū ad vnū corꝫ ad que est in potentia: que diuersis modis cōmensurari pñt: vt sic disponatur bene vel male ad formā ⁊ ad operationem: vñ qualitates simplices elemētorꝫ que scōm vnū modum determinatū naturis elementorꝫ cōueniunt: non dicimus dispōes vel habitus sz simplices qualitates. dicimus aūt dispōes vel hītus sanitatē pulchritudinē: ⁊ alia huiusmodi que important quādā cōmēsuratione pluriū: que diuersis modis cōmēsurari pñt. ℙropter qō phs dicit in. 5°. metaph. ꝙ habitus est dispositio: ⁊ dispositio est ordo habētis ptes: vel fm locū: vel fm potentiā: vel scōm spēm: vt supra dictū est. Quia igitur multa sunt entiū ad quoꝫ naturas ⁊ operatiōes necesse est plura ꝓcurrere: q diuersis modis ꝓmēsurari pñt: ideo necesse est habitus esse. ℂ Ad ꝓmū ergo dō. ꝙ p formam pficitur natura rei: sz oz ꝙ in ordine ad ipam formā disponatur subiectuz aliqua dispōne. ipa tamē forma ordinat vlterius ad operationē: que est vel finis: vel via in finē: ⁊ sidem habeat forma determinare vnam tantū operationem determinatā: nulla alia dispositio requiritur ad operationē ꝑter ipaz formā: si aūt sit talis forma que possit diuersimode operari sicut est aīma oportet ꝙ disponatur ad suas operatiōes p aliquos habitus. ℂ Ad scōz dō. ꝙ potentia qñqꝫ se habz ad multa: ⁊ ideo oportet ꝙ aliquo alio determiētur. si vero sit aliqua potētia que non se habet ad multa: nō indiget habitu determināte: vt dcm̄ est: ⁊ pp hoc vires nāles non agūt operatiōes suas mediātibus aliquib⁹ habitib⁹: qz scōm seipas sūt determinate ad vnū. ℂ Ad tertiuz dicendū. ꝙ non idem habit⁹ se hz ad bonū ⁊ malū: sicut infra patebit. cadē aūt potētia se habet ad bonū ⁊ maluz: ⁊ ideo necessarij sunt habitus vt potētie determinentur ad bonum.

Questio. L.

Einde cōsideratur de subiecto habituū.

Et circa hoc querūtur sex. ℙrimo vtꝫ in corpore sit aliquis habitus. Secūdo vtrū anima sit subiectum habit⁹ scōm suā eētiaz vel scōm suam potentiam. Tertio vtrū in potentijs sensitiue ptis possit esse aliquis habit⁹. Quarto vtruz in ipso intellectu sit aliqs habitus. Quinto: vtrū in voluntate sit aliqs habitus. Sexto vtꝫ in substantijs sepatis.

ℙrimum sic ꝓceditur.

Videt ꝙ in corpe non sit aliquis habitus. Vt enim cōmētator dicit in. 3°. de aīa. habitus est quo quis agit cum voluerit. sed actiones corpales non subiacent voluntati cum sint naturales. ergo in corpe non pōt esse aliquis habit⁹. ℂ ℙreterea omnes dispōnes corporales sunt facile mobiles: sed habitus est qualitas difficile mobilis. ergo nulla dispositio corpalis pōt esse habitus. ℂ ℙreterea omnes dispositiones corpales subiacent alterationi: sed alteratio non est nisi in tertia specie qualitatis: que dividitur cōtra habitū: ergo nullus habitus est in corpore. ℂ Sed cōtra est ꝙ phus in ꝑdicamentis sanitatē corpis vel infirmitatē insanabilē habitū nominari dicit. ℂ Rñ. dicēdū. ꝙ sicut supra dictū est habitus est quedā dispositio alicuius subiecti existentis in potentia: vel ad formā: vel ad operationē scōz ergo ꝙ habitus ꝙ importat dispōnē ad operationem: nullus habitus est ꝓncipaliter in corpe sicut in subiecto. ois enī operatio corpis aut est a naturali qualitate corpis: aut est ab aīa mouente corpus Quantuz igitur ad illas operationes que sunt a natura non dispōnitur corpus per aliquē habitū: qz virtutes naturales sunt determinate ad vnū. dcm̄ est aūt ꝙ habitualis dispositio requiritur vbi subiectū est in potētia ad multa. operationes vero que sunt ab aīa per corp⁹ ꝓncipaliter quidē sunt ipius aīe. secūdario vero ipsius corpis. habitus aūt ꝓportionat operationibus: vñ ex silib⁹ actibus similes hītus cāntur: vt dicit in. 2°. ethi. ⁊ ideo dispositiones ad tales operatiōes ꝓncipaliter sūt in aīa: in corpe vero pñt cē secūdario: inq̄tū. s. corp⁹ dispōnit ⁊ habilitat ad ꝓmpte deseruiēdū operatiōibus aīe. Si vero loquamur de dispōne subiecti ad formā: sic hītualis dispositio pōt cē in corpe: ꝙ cōparatur ad aīam: sicut subiectū ad formā: ⁊ hoc modo sanitas ⁊ pulchritudo: ⁊ huiusmōi habituales dispositiōes dicūt: nō tamē pfecte habēt rōnē hītuū qz cause eorꝫ ex sua natura de facili trāsmutabiles sunt. Alexāder vero posuit nullo mō hītuz vel dispositionē ꝓme speciei esse in corpe: vt Simplici⁹ refert in cōmēto ꝑdicamētorꝫ: sed dicebat ꝓmaz spēm qualitatis ptinere tm̄ ad aīam: ⁊ qō Aristoteles inducit in ꝑdicamētis de sanitate ⁊ egritudine: non inducit quasi ptineāt ad ꝓmā spēm qualitatis: sed per modū exempli: vt sit sensus: ꝙ sicut egritudo ⁊ sanitas pñt esse facile: vel difficile mobiles: ita etiam qualitas prime spēi que dicunt habitus ⁊ dispositio. Sed hoc pz esse cōtra intentionem Aristotelis. tum qz eodē modo loquēdi vtit exemplificando de sanitate ⁊ egritudine: ⁊ de virtute ⁊ de scia. tū quia in. 7°. phy. pōit exp̄sse inter

habitus pulchritudinē ⁊ sanitatē. ¶ Ad ꝑmum ergo dō ꝙ obiectio illa ꝓcedit de habitu fm ꝙ est dispositio ad opationē: ⁊ de actibus corpis q̄ sūt a natura. nō aūt de his qui sunt ab aīa: quoꝝ ꝑncipiū est voluntas. ¶ Ad fm dō. ꝙ dispositiones corporales non sunt simpliciter difficile mobiles ꝑpter mutabilitatē corpaliū cārum: possunt tamen esse difficile mobiles p cōpationē ad tale subiectū q̄. s. tali subiecto durante āmoueri non pñt: vel q̄ sunt difficile mobiles p cōpationē ad alias dispositiones: sed qualitates aīe sunt simpliciter difficile mobiles pp īmobilitatē subiecti: ⁊ ideo nō dicit ꝙ sanitas difficile mobilis simplr sit habitus: sed ꝙ est vt habitus: sicut in greco habet. qualitates aūt dicunt simpliciter hitus. ¶ Ad tertiū dō. ꝙ dispōnes corpales que sunt in ꝑma specie qualitatis: vt quidam posuerūt: differūt a qualitatib⁹ tertie specieī: in hoc ꝙ qualitates tertie specieī sūt vt in fieri ⁊ vt in motu: vnde dicunt passiōes vel passibiles qualitates: qñ aūt iam puenerint ad pfectū quasi ad spēm: tunc iam sunt in ꝑma specie qualitatis. Sed hoc improbat simplicius in cōmēto ꝑdicamētoꝝ: q̄ fm hoc calefactio essꝫ in tertia specie qualitatis: calor aūt in ꝑma. Aristoteles autez ponit calorem in tertia: vnde ℘phyrius dicit sicut Simplicius ibidē refert ꝙ passio vel passibilis qualitas ⁊ dispositio ⁊ habit⁹: differūt in corpibus fm intensionē ⁊ remissionē. qñ eni aliq̄d recipit caliditatē fm calefieri tm̄: nō aūt vt calefacere possit: tunc est passio si sit cito transiens: vel passibilis qualitas si sit manēs: qñ aūt iam ad hoc pducitur ꝙ pōt etiam alterū calefacere: tūc est dispositio. si aūt vlterius intantū cōfirmet ꝙ sit difficile mobilis: tunc erit habit⁹: vt sic dispositio sit q̄daꝫ intensio seu pfectio passionis vel passibilis qualitatis: habit⁹ aūt dispōnis. Sed hoc ipobat Simplicius: q̄ talis intensio ⁊ remissio nō iportant diuersitatē ex pte ipsius forme: sed ex diuersa pticipatione ipsius subiecti: ⁊ ita non diuersificarētur p hoc species qualitatis. Et ideo aliter dicendum est ꝙ sicut supra dictū est: cōmensuratio ipsarum qualitatū passibiliū fm cōuenientiā ad naturā habent rōnem dispōnis: ⁊ ideo facta alteratiōe circa ipas qualitates passibiles: que sunt caliditas: frigiditas humiditas: ⁊ siccū fit ex cōsequēti alteratio fm egritudinem ⁊ sanitatē: ꝓmo aūt ⁊ p se non est alteratio fm huiusmodi habitus ⁊ dispōnes.

Ad secundū sic proceditur.

Videtur ꝙ habitus sint in aīa magis fm eentiam ꝙ fm potentiam. Dispōnes eni ⁊ habitus dicūtur in ordine ad naturā: vt dictum est: sed natura magis attendit fm eentiā aīe ꝙ fm potentias: q̄ aīa fm suā eentiam est natura talis corpis ⁊ forma eius. g̃ habit⁹ sunt in aīa fm eius eentiā ⁊ non fm potentiā. ¶ Preterea accns non est accns: hitus aūt est qōdā accns sed potentie aīe sūt de genere accidētiū vt in ꝓmo dictū est. g̃ hitus nō est in anima rōne sue potētie. ¶ Preterea subiectum est ꝓpter quod qō est in subiecto: sed habitus cū ptineat ad ꝑmā spēm q̄litatis est ꝓpter ꝙ potentia que ptinet ad secūdā spēm: ergo hit⁹ nō est in potētia aīe sicut i subiecto. ¶ Sz ꝓ est ꝙ phs in ꝓmo ethi. pōit diuersos hit⁹ i diuersis ptibus aīe. ¶ Rn. dō ꝙ sicut ꝺ dcm̄ est: hit⁹ importat dispōnem quādā in ordine ad naturaz vel ad opationē. Si ergo accipiat hitus fm ꝙ hz ordinē ad nām: sic nō ꝑt esse in aīa: si tn de nā hūana loquamur: q̄ ipa aīa est forma ꝑpletiua humane nature: vñ fm hoc magis ꝑt esse aliqs hitus vl dispositio in corpe p ordinē ad aīam q̄ in aīa p ordinē ad corpus. Sed si loquamur de aliqua superiori natura: cui⁹ hō pōt esse ꝑticeps: fm illud. 2. ℘e. ꝓmo. Ut simus cōsortes nature diuine. sic nihil ꝓhibet in aīa fm suā eentiā esse aliquē hitum. s. gratiam: vt infra dicet. Si vero accipiatur hitus i ordine ad opationē: sic maxime hitus inueniūt i aīa inquātū aīa nō determinat ad vnā opationē: sz se hz ad multas qō requirit ad habitū: vt ꝺ dictū est. Et q̄ aīa est ꝑncipiū opationū p suas potētias. iō fm hoc hitus sunt in aīa fm suas potētias. ¶ Ad ꝑmm ergo dō ꝙ eentia aīe ptinet ad naturā hūanā: non sicut subiectū dispōnendū ad aliq̄d aliud sed sicut forma ⁊ natura ad quā aliquis disponit. ¶ Ad scdm dicēdū ꝙ accns p se non ꝑt esse subiectū accntis: sed q̄ etiā in ipis accidētib⁹ est ordo q̄dam: subiectuz fm ꝙ est sub vno accnte: intelligit esse subiectū alteri⁹: ⁊ sic dicit vnū accns esse subiectū alteri⁹: vt supficies coloris: ⁊ hoc mō ꝑt potentia esse subiectū hitus. ¶ Ad tertiū dō. ꝙ hit⁹ ꝑmittit potētie fm ꝙ iportat dispōnē ad nām. potentia aūt semp importat ordinē ad opationē que est posterior: cum natura sit opatiōis ꝑncipiū: sed hitus cuius potētia est subiectū: nō importat ordinē ad naturā: sed ad opationē vñ est posterior potentia. Vel ꝑt dici ꝙ habitus ꝓponit potētie sicut cōpletū incōpleto: ⁊ actus potētie. actus enim naturaliter est ꝓ quāuis potētia sit ꝓ ordine generationis ⁊ tpis: vt dicitur in. 7°. ⁊. 9°. metaph.

D tertium sic proceditur.

Videtur. ꝙ in potētijs sensitiue ptis nō possit esse aliqs habitus. Sicut eni potentia nutritiua ps est irrōnalis ita ⁊ sensitiua: sed in potētijs nutritiue ptis nō ponitur aliquis hitus: g̃ nec in potētijs sensitiue ptis aliqs hitus debet poni. ¶ Preterea sensitiue ptes sunt cōes nobis ⁊ brutis: sed in brutis non sunt aliq̄ habitus: q̄ nō est in eis volūtas que in diffinitiōe habitus ponit vt ꝺ dcm̄ est. g̃ in potētijs sensitiuis nō sunt aliqui habitus. ¶ Preterea hitus aīe sūt scientie ⁊ virtutes: ⁊ sicut sciētia refert ad vim apphensiuā: ita virtus ad vim appetitiuā: sed in potētijs sensitiuis non sunt alique sciētie: cū scia sit vniuersaliū que vires sensitiue apphendere non pñt ergo etiam nec habit⁹ virtutū in ptibus sensitiuis esse pñt. ¶ Sed cōtra est qō phs dicit in. 3°. ethi. ꝙ alique virtutes. s. tempantia ⁊ fortitudo sunt irrōnabiliū ptium. ¶ Rn. dō ꝙ vires sensitiue dupliciter pñt ꝓsiderari. vno mō fm ꝙ opant ex in-

ſtinctu nature: alio modo ſm q̄ opantur ex impe
rio rōnis. ſz igitur q̄ opantur ex inſtinctu nature
ſic ordinātur ad vnum ſicut ꝛ natura: ꝛ ideo ſicut
in potentijs naturalib⁹ nō ſunt aliqui habitus: ita
etiam nec in potentijs ſenſitiuis ſm q̄ ex inſtinctu
nature opant: ſm vero q̄ opantur ex imperio rō
nis: ſic ad diuerſa ordinari pñt: ꝛ ſic pñt in eis eſſe
aliqui habitus quibus bene aut male ad aliq̄d di
ſponūtur. ¶ Ad p̄mū ergo dō. q̄ vires nutritiue p
tis nō ſunt nate obedire imperio rōnis: ꝛ ideo nō
ſunt in eis aliqui habitus: ſed vires ſenſitiue nate
ſunt obedire imperio rōnis: ꝛ ideo in eis eſſe pñt
aliqui habitus. nam ſm q̄ obediunt rōni quodā
modo rationales dicunt in primo ethico. dicitur.
¶ Ad ſcōm dicēdū q̄ vires ſenſitiue in bꝛutis aīa
libus non opantur ex impio rationis: ſed ſi ſibi re
linquātur bꝛuta animalia: opantur ex inſtinctu na
ture: ꝛ ſic in bꝛutis aīalibuſ nō ſunt aliqui habitus
ordinati ad opationes: ſunt tñ in eis alique diſpō
nes in ordine ad naturā: vt ſanitas ꝛ pulchritudo
Sed q̄ bꝛuta aīalia a rōne hois per quādā cōſue
tudinē diſponūtur ad aliquid opanduꝫ ſic vel ali
ter: hoc modo in bꝛutis aīalibus habitus quodā
modo poni poſſunt. vnde aug. dicit in li°. 83. q. q̄
videm⁹ imaniſſimas beſtias a maximis voluptā
tibus abſtinere dolorꝫ metu: qō cum in eaꝫ cōſue
tudinē vertit: domite ꝛ manſuete vocant. ¶ Deficit
tñ rō habitus q̄tum ad vſum volūtatis: q̄ nō ha
bēt dominiū vtendi vel nō vtēdi: qō videt ad rō
nē habitus ptinere: ꝛ ideo p̄prie loquēdo i eis ha
bitus eſſe non poſſunt. ¶ Ad tertiū dō. q̄ appeti
tus ſenſitiuus natus eſt moueri ab appetitu rōna
li: vt dicitur in. 3°. de aīa: ſed ſi vires rōnales app̄
henſiue nate ſunt accipe a viribus ſenſitiuis: ꝛ iō
magis cōuenit q̄ habitus ſint a viribus ſenſitiuis
appetitiuis q̄ in virib⁹ ſenſitiuis app̄henſiuis: cuꝫ
in viribus ſenſitiuis appetitiuis non ſint habitus
niſi ſm q̄ opantur ex impio rōnis: q̄uis etiā i ipis
interioribus viribus ſenſitiuis app̄hēſiuis poſſint
poni aliqui habitus: ſm quos homo ſit bene me
moratiu⁹: vel cogitatiu⁹ vel imaginatiu⁹. vñ etiaꝫ
p̄hs dicit in capło de memoria: q̄ cōſuetudo mul
tum opatur ad bene memorādū: q̄ etiā iſte vires
mouentur ad opandū ex imperio rōnis. vires au
tem app̄henſiue exteriores: vt viſus ꝛ audit⁹ ꝛ hu
iuſmodi: non ſunt ſuſceptiue aliquoꝫ habituū: ſz
ſm diſpōnem ſue nature ordinātur ad ſuos actus
determinatos: ſicut ꝛ mēbra corpis in quibus nō
ſunt habitus: ſed magis in viribus imperantibus
motum ipſorum.

ℬ quartū ſic pro

cedit. Videt q̄ in intellectu nō ſint ali
qui habitus. habitus enī opatiōibus
cōformant vt dictū eſt: ſed opatiōes hois ſūt cōes
aīe ꝛ corpi: vt dicit in p̄mo de aīa: ergo ꝛ habitus
ſed intellectus non eſt actus corpis: vt dicit in. 3°.
de aīa. ergo intellectus non eſt ſubiectū alicuⁱ⁹ ha
bitus. ¶ Preterea omne q̄ eſt in aliquo eſt in eo
p modū ei⁹ in quo eſt: ſed id qō eſt forma ſine ma
teria eſt actus tm̄: qō aūt eſt cōpoſitū ex forma ꝛ
materia habet potētiā ꝛ actū ſimul: ergo in eo qō
eſt forma tm̄ nō p̄t eſſe aliq̄d qō ſit ſimul in potē
tia ꝛ actu: ſed ſolū in eo qō eſt cōpoſituꝫ ex mate
ria ꝛ forma: ſed intellectus eſt forma ſine materia
ergo habitus qui hꝫ potentiā ſimul cū actu: quaſi
mediū inter vtrūq; exiſtens: nō p̄t eſſe in intelle
ctu: ſed ſolū in cōiuncto qō eſt cōpoſitum ex aīa ꝛ
corpe. ¶ Preterea habit⁹ eſt diſpoſitio ſm quaꝫ
aliquid bene vel male diſponit ad aliq̄d: vt dicit i
5. metaphice. ſed qō aliqs bene vel male ſit diſpo
ſit⁹ ad actū intellectus p̄uenit ex aliqua corpis di
ſpoſitiōe: vnde etiā in. 2°. de aīa dicit. q̄ molleſ car
ne bene aptos mēte videm⁹: ergo hītus cognoſci
tiui nō ſunt in intellectu qui eſt ſeparatus: ſed in aliq̄
potentia que eſt actus alicuⁱ⁹ ptis corpis. ¶ Sed
cōtra eſt q̄ phs in. 6°. ethi. ponit ſciam ꝛ ſapiētiaꝫ
ꝛ intellectū: qui eſt habit⁹ p̄ncipioꝝ in ipa intelle
ctiua pte aīe. ¶ Rñdeo dō q̄ circa habit⁹ cogno
ſcitiuos diuerſimode ſunt aliqui opinati. Quidā
enī ponētes intellectū poſſibilē eſſe vnū i omnib⁹
hoibus: coacti ſunt ponere q̄ habitus cognoſciti
ui non ſunt in ipſo intellectu: ſed in viribus interi
oribus ſenſitiuis. manifeſtū eſt enī q̄ hoies in habi
tibus diuerſificātur: vnde nō poſſūt hītus cogno
ſcitiui directe poni in eo q̄ vnū numero exiſtes eſt
oibus hoibus cōe: vnde ſi intellect⁹ poſſibilis ſit
vnus numero oīum hoium: hītus ſciaꝝ ſm quos
hoies diuerſificant nō poterunt eſſe in intellectu
poſſibili ſicut in ſubiecto: ſed erūt in viribus interi
oribus ſenſitiuis: q̄ ſunt diuerſe in diuerſis. Sz iſta
poſitio p̄mo quidē eſt contra intentiōem Ariſto
telis. Manifeſtum eſt enim q̄ vires ſenſitiue non
ſunt rationales per eētiam: ſed ſolum per parti
cipationem: vt dicitur in primo ethicoꝝ. phs aūt
ponit intellectuales virtutes: que ſunt ſapientia:
ſcia: ꝛ intellectus: in eo quod eſt rōnale per eſſen
tiam: vnde non ſunt in viribus ſenſitiuis: ſed i ipo
intellectu. Exp̄ſſe etiam dicit in. 3°. de anima. q̄ in
tellectus p̄ſſibilis cum ſic fiat ſingula. i. cuꝫ redu
catur in actum ſingulorum per ſpecies intelligibi
les: tunc fit ſm actum eo modo quo ſciens dicitur
eſſe in actu: quod quidem accidit cum aliquis poſ
ſit operari per ſeipm. ſ. conſiderando. Eſt quideꝫ
igitur tunc potentia quodāmō: non tamen ſimpli
citer: vt aut adiſcere aut inuenire. Ipſe ergo intel
lectuſ poſſibilis eſt in quo eſt hītus ſciētie: quo po
teſt conſiderare etiā cuꝫ nōn cōſiderat. Secundo
etiam hec poſito eſt contra rei veritatē. ſicut enīꝫ
eius eſt potentia cuius eſt operatio: ita etiā eius ē
hītus cuius eſt opatio: intelligere aūt ꝛ cōſidera
re eſt p̄prius actus intellectus: ergo ꝛ hītus quo
cōſideratur eſt p̄prie in ipſo intellectu. ¶ Ad pri
mum ergo dō q̄ quidaꝫ dixerunt: vt Simplicius
refert in cōmento p̄dicamētoꝝ. q̄ quia oīs opera
tio hois eſt quodāmodo cōiuncti: vt phs dicit in
primo de aīa: ideo nullus habitus eſt aīe tantū: ſz
coniuncti: ꝛ per hoc ſequitur q̄ nullus habit⁹ ſit i
intellectu: cum intellectus ſit ſeparatus: vt rō p̄o
poſita p̄cedebat: ſed iſta rō non cogit: habitus enī

non est dispositio obiecti ad potentiaz: sed magis dispositio potentie ad obiectum. vnde habit⁹ oz q̄ sit in ipsa potentia: que p̄ncipiū actus: nō autez in eo qō ꝓpatur ad potentiam sicut obiectuz. Ipz aūt intelligere non dicitur cōe esse aie ⁊ corpi nisi rōne fantasmatis: vt dicitur in p̄mo de aia. patet aūt q̄ fantasma comparat ad intellectum possibilem vt obiectuz: vt dicitur in. 3°. de aia. vnde relinquitur q̄ habitus intellectiuus sit p̄cipaliter ex pte ipsius intellectus: non autē ex pte fantasmatis qō est cōe anime ⁊ corpori. Et ideo dicendū est q̄ intellectus possibilis est subiectū habitus. illi enim cōpetit esse subiectuz habitus quod est in potētia ad multa: ⁊ hoc maxime cōpetit intellectui possibili: vnde intellectus possibilis est subiectuz habituū intellectualiū. ¶ Ad scōz dō. q̄ sicut potētia ad esse sensibile conuenit materie corpali: ita potētia ad esse intelligibile cōuenit intellectui possibili vnde nihil prohibet in intellectu possibili esse habitum: qui est medius inter puram potentiā ⁊ actuz perfectū. ¶ Ad tertiū dicēduz q̄ q: vires apphē siue interius p̄parant intellectui possibili ꝓpriū obiectum: ideo ex bona dispositione harū viriuz ad quam cooperatur bona dispositio corpis: redditur homo habilis ad intelligendū: ⁊ sic habitus intellectuⁱ secūdario potest esse in istis viribⁱ p̄cipaliter aūt in intellectu possibili.

¶ quintum sic proce

dit. Videt q̄ in volūtate non sit aliquis habitus. Habitus enī qui in intellectu est sunt species intellectuales quibⁱ intelligit actu: sed voluntas non operatur per aliquas ſpecies: ergo volūtas non est subiectum alicuiⁱ habitus ¶ Preterea in intellectu agente nō ponit aliquis hitus sicut in intellectu possibili: qui est potentia actiua: sed voluntas est maxime potentia actiua: q: mouet oēs potentias ad suos actus. vt ſ dictū est: ergo in ipsa nō est aliquis habitⁱ. ¶ Preterea in potentijs naturalibus nō est aliquis hitus: quia ex sua natura sunt ad aliquid determinate: sed voluntas ex sua natura ordinatur ad hoc tendat in bonū ordinatū rōne: ergo in voluntate non est aliquis hitus. ¶ Sed cōtra est quod iusticia est habitus quidam: sed iusticia est in voluntate. est enīz iusticia habitus quidam fm quem aliqui volunt ⁊ operantur iusta. vt dicit in. 5°. ethi. ergo voluntas est subiectū alicuius habitus. ¶ Rñ. dō q̄ ois potentia que diuersimode potest ordinari ad agēdum: indiget habitu quo bene disponatur ad suū actū: voluntas aūt cum sit potētia rōnalis: diuersimode potest ad agendū ordinari: ⁊ ideo oz in voluntate aliquē habitū ponere quo bene disponatur ad suum actū. Ex ipsa etiā rōne hitus apparet q̄ habet quandā p̄cipalē ordinatiōem ad volūtatem: ꝑut habitus est quo quis vtitur cum voluerit: vt supra dictum est. ¶ Ad p̄mum ergo dō. q̄ sicut in intellectu est aliqua ſpēs que est ſimilitudo obiecti: ita oportet in volūtate ⁊ in qualibet vi appetitiua esse aliquid quo inclinet in suū obiectum cum nihil aliud sit appetitus appetitiue virtutis q̄ inclinatio quedam: vt supra dictuz est. Ad ca ḡ que sufficienter inclinat per naturā ipsius potētie non indiget aliqua qualitate inclinate: sed q: necessarium est ad finē hūane vite q̄ vis appetitiua inclinet ad aliquod determinatū: ad qō nō inclinat ex natura potentie: que se habet ad multa ⁊ diuersa: ideo necesse est q̄ in voluntate ⁊ in alijs viribⁱ appetitiuis sint quedā qualitates inclinantes: que dicūtur habitus. ¶ Ad scōz dō. q̄ intellectⁱ agēs est agens tantū ⁊ nullo modo patiēs: sed volūtas ⁊ quelibet vis appetitiua est mouens ⁊ motuz: vt dicitur in. 3°. de aia. ⁊ ideo non est ſimilis ratio de vtroq: nam esse ſuſceptiuū hitus p̄uenit ei qō est quodāmodo in potētia. ¶ Ad tertiū dō q̄ volūtas ex ipsa natura potētie inclinat in bonū rōnis ſz quia hoc bonū multipliciter diuersificat: necessariū est vt ad aliquod determinatū bonuz rōnis voluntas per aliquē habituz inclinetur: ad hoc q̄ sequatur ꝓmptior operatio.

¶ sextum sic proce

dit. Videtur q̄ in angelis non sint habitus. Dicit enim Maxim⁹ ꝓmētator Dionysius in. 7°. ca. de ce. hierarchia. Non conuenit arbitrari virtutes intellectuales. i. ſpūales more accidētiū quēadmodū ⁊ in nobis sūt: in diuinis intellectibⁱ. ſ. angelis esse: vt aliud in alio ſit ſicut in ſubiecto. accns enī omne illuc repulſū est: sed omnis habitus est accns: ergo i angelis nō sunt habitus. ¶ Preterea sicut Dionysius dicit. 4. c. de ce. hierarchia. ſancte celeſtium essentiarū dispositiones ſuper oīa alia dei bonitatē ptcipant sed semper qō est per se ē prius ⁊ potius eo quod est per aliq̄d: ergo angelorū cēntie per seipas pficiunt ad cōformitatē dei: nō ḡ p aliquos habitus: ⁊ hec videt esse rō Maximi qui ibidē ſubdit. Si. n. hoc esset: nō vtiq: maneret in semetipſa hax cēntia: nec deificari p se q̄tū fozet possibile valuisset. ¶ Preterea habit⁹ est dispositio quedā: vt dicit i 5. methaphiſice. ſed dispositio vt ibidem dicit: est ozdo habētis ptes: cū ergo angeli ſint ſimpliceſ: videtur q̄ in eis nō ſint dispōnes ⁊ habitus. ¶ Sz cōtra est q̄ Dionysius dicit ſeptimo ca. ce. hierarchie: q̄ angeli p̄me hierarchie nominātur caleſtes cētes: ⁊ throni: ⁊ effusio ſapiētie manifestatio dei formi ipsorum habituū. ¶ Respōdeo dō. q̄ quidam posuerūt in angelis nō esse habitus: ſed quecūq: dicūtur de eis cēntialiter dicūtur. vñ Maximus post p̄dicta verba que induxim⁹ dicit. Habitudines eax atq: virtutes que in eis sunt cēntiales sūt ꝓpter imaterialitatē. ⁊ hoc etiā Simplic⁹ dicit i cōmento p̄dicamētorum. ſapia aūt que est in aia habit⁹ est: que aūt in intellectu ſubstātia. oia enī que sunt diuina: ⁊ per se ſufficiētia ſunt ⁊ in seipis existentia: que quidē positio ptim hz veritatē: ⁊ ptim cōtinet falſitatē. Manifestū est enim ex p̄missis q̄ ſubiectū hitus nō est niſi ens in potētia. Cōſiderantes igit p̄dicti cōmētatores q̄ angeli ſunt imateriales: ⁊ q̄ nō est in illis potētia materie: ꝑz hoc

ab eis habitū excluserūt ⁊ omne accñs. Sed quia licet in angelis non sit potētia materie: est tamē in eis aliqua potētia. esse enī actū purū est ꝓpriū dei ⁊ ideo inq̄tū iuenit in eis de potētia: intm eis pñt habitus inueniri. Sed q̄ potētia materie ⁊ potentia intellectualis substātie: non est vnius rōnis ió per cōsequēs nec habit⁹ vnius rōnis est vtrobiq̄ Unde Simplicius dicit in cōmēto p̄dicamētoꝝ. q̄ habitus intellectualis substātie nō sūt silles his qui sunt hic bitib⁹: sed magis sūt similes simplicibus ⁊ imālibus spēbus quas ptinet in seipso. Circa huiusmodi tamē habitū aliter se habet intellectus angelicus: ⁊ aliter intellect⁹ hūanus. Intellectus enī hūanus cū sit infim⁹ in ordine intellectuum: est in potētia respectu oīum intelligibiliū: sic materia prima respectu oīum formarū sensibiliū ⁊ ideo ad oīa itelligēda indiget aliquo habitu: ſz intellectus angelic⁹ nō se hz sicut pura potētia in genere intelligibiliū: sed sicut act⁹ quidā: nō aūt sicut actus purus. hoc enī soli⁹ dei est: sed pmixtiōe alicuius potētie: ⁊ tanto minus hz de potēciabilitate q̄to est supior: ⁊ ideo vt in p̄mo dictū est: iquātū est in potētia indiget perfici habitualiter p aliquas spēs intellectuales ad opationē ꝓpriā: sed iquātū est actu per ēntiam suā pōt aliqua itelligere ad mínus seipm: ⁊ alia fm modū sue substātie vt dicit in li⁹. de causis. ⁊ tāto pfectius quāto est pfectior. Sed q̄ nullus ptinet ad pfectionē dei: sed in infinitū distat: ꝓpter hoc ad attingendū ad ipz deū p intellectū ⁊ volūtatē: indigent aliquib⁹ bitibus tanq̄ in potētia existens respectu illius puri actus. vnde Dionysius dicit habitus eoꝝ esse dei formes quib⁹. s. deo pformātur. habit⁹ autē q̄ sunt dispōnes ad esse naturale nō sunt in angelis cum sint imāles. ¶ Ad p̄mū ergo dō q̄ verbū Maximi intelligendū est de habitib⁹ ⁊ accñtib⁹ mālib⁹. ¶ Ad scdm dō. q̄ q̄tū ad hoc q̄ cōuenit angelis p suā ēntiam nō indigēt bitu: sed q̄ nō ita sūt per seipsos entes quin pticipent sapiam ⁊ bonitatem diuinā: ideo inquātū indigent pticipare aliq̄d ab exteriori intantū necesse est in eis ponere habitus ¶ Ad tertiuz dicēdū q̄ in angelis nō sunt partes ēntie sed sunt ptes fm potētiā: inquātū intellect⁹ eorum per plures spēs pficitur ⁊ volūtas eoꝝ se habet ad plura.

Questio. li.

Einde cōside

randū est de cā habituū. Et p̄mo quantū ad generationem ipoꝝ. Scdo q̄tum ad augmētū. Tertio quantum ad diminutionē ⁊ corruptionē. Circa primū querūtur quattuor. Primo vtrū aliquis habit⁹ sit a natura Secūdo vtꝝ aliquis habitus causet. Tertio vtrū per vnū actum possit generari habitus. Quarto vtrum aliqui habitus sint in hoibus infusi a deo.

¶ primum sic ꝓ

ceditur. Uidetur q̄ null⁹ habit⁹ sit a natura. Eoꝝ enī que sunt a natura vsu⁹ non subiacet volūtati: sed habit⁹ est quo quis vtitur cum voluerit: vt dicit philosophus in .3°. de aīa: ergo habit⁹ nō est a natura. ¶ Preterea natura nō facit per duo q̄ per vnū pōt facere: sed potētie aie sūt a natura: si igitur habit⁹ potētiaꝝ a nā cēnt bitus ⁊ potētia essent vnū. ¶ Preterea natura nō deficit in necessarijs: ſz bitus sūt necessarij ad bñ operandū: vt p̄ dictū est. si igit bitus aliqui cēnt a natura: videtur q̄ natura nō deficeret quin oēs hit⁹ necessarios cāret: pz aūt hoc esse falsum: g̃ hit⁹ nō est a natura. ¶ Sed ꝓtra est q̄ in. 6°. ethi. inter alios bitus ponitur intellectus p̄incipioꝝ qui est a natura: vñ ⁊ p̄incipia p̄ma dicūt naturaliter cognita. ¶ Respondeo dō. q̄ aliq̄d pōt esse naturale alicui dupliciter. Uno mō fm nām spēi: sicut naturale est hoī esse risibile: ⁊ igni ferri sursum. Alio modo fm naturā indiuidui: sicut naturale est sorti vel platoni esse egrotatiuū vel sanatiuū fm p̄portiā cplexionē. Rursus fm vtrāq̄ naturā pōt dici aliq̄d naturale dupliciter. Uno mō q̄ totū est a natura. Alio mō q̄ fm aliq̄d est a natura: ⁊ ſz aliquid est ab exteriori p̄ncipio: sicut cum aliq̄s sanatur p scipm: tota sanitas est a natura. cū aūt aliq̄s sanat auxilio medicine sanitas ptim est a natura: ptim ab exteriori p̄ncipio. Si igit loquamur de habitu fm q̄ est dispositio subiecti i ordine ad formā vel naturā: quolibet p̄dictoꝝ modoꝝ cōtingit habitū esse naturalē. Est enī aliqua dispositio naturalis que debet humane spēi: extra quā nullus hō inuenitur: ⁊ hec est naturalis fm naturā spēi: ſz q̄ talis dispositio quādam latitudinē hz: cōtingit diuersos gradus huiusmodi dispōnis contrahi diuersis hoibus fm naturā indiuidui: ⁊ huiusmodi dispositio pōt esse vel totaliter a natura: vel ptim a natura: ⁊ partim ab exteriori p̄ncipio sicut dictum est de his qui sanātur per artē: sed bitus qui est dispositio ad opationē cui⁹ subiectū est potētia aie: vt dictū est: pōt quidē esse naturalis ⁊ fm naturā speciei: ⁊ fm naturā indiuidui: fm quidē naturā spēi fm q̄ se tenet ex pte ipsius aie: que cuz sit forma corpis est p̄ncipiū specificū: fm aūt naturā indiuidui ex pte corpis quod est materiale p̄ncipiū: sed tamē neutro modo cōtingit in hoib⁹ esse habit⁹ naturales: ita q̄ sint totaliter a natura. In angelis siquidē contingit eo q̄ habēt spēs intelligibiles naturaliter inditas: quod non cōpetit humane nature: vt in p̄mo dictum est. Sunt ergo in hoibus aliqui habit⁹ naturales tanquā partim a natura existentes: ⁊ partim ab exteriori p̄ncipio. aliter quidem in apprehensiuis potentijs: ⁊ aliter in appetitiuis potentijs. In apprehensiuis enim potētijs pōt esse habitus naturalis fm inchoationē ⁊ fm naturam speciei: ⁊ fm naturā indiuidui: fm quidez naturā speciei ex parte ipsius anime: sicut intellectus p̄incipioꝝ dicit esse habit⁹ naturalis ex ipsa enim natura anime intellectualis cōuenit homini q̄ statim cognito qui est totum: ⁊ quid est pars: cognoscat q̄ omne totum est maius sua parte: ⁊ simile est in ceteris. Sed quid sit totum ⁊ q̄d

sit pars cognoscere non potest nisi per spēs intelligibiles a fantasmatibus acceptas: ⁊ ꝓpter hoc phs in fine posteriorꝝ ostendit ꝙ cognitio prīciporꝝ ꝓuenit nobis ex sensu. Sm vero naturam indiuidui est aliquis habitus cognoscitiuus fz ichoationem naturalem: inquātum vnus homo ex dispositione organorꝝ est magis aptus ad bene intelligendū ꝙ alius inquantū ad operationē intellectus indigem⁹ virtutibus sensitiuis. Jn appetitiuis autem potentijs non est aliquis habitus naturalis fz inchoationem ex parte ipsius anime quantuz ad ipsam substantiā habit⁹: sed solum quantū ad ꝑncipia quedam ipsius: sicut ꝓncipia iuris cōis dicunt esse seminalia virtutū: ⁊ hoc ideo: qz inclinatio ad obiecta ꝓpria que videtur esse iclinatio habitus: non ptinet ad habituz: sed magis ptinet ad ipsam rōnem potentiarꝝ: sed ex parte corpis Sm naturam indiuidui sunt aliqui habitus appetitiui Sm inchoationes naturales. sunt enī quidā dispositi ex ꝓpria corpis conplexione ad castitatem vel mansuetudinē: vel ad aliquid huiusmodi. ¶ Ad ꝑmuz ḡ od. ꝙ obiectio illa ꝓcedit de natura fz ꝙ diuiditur cōtra rōnem ⁊ voluntatez: cum tñ ipsa ratio ⁊ voluntas ad naturā bois ptineant. ¶ Ad scōm od. ꝙ aliquid etiam naturaliter potest superaddi potentie: qō tamē ad ipam potētiā ptinere nō pōt: sicut in angelis nō pōt ptinere ad ipam potentiā intellectiuaz: ꝙ sit p se cognoscitiua oium quia oporteret ꝙ esset actus omniū: qō solius dei est. id enim quo aliquid cognoscit oportet esse actualez similitudinē ei⁹ qō cognoscit. vnde sequeret si potentia angeli per seipam cognosceret oīa ꝙ essz similitudo ⁊ actus oium. vnde oportet ꝙ supaddātur potentie intellectiue ipsius alique spēs intelligibiles que sint similitudines rerū intellectiuaruz qz per pticipationem diuine sapiētie ⁊ non per eēntiam ꝓpriam ꝑfit intellectus eorꝝ esse actu ea que intelligunt. Et sic patet ꝙ non omne id quod ptinet ad habitum naturalē pōt ad potētiā ptinere. ¶ Ad tertiū od. ꝙ natura non equaliter se habet ad causandas omnes diuersitates habituū: quia quidā ꝑfit causari a natura quidā nō: vt ō dictum est: ⁊ ideo non sequit si aliqui sint habitus naturales ꝙ omnes sunt naturales.

Ꝺ secundū sic ꝓcedit. Videt ꝙ nullus habitus possit ex actu causari.

Habitus enī est qualitas quedā: vt ō dictū est. ois aūt qualitas causat in aliquo subiecto inq̄tū est alicuius receptiuum. cum igitur agens ex hoc ꝙ agit nō recipiat aliqd sed magis ex se emittat: videt ꝙ non possit aliqs habitus in agente ex proprijs actibus generari. ¶ Preterea illud in quo causat aliqua q̄litas mouetur ad qualitatē illā: sicut pz in calefacta vel infrigidata. qō aūt ꝓducit actū causantē q̄litatē: mouet: vt pz de calefaciente vel infrigidāte. si igitur i aliquo causaret habitus per actū suiipsius sequeretur ꝙ idem esset mouens ⁊ motum: agēs ⁊ patiens: qō est impossibile: vt dicit in .6°. phi. ¶ Preterea effectus nō pōt esse nobilioz sua causa: fz habitus est nobilioz q̄ actus ꝑcedens habitū: qō pz ex hoc ꝙ nobiliores actus reddit. ergo habit⁹ nō pōt causari ab actu ꝑcedente habitū. ¶ Sed contra est ꝙ phs in .2°. ethi. docet habitus virtutum ⁊ vitioꝝ ex actibus causari. ¶ Rñdeo od ꝙ in agēte qñq̄ est solū actiuū ꝑncipiuz sui actus: sicut in igne est solū ꝑncipiū actiuū calefaciendi: ⁊ in tali agente nō pōt aliquis habitus causari ex proprio actu ⁊ inde est ꝙ res naturales non ꝑfit aliqd consuescere vel dissuescere: vt dicit in .2. ethi. Jnuenit aūt aliqd agens in quo est ꝑncipiū actiuū ⁊ passiuū sui actus: sicut pz in actib⁹ humanis. nā act⁹ appetitiue virtutis ꝓcedunt a vi appetitiua: scōm ꝙ mouetur a vi apphensiua repñtante obiectum Et vlterius vis intellectiua Sm ꝙ rōcinat de ꝓclusionib⁹ habet sicut ꝑncipiū actiuū ꝓpositionē p se notā: vnde ex talibus actibus possunt in agētibus aliqui habitus causari: non quidē quātū ad ꝑmū actiuū ꝑncipiū: sed quantū ad ꝑncipiū actus qō mouet motum: nam omne quod patitur ⁊ mouet ab alio disponitur per actum agentis: vñ ex multiplicatis actibus generatur quedā qualitas in potentia passiua ⁊ mota que noīatur habitus: sicut habitus virtutū moraliū causat in appetitiuis potentijs: Sm mouentur a rōne: ⁊ habitus scientiarū causant in intellectu: Sm ꝙ mouent a primis ꝓpositionibus. ¶ Ad primū ergo od ꝙ agens inq̄tū est agens non recipit aliquid: sed inquantū recipit motuz ab alio: sic recipit aliquid a mouente: ⁊ sic causatur habitus. ¶ Ad secunduz od. ꝙ idez Sm idem non pōt esse mouens ⁊ motum. nihil aūt ꝓhibet idem a seipso moueri Sm diuersa. vt in. 8°. phycoꝝ ꝓbatur. ¶ Ad tertiuz od. ꝙ actus ꝓcedens habitū inq̄tū ꝓcedit a ꝑncipio actiuo: ꝓcedit a ꝑncipio actiuo: ꝓcedit a nobiliori ꝑncipio q̄ sit habitus generatus: sicut ipsa ratio est nobilius ꝑncipiū q̄ sit habitus virtutis moralis in vi appetitiua p actuū cōsuetudines generatus: ⁊ intellectus ꝑncipsoꝝ est nobilius ꝑncipiū q̄ scientia conclusionum.

Ꝺ tertium sic ꝓcedit. Videt ꝙ p vnū actū possit habitus generari.

Demōstratio enī actꝰ rōnis est: sed per vnā demōstrationē cātur sciētia que est habitus ꝓclusiōis vnī⁹: ergo habitus pōt cāri ex vno actu. ¶ Preterea sicut cōtingit act⁹ crescere p multiplicationē: ita ꝓtingit actū crescere p intentionē: sed multiplicatis actibus generat hit⁹ ergo etiā si multū intendatur vnus poterit esse cā generatiua habit⁹. ¶ Preterea sanitas ⁊ egritudo sunt habit⁹ quidā: sed ex vno actu cōtingit hominē vel sanari: vel infirmari: ergo vnus act⁹ pōt habitum causare. ¶ Sed contra est qō phs dicit in primo ethi. ꝙ vna hyrundo ver nō facit: nec vna dies: ita vtiq̄ nec beatū nec felicem vna dies: nec paucum tēpus: sed btitudo est opatio Sm habitū ꝑfecte virtutis: vt dicit in primo ethi. ergo habit⁹ virtutis: ⁊ eadē rōne alius habitus non causat p

vnū actum. ¶ Rñ. dō. q̄ sicut iaz dictū est: habit⁹ per actum generatur inquantuz potentia passiua mouetur ab aliquo principio actiuo. Ad hoc aūt q̄ aliqua qualitas causetur in passiuo: oportet q̄ actiuum totaliter vincat passiuū: vnde videm⁹ q̄ quia ignis non potest totaliter vincere suū cōbustibile: non statim inflāmat ipm: sed paulatim abūcit cōtrarias dispōnes: vt sic totaliter vincens ipz similitudinē suam ipsi imprimat. ¶ Manifestum est autem q̄ principiū actiuū qō est ratio nō totaliter pōt superincere appetitiuā potentiaz in vno actu eo q̄ appetitiua potentia se habet diuersimode z ad multa: iudicatur aūt per rōnez in actu vno aliquid appetendū sm determinatas rōnes z circūstantias: vnde ex hoc non totaliter vincitur appetitiua potentia: vt feratur in idem vt in pluribus per modum nature: quod ptinet ad habitum virtutis: z ideo habit⁹ virtutis non potest causari p vnū actum: sed per multos. ¶ In apphensiuis autē potentijs cōsiderādum est q̄ duplex est passiuuz: vnū quidem ipse intellectus possibilis: aliud autē intellectus quē vocat Aristoteles passiuū: qui est ratio ptcularis. i. vis cogitatiua cuz memoratiua z imaginatiua. Respectu igitur primi passiui pōt eē aliquod actiuū qō vno actu totaliter vincit potentiā sui passiui: sicut vna ꝓpositio per se nota cōuincit intellectum ad assentiendū firmiter conclusioni: quod quidē nō facit ꝓpositio ꝓbabilis: vnde ex multis actibus rōnis oportet causari habituz opinatiuuz etiam ex parte intellectus possibilis. ¶ Habituz autē scientie possibile est causari ex vno rōnis actu q̄tum ad intellectū possibilez: sed quātum ad inferiores vires apphensiuas necessariuz est eosdem actus pluries reiterari: vt aliquid firmiter memorie imprimatur. vnde phs in. c. de memoria z reminiscentia: dicit q̄ meditatio ꝓfirmat memorlā: habitus autē corporales possibile ē causari ex vno actu si actiuum fuerit magne virtutis: sicut quādoq̄ medicina fortis statim inducit sanitatem. Et per hoc patet rñsio ad obiecta.

¶ quartū sic ꝓcedit.

Videt q̄ nullus habitus hominibus infundatur a deo. Deus enim equaliter se habet ad omnes: si igitur quibusdam infundit habitus aliquos: omnibus eos infundet quod patet esse falsum. ¶ Preterea deus operat in omnibus sm modum qui conuenit nature iporum: quia diuine ꝓuidentie est naturā saluare: vt dicit Dionysius. 4°. ca. ō di. no. sed habitus in homine naturaliter causantur ex actibus: vt dictū ē non ergo causat deus in hoibus aliquos habitus absq̄ actibus. ¶ Preterea si aliqs habitus a deo infunditur: per illuz habitū homo potest multos actus ꝓducere: sed ex illis actibus causatur similis habitus. vt in. 2°. ethi. dicitur. sequitur ergo duos habit⁹ eiusdem speciei esse in eodem: vnum acquisitum: z alterum infusuz: quod videtur esse impossibile: non enim due forme eiusdez speciei pñt esse in eodem subiecto: non ergo habitus aliquis infunditur homini a deo. ¶ Sz contra est q̄ dicit Eccl. 15°. Impleuit eum dñs spiritu sapientie z intellectus. Sz sapientia z intellectus quidā habitus sunt: ergo aliqui habitus homini a deo infunduntur. ¶ Respōdeo dō. q̄ duplici ratione aliqui habit⁹ hoi a deo infundūt. Prima rō est q: aliq̄ habitus sunt quibus homo bene disponitur ad finez excedentem facultatem humane nature: qui est vltima z perfecta hominis beatitudo: vt supra dcm est. Et quia habitus oportet esse ꝓportionatos ei ad quod homo disponitur fm ipsos: ideo necesse est q̄ etiam habitus ad huiusmodi finem disponentes excedant facultatez humane nature: vide tales habitus nūquā possunt homini inesse nisi ex infusiōe diuina: sicut est de omnibus gratuitis virtutibus. Alia ratio est: quia deus potest ꝓducere effectus causarum secundarum absq̄ ipsis causis secundis: vt in ꝓmo dictum est. Sicut igit quādoq̄ ad ostensionem sue virtutis ꝓducit sanitatem absq̄ naturali causa: que tamen per naturaz posset causari: ita etiam quādoq̄ ad ostendendū suā virtutē infūdit hoi illos hit⁹ q̄ nāli virtute pñt cāri sicut apl⁹us dedit scientiā scripturaruz z omnium linguarum: quam homines per studiuz vel consuetudinem acquirere possunt: licet non ita ꝓfecte. ¶ Ad ꝓmum ergo dō. q̄ deus quātum ad suam naturaz equaliter se habet ad omnes: sed secundū ordinem sue sapientie certa ratione quedā tribuit aliquib⁹ que non tribuit alijs. ¶ Ad scōm dō. q̄ hoc quod deus in omnibus operatur scōm modam eorum non excludit quin deus quedam operet que natura operari non potest: sed ex hoc sequitur q̄ nihil operatur contra id quod nature conuenit. ¶ Ad tertiū dō q̄ actus qui ꝓducuntur ex habitu infuso: non causant aliquem habitū sed confirmant habitum ꝓexistentem: sicut medicinalia remedia adhibita homini sano per naturam non causant aliquam sanitatem: sed sanitatē prius habitam corroborant. Questio. lij.

¶ Einde cōsideranduz est de augmento habitum. Et circa hoc quercūtur tria. Primo vtrum habitus augeantur. Secundo vtrum augeantur per additionem. Tertio vtrum quilibet actus augeat habitum.

¶ primum sic ꝓcedit.

Videtur q̄ habit⁹ augeri nō possit. Augmentū enim est circa quātitatem: vt dicit in. 5°. phisicorum. sed habitus nō sunt in genere q̄titatis: sed in genere qualitatis: ergo circa eos augmentū esse non potest. ¶ Preterea habitus est perfectio quedā: vt dicitur in. 7°. phy. sed pfectio cum importet finē z terminū: nō videt posse recipe magis z minus: ergo habit⁹ augeri nō pōt. ¶ Preterea in his que non recipiunt magis z min⁹ ꝓtingit esse alterationē. alterari .n.

dicit qō de minus calido fit magis calidū: sed i habitibus nō est alteratio: vt ꝓbatur in. 7°. phȳsicorū. g̃ habitus augeri non pñt. ¶ Sed ꝓtra est q̄ fides est quidā habitus ⁊ tñ augef: vñ discipuli dño dicūt Adde nobis fidem. vt habet Luce. 17°. ergo habitus augent. ¶ Rñ. dō q̄ augmentū sicut ⁊ alia ad quātitatē ptinētia a quātitatib⁹ corpalib⁹ ad res spūales ⁊ intellectuales trāsferūtur: pp cōnaturalitatē ītellectus nostri ad corpales: que sub imaginatiōe cadunt. Dicit aūt in quātitatib⁹ corporis aliquid magnū fm q̄ ad debitā pfectionē quātitatis pducit. vnde aliqua quantitas reputat magna ī hoīe: que nō reputatur magna in elephāte: vñ ⁊ in formis dicim⁹ aliquid magnū ex hoc q̄ est pfectū. Et q̄ bonū hȝ rōnem pfecti: ꝓpter hoc in his que nō mole magna sunt: idem est esse mai⁹ qō melius. vt Aug. dicit in. 8°. de trini. Perfectio aūt forme dupliciter pōt considerari. Uno modo fm ipsam formā. Alio mō fm q̄ subiectū pticipat formā. Inquātū igitur attendit pfectio forme fm ipam formā sic nō dicit ipsa esse parua vel magna puta magna vel parua sanitas vel scia. Inquātuȝ vero attendit pfectio forme fm pticipationē subiecti: dicit magis ⁊ min⁹: puta magis vel minus album ⁊ sanum. Non aūt ista distinctio ꝓcedit fm hoc q̄ forma habeat esse ꝓter materiā aut subiectum: sed q̄ alia est consideratio eius fȝ rōnē spēi sue: ⁊ alia fm q̄ pticipat in subiecto: fm hoc igit circa intensionē ⁊ remissionē habituū ⁊ formarū fuerunt quattuor opiniones apud phos: vt Simplicius narrat in cōmēto ꝑdicamēto⁹. Plotinus enim ⁊ alȳ platonici ponebāt ipsas qualitates ⁊ habitus suscipere magis ⁊ min⁹: ꝓpter hoc q̄ māles erāt: ⁊ ex hoc habebāt indeterminationē quādā ꝓpter materie infinitatē. Alȳ vero in cōtrariū ponebāt q̄ ipse qualitates ⁊ habitus fm se non recipiebāt magis ⁊ minus: sed qualia dicunt magis ⁊ minus fm diuersam pticipationē: puta q̄ iustitia non dicat magis ⁊ minus: sed iustū: ⁊ hāc opinionē tangit Aristoteles in ꝑdicamētis. Tertia fuit opinio stoicoꝝ: media inter has. posuerūt enim q̄ aliqui habit⁹ fm se recipiūt magis ⁊ min⁹ sicut dicartes: q̄dā aūt non: sicut virtutes. Quarta opinio fuit quorūdā dicentiū q̄ qualitates ⁊ forme imateriales nō recipiūt magis ⁊ minus. māles aūt recipiūt. Ut igit huiusmodi rei veritas manifestetur: cōsiderādū est q̄ illud fm q̄ sortit aliq̄d spēm dz esse fixū ⁊ stans: ⁊ quasi indiuisibile. quecunq; enī ad illud attingunt sub specie cōtinent. quecūq; aūt recedūt ab illo: vel in plus vel in minus: ptinēt ad aliā spēm vel pfectionē vel ipfectionē. vñ phus dicit in. 8°. metaph. q̄ spēs rerū sūt sicut numeri: ī quibus additio vel diminutio variat spēm. Si igitur aliqua forma vel quecūq; res fm seipsam: vel fm aliq̄d sui sortiat rōnem spēi: necesse est q̄ fm se ꝑsiderata habeat determinatā rōnē que neq; i pl⁹ excedere: neq; in min⁹ deficere possit: ⁊ huiusmōi sunt calor ⁊ albedo: ⁊ alie huiusmōi qualitates q̄ nō dicūtur in ordine ad aliud: ⁊ multo magis substantia que est per se ens. Illa vero que recipiunt spēm ex aliquo ad qō ordinātur: pñt fm seipa diuersificari in plus vel in min⁹: ⁊ nihilomin⁹ sūt eadem specie propter vnitatem eius ad quod ordinant ex quo recipiūt spēm: sicut mot⁹ fm se est intensior ⁊ remissior: ⁊ tñ remanet eadē spēs pp vnitatem termini ex quo specificat: ⁊ idē pōt ꝑsiderari in sanitate: na corpus ptingit ad rōnez sanitatis fm q̄ hȝ dispōnē ꝓueniētē nature aīalis. cui pñt dispositiones diuerse cōueniētes esse: vñ pōt variari dispositio in plus vel in minus: ⁊ tñ semp remanet sanitatis ratio: vnde philosophus dicit in decimo ethicorum. q̄ sanitas ipsa recipit magis ⁊ minus. nō eni eadē est cōmensuratio in oībus: neq; in vno ⁊ codez semp: sed remissa ptinet sanitas vsq; ad aliquid: huiusmodi aūt diuerse dispōnes vel cōmēsuratiōes sanitatis se habēt fm excedēs ⁊ excessum: vnde si nomē sanitatis cēt impositum soli pfectissime cōmēsuratiōi: tūc ipsa sanitas non diceret maior vel minor. Sic igit pȝ qualiter aliq̄ qualitas vel forma possit fm seipam augeri vl̄ minui: ⁊ qualiter nō. Si vero cōsiderem⁹ q̄litatē vel formā fm pticipationē subiecti: sic etiā inueniunt quedā qualitates ⁊ forme recipe magis ⁊ minus: ⁊ quedā nō. huiusmōi aūt diuersitatis cām. Simplicius assignat ex hoc q̄ substātia fm seipam nō pōt recipere magis ⁊ min⁹: q̄ est ens p se: ⁊ iō oīs forma q̄ substantialiter pticipat in subiecto: caret intensiōe ⁊ remissiōe. vñ in genere substātie nihil dicit fm magis ⁊ minus. Et q̄ q̄titas ꝓpinqua ē substātie ⁊ figura etiā cōsequit q̄titatē inde est q̄ neq; etiam in istis dicit aliq̄d fm magis aut min⁹ Añ phs dicit in. 7° phicoꝝ. q̄ cū aliq̄d accipit formā ⁊ figurā: nō dicit alterari: fȝ magis fieri. Alie vero q̄litates q̄ sūt magis distātes a substātia ⁊ cōiungūtur passiōib⁹ ⁊ actiōib⁹: recipiūt magis ⁊ minus fm pticipatiōem subiecti. Pōt autē ⁊ magis explicari huiusmōi diuersitatis ratio: vt eni dcm est: id a quo aliq̄d hȝ spēm oz manere fixū ⁊ stās in indiuisibili: duobus igit modis pōt ptingere q̄ forma nō pticipat fm magis ⁊ minus. Uno modo q̄ pticipans hȝ spēm fm ipam: ⁊ inde est q̄ nulla forma substātialis pticipat fm magis ⁊ min⁹: ⁊ ꝓpter hoc phs dicit in. 8°. metaph. q̄ sicut numerus nō habet magis neq; min⁹: sic neq; substātia que ē fm spēm. i. q̄ tū ad pticipationē forme specifice: fȝ siquidē que cū materia. i. cōm materiales dispositiones inuenit magis ⁊ minus ī substātia. Alio mō pōt ptingere ex hoc q̄ ipsa indiuisibilitas est de rōne forme. vñ oportet q̄ si aliq̄d pticipet formā illā q̄ pticipet illā fm rōnē indiuisibilitatis: ⁊ inde est q̄ spēs numeri nō dicūt fm magis ⁊ min⁹: q̄ vna queq; spēs in eis cōstituit p indiuisibilē vnitatem ⁊ eadem rō est de spēbus quantitatis continue q̄ scōm numeros accipiūtur: vt bicubitū ⁊ tricubitum: ⁊ de relationibus: vt duplum ⁊ triplū: ⁊ de figuris: vt trigonum ⁊ tetragonū: ⁊ hanc rōnē ponit Aristoteles in ꝑdicamētis: vbi assignans rationem quare figure non recipiunt magis ⁊ min⁹ dicit. Que quidem recipiunt trigoni rationem ⁊ circuli. ⁊ similiter trigona vel circuli sunt: quia in

dūisibilitas est. de ipsa corum ratione. vnde quecunq; pticipāt rōnem corum: oportet q; indiuisibiliter participent. Sic igitur patet q; cum habitus z dispōnes dicant fm ordinē ad aliquid: vt dicit i 7. phicoz. dupliciter potest intensio z remissio in habitibus z dispositionibus cōsiderari. Uno mō fm se, put dicitur maiori vel minori sanitas: vl ma ioz vel minoz sciētia que ad plura vel paucioza se extendit. Alio modo fm participationē subiecti. put. s. equalis scientia vel sanitas magis recipitur i vno q; in alio fm diuersam aptitudinē: vel ex natura: vel ex consuetudine. non enim habitus z dispositio dat speciem subiecto: neq; iteruz in sui ratione includit indiuisibilitatē. Quō aūt circa virtutem se habeat infra dicetur. ¶ Ad pmū g̃ dō q; sicut nomen magnitudinis deriuatur a quantitatibus corpalibus ad intelligibiles pfectiones formarum: ita etiam z nomen augmenti: cuius termin⁹ est magnum. ¶ Ad scōm dō q; habitus quidē pfectio est: non tamen talis perfectio que sit terminus sui subiecti: puta dans ei esse specificum: neq; etiaz in sui rōne terminū includit: sicut spēs numerorum. vnde nihil phibet quin recipiat magis z minus. ¶ Ad tertiū dicēdū q; alteratio primo q̃dem est in qualitatibus tertie specici: in qualitatibus vero prime spēi pōt esse alteratio per posteriorus. facta enim alteratione fm calidum z frigiduz sequitur aīal alterari fm sanum z egrum: z similiter facta alteratione fm passiones appetitus sensitiui vel fz vires sensitiuas apphensiuas: sequit alteratio scōm sciam z virtutes. vt dicit in. 7. phi.

Ꝺ secundū sic pro

cedit. Uidet q; augmentū habituū fiat per additionē. Nomē enī augmēti vt dictum est: a quātitatibus corpalibus trāsfertur ad formas: sed in quātitatibus corpalibus nō fit augmentū sine additiōe. vnde in primo de generatione dicitur q; augmētū est preexistēti magnitudini additamentū. ergo z in habitibus non fit augmentū nisi per additionem. ¶ Preterea habit⁹ non augetur nisi aliquo agente: sed omne agēs aliquid facit in subiecto paciente: sicut calefaciēs facit calorē in ipo calefacto: ergo nō pōt esse augmētum nisi aliqua fiat additio. ¶ Preterea sicut id quod nō est album: est in potentia ad albuz: ita id quod est minus album est in potentia ad magis album: sed illud quod non est album non fit album nisi per aduentum albedinis: ergo id q̃ est minus album non fit magis album nisi per aliquam aliā albedinem supuenientē. ¶ Sed contra est q; phs dicit in. 4°. phicoz. Et calido fit magis calidum: nullo facto in materia calido: quod non esset calidum quando erat minus calidum: ergo pari rōne nec in alijs formis que augent est aliqua additio.

¶ Respondeo dō. q; huius q̃nis solutio dependet ex premissa. dictum est enī supza q; augmentū z diminutio in formis que intendūtur z remittūtur: accidit vno modo non ex pte ipius forme fm e considerate: sed ex diuersa pticipatiōe subiecti: z ideo huiusmodi augmentū habituū z aliarum formarum non fit per additionē forme ad formā sed fit per hoc q; subiectum magis vel minus pfecte participat vnam z eandē formam: z sicut per agens quod est actu fit aliquid actu caliduz quasi de nouo incipiēs participare formam: non q; fiat ipsa forma: vt pbatur. 7°. metaphice. Ita p actionem intensam ipsi⁹ agentis efficit magis calidum tanq; perfectius pticipans formā non tanquā forme aliquid addatur: si enim per additionē intelligeret huiusmōi augmētū in formis hoc ñ possz eē nisi vel ex pte ipsi⁹ forme: vel ex pte subiecti. si aūt ex pte ipsi⁹ forme iā dictūē q; talis additio vel substractio spēm variet sicut variat spēs colozis quā do de pallido fit album. Si vero huiusmodi additio intelligat ex pte subiecti: hoc non posset esse nisi vel q; aliqua pars subiecti recipit formā quaz prius nō habebat: vt si dicat frigus crescere in homine qui prius frigebat in vna parte quādo iam in pluribus ptibus friget: vel quia aliquod aliud subiectum additur participās eandē formā: sicut si calidum adiungat calido: vel albū albo: sed fm vtrūq; istorum duoz modoz non dicitur aliq̃d magis album vel calidū: sed maius: sed q; quedaz accidentia augentur fm scipsa. vt supza dictū est: in quibusdā coz fieri pōt augmentū per additionem. augetur enī motus per hoc q; ei aliquid additur vel fm tempus in quo est: vel scōm viā p quaz est: z tamen manet eadem species ꝓpter vnitatez termini: augetur etiā nihilominus motus per intēsionem scōm pticipationē subiecti: inquātū. s. idē motus pōt magis vel minus expedite aut ꝓmpte fieri. Similiter etiā z scientia pōt augeri scōm seipsam per additionē: sicut cum aliquis plures cōclusiones geometrice adiscit. auget in eo habitus eiusdem scientie scōm spēm. Augetur nihilomin⁹ scientia in aliquo scōm pticipationē subiecti p intensionem: put. s. expeditus z clarius vnus hō se habet alio in eisdem conclusionibus cōsiderādis in habitibus aūt corpozalibus non multum videtur fieri augmentū per additionē: quia nō dicitur animal sanum simpliciter aut pulchruz nisi scōm omnes partes suas sit tale: q; aūt ad pfectiozē cōmensurationē perducat: hoc contingit scōm trāsmutationē simpliciū qualitatū: que non augentur nisi scōm intensionem ex parte subiecti participātis. Quomodo aūt se habeat circa virtutes infra dicetur. ¶ Ad pmum ergo dō. q; etiam in magnitudine corpali contingit dupliciter augmentum. Uno modo per additionē subiecti ad subiectum: sicut est in augmento viuentium. Alio modo per suam intensionem absq; omni additione: sicut est in his que rare fiunt: vt dicitur in. 4°. phicorum.

¶ Ad scōm dicēdū q; causa agens habitū facit q̃dem semper aliquid in subiecto: non autē nouam formam: sed facit q; subiectum perfectius participet formam preexistentem: aut q; amplius se extē dat. ¶ Ad tertiuz dō. q; id quod nondum est album: est in potentia ad formā ipsam tanquam nō dum habens formam: z ideo agens causat nouaz

formā in subiecto: sed id qō est minus caliduz aut albū: nō est in potētia ad formā: cum iam actu formā habeat: sed est in potentia ad pfectū pticipationis modum: ⁊ hoc ꝓsequit per actionez agentis.

Ad tertium sic proce-

dit. Videt ꝙ quilibet actus augeat habitum. ¶ Multiplicata enim causa multiplicat effectus: sed actus sunt causa habituum aliquoꝝ: vt supra dictum est: ergo habit⁹ auget multiplicatis actib⁹. ¶ Preterea de similib⁹ idē est iudiciū: sed oēs act⁹ ab eodē hītu ꝓcedētes sunt similes. vt dicit in. 2. ethico. ergo si aliq̄ act⁹ augeant habitū: qlibet actus augebit ipz. ¶ Preterea simile augetur suo simili: sed quilibet actus est similis habitui a quo ꝓcedit: ergo quilibet act⁹ auget habitum. ¶ Sed contra idem nō est cōtrariorū causa: sed sicut dicit in. 2°. ethi. aliqui act⁹ ab habitu ꝓcedētes diminuūt ipm: vtpote cuz negligenter fiunt: ergo non ois actus habitum auget. ¶ Respōdeo dd. ꝙ similes actus similes habitus causant. vt dicit in. 2°. ethi. Similitudo aūt ⁊ dissimilitudo non solū attēditur fm qualitatē eandez vel diuersam: sed etiā fm eundē vel diuersum pticipationis modū. Est enī dissimile non solū nigrū albo: sed etiā minus albū magis albo. nā etiā motus fit a minus albo in magis albuz: tāq̄ ex opposito in oppositū: vt dicitur in. 5°. physicoꝝ. Quia vero vsus habituum in volūtate hoīs consistit vt ex supradictis patet: sicut contingit ꝙ aliquis habens habitū non vtitur illo: vel etiā agit actū contrariū. Ita etiā pōt cōtingere ꝙ vtitur habitu fm actum nō rādentem ꝓportionabiliter intensioni habitus. Si igitur intēsio actus ꝓportionabiliter equetur intensioni habitus: vel etiā superexcedat q̄libet actus: vel auget habitum: vel disponit ad augmentū ipsius: vt loquamur de augmento hītuuz ad similitudinē augmenti aīalis. nō enī quodlibet alimentum assumptū actu auget animal: sicut nec quelibz gutta cauat lapidem: sed multiplicato alimento tandem fit augmentū. Ita etiā multiplicatis actibus crescit habitus. Si vero intensio act⁹ ꝓportionabiliter deficiat ab intensione habitus: talis actus non disponit ad augmentū habitus: sz magis ad diminutionē ipsius. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Deinde cōsidē-

randuz est de diminutione ⁊ corruptione habituū. Et circa hoc querūt tria. Primo vtrum habitus corrūpi possit. Secūdo vtrum possit diminui. Tertio d̄ modo corruptionis ⁊ diminutionis.

Ad primum sic pro-

ceditur. Videtur ꝙ hitus corrūpi possit. Habitus enī ineſt: sicut natura q̄dam: vñ operatiōes scōm habitū sunt delectabiles: sed natura nō corrūpit manēte eo cui⁹ est natura: ergo neqz hitus corrūpi potest manente subiecto. ¶ Preterea ois corruptio fit me: vel ē per corruptionē subiecti: vel est a contrario. sicut egritudo corrūpit corrupto aīali: vel etiā supueniēte sanitate: sed scia que est q̄dā hitus: nō pōt corrūpi p corruptionē subiecti: qz itellectus qui est subiectū ei⁹ est substātia quedā ⁊ nō corrūpit: vt dicit in ꝓmo de aīa. Et siliter etiā nō pōt corrūpi a cōtrario. nā spēs intelligibiles nō sunt adinuicē cōtrarie: vt dicitur i. 7°. metaph. ergo hitus sciētie nullo modo corrūpi pt. ¶ Preterea ois corruptio ē p aliquez motū: sz hitus sciētie qui est in aīa nō pōt corrūpi per motū per se ipi⁹ aic: qz anima p se non mouet. mouet aūt p accns p motū corpis: nulla aūt trās mutatio corpalis videt posse corrūpere species intelligibiles exītes intellectu: cū intellectus sit p se locus specieꝝ sine corpe. vnde ponit ꝙ nec p senium nec per mortē corrūpūtur: habitus ergo scientia corrūpi nō pōt: ⁊ p ꝑns nec habit⁹ virtutis qui etiā est in aīa rōnali: ⁊ sicut phūs dicit in ꝓmo ethi. virtutes sunt pmanētiores disciplinis. ¶ Sed cōtra est ꝙ phūs dicit in li. de longitudine ⁊ breuitate vite: ꝙ sciētie corruptio est obliuio ⁊ deceptio: peccādo etiā aliquis habitū virtutis amittit: ⁊ ex cōtrarijs actibus virtutes generātur ⁊ corrūpuntur: vt dicit in. 2°. ethicoꝝ. ¶ Rādeo dd ꝙ ſz se dicitur aliqua forma corrūpi per ꝓtrariū suū: p accidens aūt p corruptionē sui subiecti. Si igit fuerit aliquis hitus cui⁹ subiectū est corruptibile: ⁊ cui⁹ causa habet contrarium: vtroqz modo corrumpi poterit: sicut patet de habitibus corporalibus scilicet sanitate ⁊ egritudine: illi vero habitus quorum subiectum est incorruptibile: non possunt corrumpi per accidens. Sunt tamen habitus quidaz qui ⁊ si principaliter sint in subiecto incorruptibili: secundario tamen sunt in subiecto corruptibili sicut habit⁹ scientie quin ꝓncipaliter est quidez in intellectu possibili: secundario autem in viribus apphēsiuis sensitiuis: vt ō dcm est: ⁊ ideo ex pte intellectus possibilis hitus scie nō pōt corrūpi p accidens: sed solū ex pte inferioꝝ virtū sensitiuaruz. Est igit cōsiderādū si pñt huiusmodi hit⁹ p se corrūpi. Si igit fuerit aliqs habit⁹ qui hēat aliqd ꝓrium: vel ex pte sua: vel ex pte sue cāe: poterit per se corrumpi. Si vero non hz ꝓrium non poterit per se corrūpi. Manifestū est aūt ꝙ species intelligibilis in intellectu possibili existens: nō habz aliquid cōtrariū: neqz iterū in intellectu agenti qui est causa eius potest aliquid esse contrarium: vnde si aliqs habitus sit in intellectu possibili immediate ab intellectu agente causatus: talis habitus est incorruptibilis: ⁊ per se ⁊ per accidens. huiusmodi autez sunt habitus primoꝝ principoꝝ: tam speculabiliū q̄ practicoꝝ: qui nulla obliuione vel deceptione corrumpi possunt: sicut phūs dicit in 6°. ethicoꝝ. de prudentia ꝙ non perditur per obliuionem. Aliquis vero habitus est in intellectu possibili ex rone cātus. s. habit⁹ cōclusionū: q̄ dicitur scientia: cui⁹ cause dupliciter potest aliqd

contrariū esse. Uno mō ex parte ipsaꝝ ꝓpositionū ex quib⁹ ratio ꝓcedit: et eni enūciationi que est: bonū est bonū: cōtraria est ea que est: bonū nō est bonū: fm phm in. 2° phiermenias. Alio mō q̄tum ad ipsum ꝓcessum rōnis: put syllogism⁹ sophisticus opponit syllogismo dialectico uel demōstrationi. Sic igit patet q̄ p falsam rōnem pōt corrumpi habitus vero opinionis aut etiā sciētie. Unde phs dicit q̄ deceptio est corruptio sciētie: sicut. ē. dictū est: virtutū vero quedā sunt intellectuales q̄ sunt in ipsa rōne: ut dicit in. 6° ethicoꝝ: de quib⁹ est eadem ratio que est de sciētia uel opinione. Quedā vero sunt in parte aīe appetitiua: que sūt virtutes morales: et eadē ratio est de vitijs oppositis: habitus autez appetitiue partis causant per hoc q̄ rō nata est appetitiuā partē mouere: vñ p iudiciū rationis in contrariū mouētis quocūq; mō. s. siue ex ignorātia siue ex passione vel etiā ex electione: corrūpit habitus virtutis vel vitij. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ sicut dicit in. 7° ethicoꝝ: habit⁹ similitudinem habet nature: deficit tamē ab ipsa et ideo cū natura rei nullo mō remoueat ab ipsa: habit⁹ difficile remouet. ¶ Ad secundum dicendum q̄ etsi specieb⁹ intelligibilib⁹ nō sit aliquid contrariū: enūciationib⁹ tn̄ et ꝓcessui rōnis pōt aliquid esse ꝓtrariū ut dictū est. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ sciētia nō remouet per motū corporalē quantū ad ipsū radicem habitus: sed solum q̄tum ad impedimentum actus: inq̄tum intellectus indiget in suo actu viribus sensitiuis: quib⁹ ipedimtntū affert p corporalem trāsmutationē: sed per intelligibilē motū rationis pōt corrūpi habitus sciētie: etiā q̄tuz ad ipsā radicē habitus et similiter etiā potest corrūpi habitus virtutis. Tamē q̄ dicit virtutes esse ꝑmanētiores disciplinis: intelligendū est nō ex parte subiecti vel cause: sz ex parte act⁹: nā virtutū vsus est continu⁹ p totā vitā: nō aūt vsus disciplinaꝝ.

Ad secundū sic ꝓ

cedit. Uidetur q̄ habitus diminui nō possit. Habitus enim est quedā q̄litas et forma simplex: simplex aūt aut totū habet: aut totuz amittit. ergo habitus etsi corrūpi possit: diminui nō potest. ¶ Preterea omne quod cōuenit accidēti: cōuenit eidē rōne sui subiecti: habitus aūt fm seipsum nō intēdit et remittit: alioq̄n sequeretur q̄ aliqua species de suis individuis ꝓdicaretur scōm magis et minus: si igitur scōm participationem subiecti diminui possit: sequeret q̄ aliquid accidat habitui ꝓpriū quod non sit cōmune ei et subiecto: cuicūq; autē forme cōuenit aliq̄d ꝓprium preter suū subiectū: illa forma est separabil' ut dicit in ꝑmo de aia: sequit ergo q̄ habitus sit forma separabilis: qd ē impossibile. ¶ Preterea rō et natura habitus sicut et cuiuslibet accidētis cōsistit in cōcretione ad subiectū: vñ et quodlibet accidēs diffinit⁹ p suū subiectū: si igit habit⁹ fm seipsuz nō intēditur neq; remittit: neq; etiā fm ꝓcretionē sui ad sui subiectū diminui poterit: et ita nullo mō diminuet. ¶ Sed ꝫ est q̄ contraria nata sunt fieri circa idem: augmentū autē et diminutio sunt cōtraria: cum igit habitus possit augeri: videt q̄ etiam possit diminui. ¶ Respōdeo dicendū q̄ habitus dupliciter diminuunt: sicut et augētur: ut ex supra dictis patet. Et sicut ex eadē causa augentur ex q̄ generātur: ita ex eadem causa diminuunt ex qua corrūpūtur. Nam diminutio habitus est quedam via ad corruptionē: sicut ecōuerso generatio habitus est quoddā fundamentū augmentum ipsius. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ habitus fm se cōsideratus est forma simplex: et scōm hoc nō accidit ei diminutio: sed scōm diuersum modū participādi qui ꝓuenit ex indeterminatione potentie ipsius participātis: que. s. diuersimode potest vnā formā participare vel que potest ad plura vel ad paucioza extendi. ¶ Ad secundū dicendū q̄ ratio illa ꝓcederet si ipsa essentia habitus nullo mō diminueretur: hoc aūt nō ponimus: sed q̄ quedā diminutio essentie habitus nō habet ꝓncipiū ab habitu: sed a participante. ¶ Ad tertium dicendum q̄ quocūq; modo significet accidens: habet dependentiā ad subiectū fm suam rationē aliter tamē et aliter. Nam accidēs significatū in abstracto: ipoztat habitudinē ad subiectū que incipit ab accidente et terminat ad subiectū: nam albedo dicit q̄ aliquid est albū: et ideo in diffinitione accidentis abstracti nō ponit subiectū quasi ꝑma pars diffinitionis que est genus: sed quasi secunda que est differentia: dicimus enim q̄ simitas est curitas nasi: sz incōcretis incipit habitudo a subiecto et terminat ad accidēs: dicitur enim albū quod habet albedinem. Propter quod in diffinitione huiusmodi accidentis ponit subiectū tanq̄ gen⁹ quod est ꝑma ps diffinitōis: dicim⁹ eni q̄ simū est nasus curu⁹. Sic igit id qđ ꝓuenit accidētib⁹ ex parte subiecti: non aūt ex ipsa rōne accidētis: nō attribuit accidēti in abstracto: sz icōcreto et huiusmodi intētio et remissio est in quibusdā accidētib⁹: vñ albedo non dicit magis et min⁹ sz albū: et eadē rō est in habitibus et alijs q̄litatib⁹: nisi q̄ quidā habit⁹ augent vel diminuunt p quādā additionē: ut ex supra dictis patet.

Ad tertium sic ꝓ

cedit. Uidet q̄ habit⁹ nō corrumpat aut diminuat p solā cessationē ab ope Habitus eni ꝑmanētiores sunt q̄ passibiles q̄litates: ut ex supra dictis apparet: sz passibiles q̄litates nō corrūpunt neq; diminuunt p cessationez ab actu: nō eni albedo diminuit si visuz nō imutet neq; calor si nō calefaciat: ḡ neq; habit⁹ diminuūt vel corrūpunt p cessationez ab actu. ¶ Preterea corruptio et diminutio sūt q̄dā mutatōes: sz nihil mutat absq; aliq̄ cā mouēte cū igit cessatio ab actu nō ꝓportet aliquā cāz mouentē: nō videt q̄ p cessationē ab actu possit eē diminutio vel corruptio habit⁹. ¶ Preterea habit⁹ sciētie et virtutis sūt i aia intellectiua q̄ ē supra tps: ea vero q̄ sūt supra tps nō corrūpunt neq; diminuunt p tpis diuturnitatē: ḡ neq; hmōi habit⁹ corrūpunt uel diminuunt p tpis diuturnitatē si diu aliqs absq; exercitio ꝑmaneat.

¶Sed contra est qđ phs in libro de longitudine ⁊ breuitate vite dicit q̄ corruptio sciētie nō soluz est deceptio sed etiā obliuio: ⁊ etiā in. 8° ethicox dicitur q̄ multas amicitias iappellatio dissoluit: ⁊ eadem ratione alīs habitus virtutū p cessationez ab actu diminuunt vel tollunt. ¶Respōdeo dicendū q̄ sicut dicit in. 8° ethicox: aliquid potest esse mouens dupliciter. Uno modo per se: qđ. s. mouet sm rationē ꝓprie forme: sicut ignis calefacit. Alio mō per accidēs: sicut id quod remouet phibēs: ⁊ hoc modo cessatio ab actu causat corruptionē vel diminutionē habituū: inq̄tum. s. remouet actus qui phibeat causas corrūpentes vel diminuētes habitum: dictum est enim q̄ habitus per se corrūpunt vel diminuūtur ex cōtrario agēte: vñ quozūcūq̄ habituū cōtraria subrescūt per tēporis tractum que oportet subtrahi per actū ab habitu ꝓcedentem: huiusmodi habitus diminuūtur: vel etiā tollūtur totaliter per diuturnā cessationē ab actu: vt patet etiā in sciētia ⁊ virtute. Manifestū est enim q̄ habitus virtutis mozalis facit hominē ꝓmptū ad eligendū mediū in operationib⁹ ⁊ passionib⁹: cuz aūt aliqs nō vtitur habitu virtutis ad moderādas passiones vel operationes ꝓprias: necesse est q̄ ꝓueniāt multe passiones ⁊ operationes ꝓter modū virtutis ex inclinatione appetitus sensitiui ⁊ alioz que exteri⁹ mouent: vnde corrūpitur virtus vel diminuitur per cessationē ab actu. Similr etiam ex parte habituū intellectualiuz scōm quos est homo ꝓmptus ad recte iudicandū de imaginatis: cum igitur homo cessat ab vsu ītellectualis habitus: insurgūt imaginatiōes extrance: ⁊ quādoq̄ ad cōtrariū ducētes: ita q̄ nisi per frequentē vsum intellectualis habitus quodāmodo succidātur vl cōprimātur: reddit hō minus aptus ad recte iudicandū: ⁊ quādoq̄ totaliter disponit ad ꝓtrariuz: ⁊ sic per cessationē ab actu diminuit: vel etiā corrūpitur intellectualis habitus. ¶Ad ꝑmuz g̈ dicendū q̄ ita etiā calor p cessationē a calefaciendo corrūpetur: si per hoc increscceret frigidū qđ est calidi corruptiuū. ¶Ad secundū dicenduz q̄ cessatio ab actu est mouēs ad corruptionē vel diminutionem sicut remouens prohibens: ut dictum est. ¶Ad tertiū dicendū q̄ pars intellectiua aie sm se est supra tēpus. sed pars sensitiua subiacet tēporī: ⁊ ideo per tpis curſuz trāsmutat quantū ad passiones appetitiue partis: ⁊ etiā q̄tum ad vires apprehēsiuas: vnde phs dicit i. 4° phicox q̄ tempus est cā obliuionis. Questio. liij.

Einde cōsiderandū est de distinctione habituū: ⁊ circa hoc querūtur quattuor. ¶Primo vtrū multi habitus possint esse in vna potētia. Scō o vtrū habitus distinguant sm obiecta. Tertio vtrum habit⁹ distinguantur sm bonum ⁊ malum. Quarto vtrum vn⁹ habitus ex multis habitibus constituat.

Dprimum sic proceditur. Videt q̄ nō possint esse multis habit⁹ i vna potētia. Eox enī que sm idē distinguunt multiplicato vno multiplicat ⁊ aliud: sz sm idē potētie ⁊ habitus distinguunt. s. sm act⁹ ⁊ obiecta: sīlr g̈ multiplicant: nō g̈ pñt esse multi habitus in vna potētia. ¶Preterea potentia est virt⁹ q̄dā simplex: sz in vno subiecto simplici nō pōt esse diuersitas accipientiū: qz subiectū ē cā accidētis: ab vno aūt simplici nō videt ꝓcedere nisi in vnū: g̈ in vna potētia nō pñt cē multi habit⁹ ¶Preterea sicut corp⁹ format p figurā: ita potentia format p habitū: sz vnū corp⁹ nō pōt simul formari diuersis figuris: g̈ neq̄ vna potētia pōt simr formari diuersis habitib⁹: nō g̈ plures habit⁹ pñt simul cē i vna potētia. ¶Sed ꝓtra est q̄ intellect⁹ est vna potētia: in q̄ tñ sunt diuersa ꝓ scientia ꝓ habitus. ¶Respōdeo dicenduz q̄ sicut. s. dictū ē: habitus sunt dispōnes quedā alicui⁹ in potētia existētis ad aliq̄d: siue ad naturā siue ad operationē vel finē nature: ⁊ de illis quidē habitib⁹ q̄ sunt dispositiones ad naturā manifestuz est q̄ pñt plures cē in vno subiecto: eo q̄ vni⁹ subiecti pñt diuersimode partes accipi sm quaꝓ dispositionē habit⁹ dicunt sicut si accipiant humani corpis partes ꝓut disponunt scōm naturā humanā: est habit⁹ vl dispositio sanitatis. Si vero accipiant ptes sīles vt neruī: ⁊ ossa ⁊ carnes: eaꝓ dispositio ordine ad naturā est fortitudo aut macies. Si vero accipiūt mēbra: vt man⁹: ⁊ pes ⁊ huiusmodi: eaꝓ dispositio nature ꝓueniēs est pulchritudo: ⁊ sic sunt plures habit⁹ vel dispositiones in eodē. Si vero loq̄mur de habitib⁹ q̄ sunt dispositōes ad opa: q̄ ꝓprie pertinēt ad potētias: sicut etiā ꝓtingit vni⁹ potētie cē habitus plures: cui⁹ rō est: qz subiectū habit⁹ est potētia passiua: ut. s. dictū est: potētia enī actiua nō tm est alicui⁹ habit⁹ subiectū: vt ex supra dictis patet: potētia aūt passiua ꝓparat ad actū determinatū vni⁹ speciei: sicut mā ad formā: eo q̄ sicut mā determinat ad vnā formā p vnū agēs: ita etiā potētia passiua a rōne vni⁹ obiecti actiui determinat ad vnuz actū scōm spēz: vñ sicut plā obiecta pñt mouēre vnā potentiā passiuā: ita vna potētia passiua pōt esse subiectū diuersoꝝ actuū vl pfectionū scōm speciē habit⁹ ātē sūt q̄dā qlitates aut forme inherētes potētie qb⁹ inclinat potētia ad determinationez act⁹ scōm spēz: vñ ad vnā potentiā pñt plures habit⁹ pertinere sic ⁊ plures act⁹ specie differētes. ¶Ad primū g̈ dō q̄ sic i reb⁹ nālib⁹ diuersitas spēī est scōm formā: diuersitas aūt genez ē scōm māz: ut dicit i. 5°. metaphice: ea enī sunt diuersa genē quoꝝ ē mā diuersa. Ita etiā diuersitas obiectoꝝ scōm gen⁹ facit distinctionē potētiaꝝ: vñ phs dicit i. 6° ethico. q̄ ad ea q̄ sūt genere alīa: sūt etiā aie ptīcule alie: diuersitas vero obiectoꝝ sm spēz facit diuersitatē actuū sm spēz: ⁊ p ꝑns habituū. Quecūq̄ ātē sūt diuersa genē: sūt etiā spē diuersa sz nō quecūq̄: vñ iō diuersarū potētiaꝝ sūt diuersi act⁹ spē: ⁊ diuersi habitus nō aūt oportet q̄ diuersi habit⁹ sint diuersaꝝ po-

tentiarum:sed possunt esse plures vni⁹: ⁊ sicut sūt genera genez ⁊ species speciez:ita etiā ptingit eē diuersas species habituuz ⁊ potentiaz. ¶ Ad secundū dicendū q potētia ⁊si sit quidē simplex fm essentiā:est tamē multiplex virtute:fm q ad multos actus specie differētes se extendit:⁊ ideo nihil prohibet in vna potētia esse multos habitus specie differētes. ¶ Ad tertium dicendū q corp⁹ formatur per figurā sicut per propriā terminationē: habitus autem nō est terminatio potentie: sed est dispositio ad actū sicut ad vltimū terminū:⁊ ideo nō possunt esse vnius potētie simul plures actus: nisi forte fm q vnus cōprehenditur sub alio: sicut nec vnius corporis plures figure: vt fm q vna est in alia:sicut trigonū in tetragono:nō eni pōt intellectus simul multa actu intelligere: potest tamē simul habitu multa scire.

ℬ secundū sic pro

ceditur. Videtur q habitus nō distinguantur fm obiecta. Cōtraria eni sūt specie differētia:sed idem habitus sciētie est cōtrariorum:sicut medicina sani ⁊ egri:nō ergo fm obiecta specie differētia habit⁹ distinguunt. ¶ Preterea diuerse sciētie sunt diuersi habitus:sed idem scibile pertinet ad diuersas sciētias:sicut terrā eē rotundā demōstrat naturalis ⁊ astrologus:vt dicitur in.2ᵒ physicoz:ergo habitus nō distinguūtur fm obiecta. ¶ Preterea eiusdem actus est idem obiectū:sed idez actus potest ptinere ad diuersos habitus virtutū si ad diuersos fines referatur: sicut dare pecuniā alicui si sit ppter deum pertinet ad charitatē:si vero ppter debitū soluendū pertinet ad iusticiā:ergo etiā idē obiectū pōt ad diuersos habitus ptinere:nō g est diuersitas habituum fm diuersitatē obiectoz. ¶ Sed ꝓ:act⁹ differunt specie fm diuersitatē obiectoz:ut.s.dictū est: sed habit⁹ sunt dispositiōes quedā ad actus: g etiā habitus distinguunt fm diuersa obiecta. ¶ Respondeo dicendū q habitus ⁊ est forma quedā:⁊ ē habitus:pōt g distinctio habituū fm speciem attēdi: aut fm cōem modū quo forme specie distinguunt aut fm ppriū modū distinctiōis habituū. Distinguunt siquidē forme adinuicē fm diuersa pncipia actiua:eo q oē agēs facit sile sibi scōm speciē:habitus aūt importat ordinē ad aliqd:oia aūt q dicuntur scōm ordinē ad aliqd:distinguunt scōm distinctionē eoz ad q dicunt. Est aūt habit⁹ dispositio q̄dā ad duo ordinata.s.ad naturā ⁊ operationē pntez naturā. Sic igit scōm tria habit⁹ specie distinguunt. Uno qdē mō scōm pncipia actiua taliū dispōnuz. Alio vero mō scōm naturā. Tertio vero mō scōz oba specie dria:vt p sequētia explicabit. ¶ Ad p mū g dicendū q in distinctiōe potētiaz vel etiā habituū nō est psiderandū ipsū obiectū materialiter sz rō obiecti differēs specie uel etiaz genere: q̄uis aūt ꝓria spē differat diuersitate rez:tñ eadē rō est cognoscēdi vtrūq:qz vnū p aliud cognoscit: ⁊ iō inq̄tū cōueniūt in vna rōne cognoscibilis:ptinent ad vnū habitū cognoscitiuū. ¶ Ad secundū dicendū q terrā eē rotundā p aliud mediū demonstrat naturalis:⁊ p aliud astrolog⁹. Astrolog⁹ eniz hoc demōstrat p media mathematica: sicut p figuras eclypsiū:uel p aliud huiusmodi:nāalis vero hoc demōstrat p mediū naturale:sicut p modū grauium ad mediū vel p aliud huiusmodi. Tota aūt virt⁹ demōstrationis que est simul faciēs scire: ut dicit i ꝑmo posteriozum dependet ex medio: ⁊ ideo diuersa media sunt sicut diuersa pncipia actiua:scōm q̄ habitus scientiaz diuersificant. ¶ Ad 3ᵐ dō q sicut phs dicit in.2ᵒ physi.⁊ in.7ᵒ ethi.ita se habet finis in operabilibus: sicut pncipiū in demōstratiuis:⁊ iō diuersitas finiū diuersificat virtutes:sicut ⁊ diuersitas actiuoz pncipioz:sunt etiā ipsi fines obiecta actuū interioz q maxime ptinēt ad virtutes:ut ex supra dictis patet.

ℬ tertium sic pro

cedit. Uidetur q habit⁹ nō distinguātur scōm bonū ⁊ malū. Bonū eniz ⁊ malū sunt ꝓtraria:sz idē habit⁹ est ꝓtrariorū: ut.s. habitū est: g habit⁹ nō distinguunt scōm bonum ⁊ malū. ¶ Preterea bonū ꝑuertit cū ente: ⁊ sic cuz sit cōe oīb⁹ nō pōt sumi ut differētia alicui⁹ speciei: vt patet p phm in.2ᵒ topicoz:silr etiā maluz:cū sit ꝑuatio ⁊ nō ens:nō pōt esse alicui⁹ entis differētia nō g fm bonū ⁊ malū pñt habitus specie distingui ¶ Preterea circa idē subiectū ptingit esse diuersos habitus malos:sicut circa ꝑcupiscētias intemperantiā ⁊ insensibilitatē:⁊ silr etiā plures habit⁹ bonos.s.virtutē humanā:⁊ virtutez heroicā siue diuinā:ut patet p phm in.7ᵒ ethi.nō g distinguunt habitus scōm bonū ⁊ malū. ¶ Sed ꝓtra est q habitus bonus ꝓtrariat habitui malo: sicut virt⁹: uitio:sed cōtraria sunt diuersa scōm speciē:g habit⁹ differunt specie scōm differentiam boni ⁊ mali. ¶ Respōdeo dicendū q sicut dictū est: habit⁹ specie distinguunt:nō soluz scōm obiecta ⁊ pncipia actiua:sed etiam in ordine ad naturā: quod quidē contingit dupliciter. Uno modo scōm conuenientiam ad naturā:vel etiā scōm disconuenientiā ab ipsa:⁊ hoc modo distinguunt specie habit⁹ bon⁹ ⁊ malus.nā habit⁹ bon⁹ dicit qui disponit ad actū conuenientē nature agētis: habitus aūt mal⁹ dicit qui disponit ad actū nō conuenientē nature: sicut actus virtutū nature humane conueniūt:eo q sūt scōm rationē:actus vero vitioz cum sint ꝓtra rationē a natura humana discordāt. ⁊ sic manifestū est q scōm differentiā boni ⁊ mali habitus specie distinguūtur. Alio modo scōm naturā habitus distinguunt ex eo q habitus vnus disponit ad actū conuenientē nature inferioris:ali⁹ aūt habit⁹ dispōnit ad actū ꝓuenientē nature superioris: ⁊ sic virt⁹ humana q̄ disponit ad actū ꝓuenientē nature humane distinguit a diuina virtute vel heroica: que disponit ad actū ꝓuenientē cuidā superiori nature. ¶ Ad primuz ergo dicendū q ꝓtrarioz pōt esse vn⁹ habit⁹ fm q ꝓtraria ꝓueniūt in vna ratōc: nō q̄tum cōtingit q habitus ꝓtrarij sint vni⁹ speciei: contrarietas eni habituū est fm ꝓrias rōnes:⁊ ita

fm bonū ⁊ malū habitus distinguit: inq̄tum vn⁹ habitus est bonus ⁊ alius malus: nō autez ex hoc q̄ vnus ē boni ⁊ ali⁹ ē mali. ¶ Ad secundum dicē dum q̄ bonū cōmune omni enti nō est differentia constituēs speciē alicui⁹ habitus: sed quoddā bonum determinatū quod est fm cōuenientiā ad determinatā naturā. s. humanā: similiter etiam malum quod est differētia cōstitutiua habitus nō est priuatio pura: sed est aliquid determinatuz repugnās determinate nature. ¶ Ad tertium dicendū q̄ plures habitus boni circa idē specie distinguūtur fm ꝓueniētiam ad diuersas naturas: ut dictuz est: plures vero habitus mali distinguuntur circa idem agendum fm diuersas repugnātias ad id qō est fm naturā: sicut vni virtuti contrariātur diuersa vitia circa candē materiā.

¶ quartuz sic ꝓ

ceditur. Videtur q̄ vnus habitus ex plurib⁹ habitib⁹ constituat: illud enim cuius generatio nō simul perficitur: sed successiue videtur ꝓstitui ex plurib⁹ partibus: sed generatio habitus nō est simul: sed successiue ex plurib⁹ actibus: ut supra habitū est: ergo vnus habitus cōstituitur ex plurib⁹ habitibus. ¶ Preterea ex partibus cōstituit totū: sed vni habitui assignātur multe partes: sicut tullius ponit multas partes fortitudinis ⁊ tēperantie ⁊ aliarū virtutū: ergo vnus habitus cōstituitur ex plurib⁹. ¶ Preterea de vna sola cōclusione potest scientia haberi actu ⁊ habitu sed multe cōclusiones pertinēt ad vnā scientiā totam: sicut ad geometriā vel arismetricā: ergo vn⁹ habitus cōstituitur ex multis. ¶ Sed ꝰ: habit⁹ cū sit qualitas quedā est forma simplex: sed nullū simplex constituit ex plurib⁹: ergo vnus habitus non ꝓstituitur ex pluribus habitibus. ¶ Respōdeo dicendū q̄ habitus ad operationē ordinatus ō quo nūc ꝑncipaliter intēdimus: est perfectio quedam potentie: omnis autem perfectio ꝓportionat suo perfectibili: vnde sicut potentia cū sit vna: ad multa se extēdit fm q̄ conueniūt in vno aliquo. i. i generali quadā ratione obiecti: ita etiaz habitus ad multa se extēdit fm q̄ habet ordinē ad aliqd vnū: puta ad vnam specialē rationē obiecti: uel vnam naturam vel vnum ꝑncipiū: ut ex supra dictis patet. Si igitur ꝓsideremus habituz fm ea ad que se extendit: sicut inuenimus in eo quandā multiplicitatem: sed quia illa multiplicitas est ordinata ad aliquid vnum: ad quod ꝑncipaliter respicit habitus: inde est q̄ habitus est qualitas simplex nō cōstituta ex pluribus habitib⁹: etiam si ad multa se extendat: non enim vnus habitus se extendit ad multa nisi in ordine ad vnū ex quo habet vnitatē. ¶ Ad ꝑmū g̃ dicendum q̄ successio in generatione habitus nō cōtingit ex hoc q̄ pars cuius generetur post partem: sed ex eo q̄ subiectuz non statim consequit dispositionē firmā ⁊ difficile mobilem: ⁊ ex eo q̄ ꝑmo imperfecte incipit esse in subiecto: ⁊ paulatim perficit: sicut etiā ē de alijs qualitatib⁹ ¶ Ad 2ᵐ dicendū q̄ partes que singulis partibus cardinalib⁹ assignātur nō sūt partes integrales ex quib⁹ ꝓstituat totū: sz partes subiectiue siue potentiales: ut. ī. patebit. ¶ Ad tertiū dicenduz q̄ illi q̄ in alia scientia acq̄rit ꝑ demonstrationē scientiā cōclusionis vni⁹: habet quidē habitū sz imꝑfecte: cū vero acq̄rit ꝑ aliquā demōstrationē scientiā cōclusionis alteri⁹: nō aggenerat in eo ali⁹ habit⁹: sz habit⁹ q̄ pri⁹ inerat fit pfectior: vtpote ad pl̄a se extēdēs eo q̄ ꝓclusiones ⁊ demōstrationes vni⁹ scientie ordinate sūt: ⁊ vna derivat ex alia. Questio.lv.

¶ nsequenter

ꝓsiderandū est de habitibus in speciali. Et quia habit⁹ ut dictū est: distinguuntur ꝑ bonū ⁊ malū. Primo dicendū ē de habitib⁹ bonis q̄ sūt virtutes: ⁊ alia eis adiūcta. s. donatitudines ⁊ fruct⁹. Secūdo de habitib⁹ malis scilicet de vitijs ⁊ peccatis. Circa virtutes autem quinq; ꝓsiderāda sunt. Prima de essētia virtutis. 2° de subiecto ei⁹. 3° de diuisione virtutū. 4° de causa virtutis. 5° de quibusdam ꝓprietatib⁹ virtutis. Circa primū querūtur quattuor. Primo vtū virtus humana sit habitus. 2° vtrum sit habitus operatiuus. 3° vtrum sit habitus bonus. 4° de diffiniti one virtutis.

¶ primum sic ꝓ

ceditur. Videtur q̄ virt⁹ humana nō sit habitus. Virtus enim est vltimum potētie: ut dicit in ꝑmo de celo: sed vltimū vniuscuiusq; reducit ad gen⁹ illud cui⁹ est vltimuz: sicut punctū ad genus linee: g̃ virtus reducitur ad gen⁹ habitus. ¶ Preterea aug. dicit in. 2° de lib. arbit. q̄ virtus est bonus vsus liberi arbitrij: sed vsus liberi arbitrij est actus: ergo virtus nō est habit⁹ sed est actus. ¶ Preterea habitibus nō meremur sed actibus. alioquin homo mereret cōtinue etiā dormiendo sed virtutib⁹ meremur: ergo virtutes nō sunt habitus sed actus. ¶ Preterea aug⁹ dicit in libro de moribus ecclesie q̄ virt⁹ est ordo amoris ⁊ in libro. 83. q. dicit q̄ ordinatio que virtus vocatur est fruēdis frui ⁊ vtētis vti. ordo aūt seu ordinatio nōiat vel actū vel relationē: g̃ virt⁹ nō est habitus sed actus uel relatio. ¶ Preterea sicut inueniunt virtutes humane: ita ⁊ virtutes naturales: sed virtutes naturales nō sunt habitus sz potentie quedā: g̃ etiam neq; virtutes humane. ¶ Sed cōtra est q̄ ꝑs in libro predicamentoꝝ scientiam ⁊ virtutē ponit esse habitus. ¶ Respōdeo dicendū q̄ virtus nōiat quandā potētie perfectionē: vniuscuiusq; enim pfectio ꝑcipue ꝓsiderat in ordine ad suū finē: finis autem potentie actus est vñ potētia dicit esse pfecta fm q̄ determinat ad suum actum. Sunt autē quedā potentie que fm seipsas sunt determinate ad suos actus: sicut potentie naturales actiue: ⁊ ideo huiusmodi potētie naturales fm se ipsas dicūtur virtutes: potētie aūt rōnales q̄ sunt ꝓprie hois nō sunt determinate ad vnū: sed se ha-

bent indeterminate ad multa: determinant autez ad actus per habitus: sicut ex supra dictis patet. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ quicq; virtus dicit id ad qđ est virtus. s. uel obiectū virtutis uel actꝰ eius: sicut fides dicitur quicq; id qđ creditur: quicq; vero ipsum credere: quicq; aūt ipse habitus quo creditur: vñ quilibet dicitur q̄ virtus est vltimū potētie: sumit virtus ꝓ obiecto virtutis: id enim in quo vltimo potētia esse potest est id ad qđ dicit virtus rei: sicut si aliqs pōt ferre centū libras et nō plus: virtus eius cōsideratur centū libras nō aūt pm. lx. obiectio autē procedebat ac si essentialiter virtus esset vltimum potentie. ¶ Ad secundū dicendū q̄ bonus vsus liberi arbitrij dicitur esse virtus pm eandē rationē: qz. s. est id ad quod ordinatur virtus sicut ad ꝓprium actum nihil est enim aliud actus virtutis q̄ bonus vsus liberi arbitrij. ¶ Ad tertiū dicendum q̄ aliqua dicūtur mereri dupliciter. Uno modo sicut ipso merito: eo modo quo dicimur currere cursu: et hoc mō meremur actibꝰ. Alio modo dicimur mereri aliquo sicut principio merēdi: sicut dicimur currere potētia motiua: et sic dicimur mereri virtutibus et habitibus. ¶ Ad quartū dicendū q̄ virtus dicitur ordo vel ordinatio amoris: sicut id ad quod est virtus: ꝑ virtutē enim ordinat amor in nobis. ¶ Ad quintum dicendū q̄ potētie naturales sunt de se determinate ad vnū: nō aūt potētie rōnales: et ideo nō ē simile ut dictū est.

Ad secundū sic pro

cedit. Uidet q̄ nō sit de ratione virtutis humane q̄ sit habitus operatiuꝰ: dicit enim tullius in. 4°. de tusculanis questionibꝰ: q̄ sicut est sanitas et pulchritudo corporis: ita est virtus aie: sed sanitas et pulchritudo nō sunt habitus operationi: ergo etiā virtus. ¶ Preterea in rebꝰ naturalibus inuenit virtus: nō solum ad agere sed etiā ad esse: ut patet per phm in ꝓmo de celo: q̄ quedam habēt virtutē ut sint semp: quedā vero nō ad hoc q̄ sint semp: sed aliquo tpe determinato: sed sicut se habet virtus naturalis in rebꝰ naturalibus ita se habet virtꝰ humana in rōnalibus: ergo etiaz virtus humana nō solū est ad agere sed etiā ad esse. ¶ Preterea phs dicit in. 7°. ethy. q̄ virtꝰ est dispositio pfecti ad optimū: optimū aūt ad qđ hominez oportet disponi ꝑ virtutē est ipse deus: ut probat augꝰ in li°. 2°. de moribꝰ eccl'ie: ad quē disponit aiam ꝑ assimilationē ad ipsum: q̄ videt q̄ virtus dicat q̄litas quedā aie in ordine ad deum tanq̄ assimilatiua ad ipsum: nō aūt in ordine ad operationē: non igitur est habitus operatiuus. ¶ Sed ꝓtra est qđ phs dicit in. 2°. ethi. q̄ virtus vniuscuiusq; rei est q̄ opus eiꝰ bonū reddit. ¶ Respōdeo dicendū q̄ virtus ex ipsa rōne nois importat quandā pfectionē potētie: ut. s. dictū est: vñ cum duplex sit potētia. s. potētia ad esse: et potētia ad agere: vtriusq; potentie pfectio virtus vocat: sed potētia ad esse se tenet ex parte materie q̄ est ens in potētia: potētia aūt ad agere se tenet ex pte forme q̄ est ꝓncipiū agēdi: cum q̄ vnūquodq; agit inq̄tū ē actu: ipstōne aūt hois corpꝰ se tenet sicut mā: aīa vero sicut forma: et q̄ tū qđē ad corpꝰ hō coicat cū aliis aialibꝰ: et silr q̄tuz ad vires q̄ sunt aie et corpi cōes: sole aūt ille vires q̄ sunt ꝓprie aie. s. rōnales sunt hois tm̄: et iō virtꝰ humana de q̄ loquimur nō pōt ptinere ad corpꝰ: sed ptinet tm̄ ad id qđ est ꝓprium aie: vñ virtꝰ humana nō importat ordinē ad eē: sz magis ad agere: et iō de rone virtutis humane est q̄ sit habitꝰ opatiuꝰ. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ modꝰ actōis sequit dispositionē agētis: vnūqđq; enī qle est alia opat: et ideo cū virtꝰ sit ꝓncipiū aliqlis opationis: oportet q̄ in operāte ꝑexistat pm virtutē aliquā cōformis dispō: facit aūt virtꝰ opationez ordinatam: et iō ipsa virtꝰ est q̄dā dispō ordinata in aīa: pm. s. q̄ ꝓprie potētie aie ordinatur aliqualr adimuicez: et ad id qđ est extra: et iō virtus inq̄tū est conueniēs dispositio aie: assimilat sanitati et pulchritudini: q̄ sunt debite dispositiones corporis: sed ꝑ hoc non excludit quin virtus etiā sit operationis ꝓncipiū. ¶ Ad secundū dicendū q̄ virtus que est ad eē nō est ꝓpria hois sed solū virtus que est ad opera rōnis: que sunt ꝓpria hois. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ cū dei substātia sit eiꝰ actio: sūma assimilatio hois ad deum est pm aliquā operationē: vñ sicut. ā. dcm̄ est: felicitas siue beatitudo per quā homo deo ma maxime cōformat que est finis humane vite i opatione consistit.

Ad tertium sic pro

cedit̄r. Uidet q̄ nō sit de rone virtutis q̄ sit habitus bonꝰ. Peccatū enim in malo semp sumit: sed etiā peccati est aliq̄ virtus pm illud. 1. ad corinth. 15°. Virtus peccati lex: q̄ virtus nō semp est habitus bonꝰ. ¶ Preterea virtus potētie rndet: sz potētia nō solū se habet ad bonū sed etiā ad malū: pm illud esa. 5°. Ue qui potētes estis ad bibendū vinū: ut viri fortes ad miscendū ebrietatē: q̄ etiā virtꝰ se habet ad bonū et ad malū. ¶ Preterea pm aplm. 2. ad corin. 12°. Uirtus in infirmitate pficit: sed infirmitas est quoddā malū: q̄ virtus nō solū se habet ad bonū sed etiā ad malū. ¶ Sed ꝓtra est qđ aug. dicit in li. de moribꝰ eccl'ie Nemo aūt dubitabit q̄ virtꝰ aiaz facit optimā: et phs dicit in. 2°. ethi. q̄ virtus est q̄ bonū facit habētē: et opꝰ eius bonū reddit. ¶ Respōdeo dicendū q̄ sicut. ā. dictū ē: virtꝰ importat pfectionē potētie: vñ virtꝰ cuiuslibet rei determinat ad vltimū in qđ res pōt: ut dicit in ꝓmo de celo. Ultimuz aūt in qđ vnaquaq; potētia pōt: oportet q̄ sit bonū: nam oē malū defectū quendā importat: vñ dion. dicit in 4°. de di. no. q̄ oē malū est infirmum: et ꝓpter hoc oportet q̄ virtꝰ cuiuslibet rei dicat in ordine ad bonū: vñ virtus humana que est habitꝰ operatiuus est bonus habitꝰ et boni operatiuꝰ. ¶ Ad ꝓmuz q̄ dicendū q̄ sicut pfectū: ita etiā et bonū dicit̄ metaphorice in malis. Dicit enī et pfectꝰ fur siue latro: et bonꝰ fur siue latro: ut patet ꝑ phm in. 5°. metaphy. scōm hoc ergo etiā virtus metaphorice in malis dicit̄: et sic virtus peccati dicitur lex inq̄tum. s. per

legē occasionalr est peccatū augmentatū: ꝛ q̄si ad maximū suum posse puenit. ¶ Ad secundū dicendū ꝙ malū ebrietatis ꝛ nimie potationis ꝓsistit in defectu ordinis ꝛ rōnis. ¶ Cōtingit aūt cum defectu rōnis esse aliquā potentiā inferiorē pfectam ad id quod est sui generis: etiā cū repugnātia vel defectu rōnis: pfectio aūt talis potentie cum sit cū defectu rōnis nō posset dici virtus humana. ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ tāta ratio perfectionis esse ostēdit quanto infirmitates corporis ꝛ inferiorū partiū magis pōt vincere seu tolerare: ꝛ ideo virtus humana q̄ rōni attribuit: in infirmitate pfici dicit nō q̄dē rōnis: sꝫ in infirmitate corporis ꝛ inferiorū partiuꝫ.

¶ quartuꝫ sic pro

ceditur. Videtur ꝙ non sit conueniēs diffinitio virtutis que solet assignari: scilicet: Virtus est bona qualitas mētis qua recte viuitur qua nullus male vtit: quā deus in nobis sine nobis operat. virtus enim est bonitas hominis ipsa enim est que bonū facit habentē: sed bonitas nō videtur esse bona: sicut nec albedo est alba: igit inconuenienter dicitur ꝙ virtus est bona qualitas. ¶ Preterea nulla differētia est cōmunior suo genere cuꝫ sit generis diuisiua: sed bonū est cōmunius q̄ qualitas: conuertit enim cum ente: ergo bonum nō debet poni in diffinitione virtutis: ut differētia qualitatis. ¶ Preterea sicut augr dicit i. 12o de tri. Vbi ꝓmo occurrit aliquid quod nō sit nobis peccatoribusq̄ cōmune: illum ad mentē pertinet: sed quedā virtutes sunt etiā irrationabiliū partiū: ut phs dicit in. 3o ethicorū: nō g̃ oīs virtus est bona q̄litas mētis. ¶ Preterea rectitudo videt ad iustitiā ptinere: vñ idē dicunt recti ꝛ iusti: sed iusticia ē spēs virtutis: incōueniēter g̃ ponit rectū in diffinitione virtutis: cum dicit: Qua recte viuit. ¶ Preterea quicūq̄ supbit de aliquo: malivtit eo: sꝫ multi supbiūt de virtute. dicit enī aug. in regula: ꝙ supbia etiā bonis operib⁹ insidiat ut pereat: falsuꝫ est ergo ꝙ nemo virtute male vtat. ¶ Preterea hō per virtutē iustificat: sꝫ augr dicit sup illud io. Maiora horū faciet: qui creauit te sine te nō iustificabit te sine te. inconueniēter ergo dicit ꝙ virtutem deus in nobis sine nobis operat. ¶ Sed ꝓtra est auctas aug. ex cui⁹ verbis ꝑdicta diffinitio colligit: ꝛ ꝑcipue in. 2o de li. arbi. ¶ Respondeo dicendū q̄ ista diffinitio pfecte cōplectit totā rationē virtutis: pfecta enim ratio vniuscuiusq̄ rei colligit ex oībus causis eius. Cōprehēdit aūt ꝑdicta diffinitio oēs causas virtutis: causa nāq̄ formalis virtutis sicut ꝛ cuiuslibet rei: accipit ex eius genere ꝛ differētia cum dicit bona qualitas: genus enim virtutis qualitas est: differētia aūt bonum: esset tn cōueniētior diffinitio si loco qualitatis habitus poneret qui ē genus ꝓpinquū: virtus aūt nō habet materiā ex q̄ sicut nec alia accidētia: sed hꝫ materiā circa quaꝫ: ꝛ materiā in qua. s. subiectū: materia aūt circa quā est obiectū virtutis: qō nō potuit in ꝑdicta diffinitione poni: eo ꝙ p obiectuꝫ determinat virtus ad speciē: hec autē assignat diffinitio virtutis in cōi: vñ ponit subiectū loco cause materialis: cuꝫ dicit ꝙ est bona q̄litas mētis. finis aūt virtutis cū sit habitꝰ operatiuꝰ est ipsa operatio. Sed notandū ꝙ habituū operatiuoꝝ aliq̄ sunt semp ad malū: sicut habitus vitiosi: aliq̄ vero q̄nq̄ ad bonū ꝛ q̄nq̄ ad malū: sicut opinio se habet ad vez ꝛ ad falsū: virtus aūt est habitus semp se habēs ad bonū: ꝛ iō ut discernat virtꝰ ab his q̄ se semp hñt ad malū dicitur. Qua recte viuit: ut āt discernat ab his q̄ se habet q̄nq̄ ad bonū q̄nq̄ ad malū: dicit qua nullus male vtit. Causa aūt efficiēs virtutis infuse ō qua diffinitio datur deꝰ est: ꝓpter qō dicit. Quā deꝰ in nobis sine nobis operat: que quidē particula si auferat reliquū diffinitionis erit cōe oibus virtutibꝰ: ꝛ ac quisitis ꝛ infusis. ¶ Ad ꝓmū ergo dicendū ꝙ id qō ꝓmo cadit in intellectu est ens: vñ vnicuiq̄ apprehēso a nobis: attribuimꝰ ꝙ sit ens: ꝛ p ꝓsequēs ꝙ sit vnū ꝛ bonū que cōuertunt cū ente: vñ dicimꝰ ꝙ essentia est ens ꝛ vna ꝛ bona: ꝛ ꝙ vnitas ē ens ꝛ vna ꝛ bona: ꝛ sil̃r ō bonitate: nō aūt hoc habet loco cuꝫ in sālibꝰ formis: sicut est albedo ꝛ sanitas: nō enim oē qd apphendimꝰ sub rōne albi ꝛ sani apphendimus: sed tn ꝓsiderandū ꝙ sicut accidentia ꝛ forme subsistētes dicūtur entia: nō q̄ ipsa habeāt esse. sed quia eis aliq̄d est: ita etiā dicunt bona uel vna: nō quidē aliqua alia bonitate uel vnitate: sed q̄ est eis aliq̄d bonū uel vnū: sic igit ꝛ virtus dicit bona: q̄ ei aliq̄d est bonū. ¶ Ad secundū dicendū ꝙ bonū qō ponit in diffinitiōe virtutis nō ē bonum cōe qō conuertit cum ente: ꝛ est in plus q̄ q̄litas: sed est bonū rōnis: ſm ꝙ dionysius dicit in. 4o c. de di. no. ꝙ bonū aie est ſm rōnez esse. ¶ Ad tertium dicendū ꝙ virtus nō pōt cē in irrationali ptē aie nisi inq̄tum participat rōnez: ut dicit in ꝓmo ethicoꝝ: ꝛ ideo ratio siue mēs est ꝓpriū subiectū virtutis humane. ¶ Ad quartū dicendum ꝙ iusticie est ꝓpria rectitudo que cōstituit circa res exteriores que in vsum hois veniūt: q̄ sunt ꝓpria materia iusticie ut. j. patebit: sꝫ rectitudo q̄ importat ordinē ad finē debitū ꝛ ad legē diuinā: q̄ est regula volūtatis humane: ut. ō. dictū est: cōis est oi virtuti. ¶ Ad quintū dicendū ꝙ virtute pōt aliqs male vti tanq̄ obiecto: puta cū male sentit de virtute cū odit eā uel supbit de ea: non aūt tanq̄ principio vsus: ita. s. ꝙ malus sit actꝰ virtutis. ¶ Ad 6m. dō ꝙ virtꝰ infusa causat in nobis a deo sine nobis agētibus: nō tn sine nobis ꝓsentientibꝰ: ꝛ sic est intelligendū quod dicit: Quā deus in nobis sine nobis operat: que vero p nos agūtur: deus in nobis causat nō sine nobis agentibus: ipse enī operat in oi volūtate ꝛ natura. Questio. lvj.

Einde cōside

randū est de substātia virtutis: ꝛ circa hoc querunt sex. Primo vtr virtꝰ sit in potētia aie sicut in subiecto. Secūdo vtr vna virtꝰ possit cē in plibꝰ potētijs. Tertio vtr intellectus possit esse subiectum virtutis. Quarto

vtrum irascibilis & concupiscibilis. Quinto vtrū vires apphensiue sensitiue. Sexto vtrū voluntas.

ℬ primum sic pro

ceditur. Videtur q̄ virtus non sit in potētia anime sicut in subiecto. Dicit enim aug⁹ in .2°. li. de arbi. q̄ virtus est qua recte vitur. viuere aūt nō est p potentiā aie: sed p ei⁹ essentiā: ḡ virtus nō est in potētia aie sz in ei⁹ eētia. ¶ Preterea phs dicit in .2°. ethicoꝝ. Virtus ē que bonū facit habentē: & opus ei⁹ bonū reddit: sed sicut opus constituit p potentiā: ita habēs virtutez constituit p essentiā aie: ergo virtus nō magis ptinet ad potētiā aie q̄ ad eius essentiā. ¶ Preterea potētia est in secūda specie qualitatis: virtus autē est quedā qualitas: ut. s. dictū est: qualitatis autez nō est qualitas: ḡ virtus nō est in potētia aie sicut in subiecto. ¶ Sed ꝫ virtus est vltimū potētie: ut dicitur in p̄me de celo: sed vltimū est in eo cuius ē vltimū: ḡ virtus est in potētia aie. ¶ Rādeo dō q̄ virtutē ptinere ad potentiā aie ex trib⁹ pōt ee manifestū. Primo quidē ex ipsa rōne virtutis q̄ ipoꝛtat perfectionē potentie: pfectio aūt est in eo cuius est pfectio. Secūdo ex eo q̄ est habitus operatiu⁹ ut. s. dictū est: ois aūt opatio est ab aia p aliquam potentiā. Tertio ex hoc q̄ disponit ad optimum: optimū aūt est finis: qui vel est operatio rei: vl aliquid consecutū p operationē a potentia egredientem: vnde virtus humana est in potentia aie sicut in subiecto. ¶ Ad primuz ergo dicendū q̄ viuere dupliciter sumit. Quādoqz enim dicit viuere ipsū esse viuētis: & sic ptinet ad essentiā aie que est viuēti essendi p̄ncipiū. Alio modo viuere dicit operatio viuētis & sic virtute recte viuit inq̄tū p eā alioꝝ recte operat. ¶ Ad secundum dicendum q̄ bonū vel est finis uel in ordine ad finē dicit: & ideo cum bonū operātis cōsistat in operatione: hoc etiā ipz q̄ virtus operantē bonū facit refert ad operationē & p ꝓns ad potentiā. ¶ Ad tertium dicendū q̄ vnū accidēs dicit esse in alio sicut in subiecto: non q̄ accidens p seipsum possit sustētare aliud accns sed quia vnū accidēs inheret substantie mediante alio accidēte: ut color corpori mediāte superficie vñ superficies dicit esse subiectū coloris: eo mō potētia aie dicit esse subiectū virtutis.

ℬ secundū sic pro

ceditur. Videtur q̄ vna virtus possit esse in duab⁹ potentijs. Habitus enim cognoscunt p act⁹. sed vn⁹ act⁹ ꝓgredit diuersimode a diuersis potētijs: sicut ambulatio ꝓcedit a rōne ut dirigēte: a volūtate sicut a monēte: & a potentia motiua sicut ab exequēte: ergo etiā habit⁹ vni⁹ virtutis pōt in plurib⁹ esse potentijs. ¶ Preterea phs dicit in .2°. rhetoricoꝝ: q̄ ad virtutē tria requiruntur. s. scire velle: & immobiliter operari: sed scire ptinet ad intellectū: velle ad voluntatē: ḡ virt⁹ pōt esse in plurib⁹ potētijs. ¶ Preterea prudentia est in rōne: cum sit recta rō agibiliū: ut dicit in .6°. ethicoꝝ. est etiā in volūtate: q̄ nō pōt esse cū volūtate puersa: ut in codē libro dicit: ḡ vna virt⁹ potest ee in duabus potētijs. ¶ Sed ꝫ: virtus est in potētia anime sicut in subiecto: sed idē accidēs nō pōt ee in plurib⁹ subiectis: ergo vna virtus nō pōt esse in plurib⁹ potentijs anime. ¶ Respōdeo dicendū q̄ aliquid esse in duobus contingit dupliciter. Uno modo sic q̄ ex equo sit in vtroq̄: & sic impossibile est vnā virtutē esse in duabus potentijs: q̄ diuersitas potentiaꝝ attendit fm generales conditiones obiectoꝝ. diuersitas autē habituuz fm speciales: vnde vbicūq̄ est diuersitas potentiaꝝ est diuersitas habituū: sed nō conuertit. Alio mō potest esse aliq̄d in duobus uel plurib⁹: nō ex quo sed ordine quodā: & sic vna virtus ptinere pōt ad plures potentias: ita q̄ in vna sit p̄ncipaliter: & se extēdat ad alias p modū diffusionis: uel p modū dispositōis: fm q̄ vna potentia mouet ad alia: & fm q̄ vna potentia accipit ad alia. ¶ Ad p̄mū ḡ dicendum q̄ idem actus nō potest equaliter & eodē ordine ptinere ad diuersas potētias: sed fm diuersas rōnes & diuerso ordine. ¶ Ad secundū dicendū q̄ scire ꝓexigit ad virtutē moralē: inq̄tum virtus moralis operat fm rationē rectā: sed essentialiter in appetēdo virtus moralis cōsistit. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ prudentia realiter est in ratione sicut in subiecto: sed p̄supponit rectitudinē voluntatis sicut p̄ncipiū: ut infra dicetur.

ℬ tertium sic pro

cedit. Videtur q̄ intellectus nō sit obiectū virtutis. Dicit enim aug⁹ in li. de moribus ecclesie: q̄ omnis virtus est amoꝛ. subiectum autem amoris nō est intellectus: sed solū vis appetitiua: ḡ nulla virtus est in intellectu. ¶ Preterea virtus ordinatur ad bonū: sicut ex supra dictis patet: bonū autē nō est obiectū intellect⁹ sz appetitiue virtutis: ergo subiectū virtutis nō ē intellectus: sed appetitiua virtus. ¶ Preterea virtus est que bonum facit habentē: ut phs dicit: sed habitus perficiens intellectū nō facit bonum habentem nō enim ꝓpter scientiā uel artē dicit homo bonus: ergo intellectus non est subiectum virtutis. ¶ Sed ꝓtra est q̄ mens maxime dicit intellectus subiectum autem virtutis est mens: ut patet ex diffinitione virtutis supra inducta: ḡ intellectus ē subiectū virtutis. ¶ Respōdeo dicendū q̄ sicut. s. dictum est: virtus est habitus quo aliq̄s bene vtitur. Dupliciter aūt habit⁹ aliq̄s ordinat ad bonū actū. Uno mō inq̄tū p huiusmodi habitū acquirit hoi facultas ad bonum actum: sicut per habitū grammatice habet homo facultatē recte loquēdi: nō tamē grāmatica facit ut homo semper recte loquat: potest enim grāmaticus barbarizare aut soloecismum facere: & eadē ratio est in aliis sciētijs & artibus. Alio modo aliq̄s habitus nō solū facit facultatē agendi: sed etiā facit q̄ aliquis recte facultate vtat: sicut iusticia nō solum facit q̄ homo sit ꝓmpte voluntatis ad iusta operandū: sed etiam facit ut iuste operet. Et q̄ bonū sicut & ens non dicitur simpliciter aliq̄d fm id qō est in potētia: sed scom

id quod est in actu: ideo ab huiusmodi habitibus simpl'r dicit hō bonū opari ⁊ cē bon⁹: puta q̄ ē iustus vel tēperat⁹: ⁊ cadē rō est de similib⁹. Et quia virtus est q̄ bonū facit habentē ⁊ opus ei bonum reddit: huiusmodi habit⁹ simpl'r dicunt virtutes quia reddūt bonū opus in actu ⁊ simpl'r faciūt bonum habentē. Primi vero habit⁹ nō simpl'r dicūtur virtutes: q̄ nō reddūt bonū opus: nisi in q̄dam facultate: nec simpliciter faciūt bonum habentem. nō enim dicit simpl'r aliq̄s hō bon⁹ ex hoc q̄ ē sciens uel artifex: sed dicit bon⁹ solū fm q̄d: puta bonus grāmaticus aut bonus faber: ⁊ ꝓpter hoc plerūq̄ sciētia ⁊ ars ꝓ virtutē diuidit: quāq̄ autē virtutes dicunt: ut patet in. 6°. ethicoꝝ. Subiectū igitur habitus q̄ fm q̄d dicit virtus pōt esse intellectus: nō solum practicus sed etiā intellect⁹ speculatiu⁹: absq̄ oi ordine ad voluntatē: sic eni pbs in. 6°. ethicoꝝ: scientiā sapientiā ⁊ intellectū: ⁊ etiā artē ponit esse intellectuales virtutes. Subiectū vero habitus q̄ simpliciter dicit virtus: nō pōt esse nisi voluntas: vel aliq̄ potētia fm q̄ est mota a volūtate: cuius rō est: q̄ volūtas mouet oēs potentias que aliqualiter sunt rōnales ad suos actus: ut. s. habitum est: ⁊ ideo q̄ hō actu bene agat: ꝓtingit ex hoc q̄ hō habet bonū voluntatē: vñ virtus que bñ facit agere in actu nō solum in facultate: oportet q̄ uel sit in ipsa volūtate: uel i aliq̄ potētia fm q̄ est a volūtate mota: ꝓtingit aūt intellectum a volūtate moueri sicut ⁊ alias potētias: ꝓsiderat enim aliq̄s aliq̄d actu eo q̄ vult: ⁊ ideo ītellectus fm q̄ habet ordinē ad voluntatē: pōt esse subiectū virtutis simpliciter dicte: ⁊ hoc mō intellectus speculatiu⁹ vel rō est subiectū fidei: mouet enī intellect⁹ ad assentiendū his que sunt fidei ex imperio voluntatis: nullus enim credit nisi volēs: intellect⁹ vero practicus est subiectū prudentie: cū enim prudētia sit recta rō agibiliū: req̄rit ad prudētiā q̄ hō se bñ hēat ad ꝓncipia hui⁹ rōnis agendoꝝ: que sunt fines ad quos bñ se habet hō p rectitudinē volūtatis: sicut ad ꝓncipia ſpeculabiliū p naturale lumē intellect⁹ agētis. Et ideo sicut subiectū scientie q̄ est rō recta ſpeculabiliū est intellectus speculatiuus in ordine ad intellectū agentē: ita subiectū prudētie est intellectus practicus in ordine ad voluntatem rectaꝝ.

¶ Ad primū ergo dicendū q̄ verbū aug. intelligēdum est de virtute simpl'r dicta: nō q̄ oīs talis virtus sit simpl'r amor: sed q̄ dependet aliqualiter ab amore inquantū dependēt a volūtate cui⁹ ꝓma affectio est amor: ut. s. dictū est. ¶ Ad 2m dicendū q̄ bonuꝝ vniuscuiusq̄ est finis ei⁹: ⁊ ideo cuꝝ vereꝝ sit finis intellect⁹: cognoscere vereꝝ est bon⁹ act⁹ intellectus: vñ habit⁹ pficiēs intellectū ad veꝝ cognoscēdum: uel in speculatiuis uel in practicis dicit virt⁹ ¶ Ad tertiū dicendumꝝ q̄ rō illa ꝓcedit de virtute simpliciter dicta.

B quartuꝝ sic ꝓcedit. Videt q̄ irascibilis ⁊ cōcupiscibilis nō possint esse subiectū virtutis

Huiusmodi eni vires sūt cōmunes nobis ⁊ brutis sed nūc loq̄mur de virtute fm q̄ est ꝓpria homini sic enim dicit virtus humana: nō igit humane virtutis pōt esse subiectū irascibilis ⁊ concupiscibilis: q̄ sunt partes appetitus sensitiui: ut in ꝓmo dictū ē. ¶ Preterea appetitus sensitiuus est vis vtens organo corporali: sed bonū virtutis nō pōt cē in corpore bois. Dicit enim aplūs ro. 7°. Scio q̄ nō habitat in carne mea bonū: q̄ appetit⁹ sensitiu⁹ non pōt esse subiectū virtutis. ¶ Preterea aug⁹ ꝓbat in libro de moribꝫ eccliē: q̄ virt⁹ nō est in corpore ſz in aīa eo q̄ p aiaꝝ corp⁹ regit: vñ q̄ aliq̄s corpore bñ vtat totū referē ad aiam: sicut si mihi auriga obtē peras equos quib⁹ pest: recte regit: hoc totū mihi debet: sed sicut aīa regit corp⁹ ita etiā rō regit appetitum sensitiuū: q̄ totū rōnali parti debet q̄ irascibilis ⁊ concupiscibilis recte regant: sed virtus ē q̄ recte viuit ut. s. dictū est: virtus igit nō est in irascibili ⁊ concupiscibili: sed solum in parte rationali. ¶ Preterea ꝓncipalis act⁹ virtutis moralis ē electio: ut dicit in. 6°. ethicoꝝ: sed electio nō est actus irascibilis uel concupiscibilis: ſz rōnis: ut. s. dictū ē: q̄ virtus moralis nō est in irascibili ⁊ concupiscibili: sed in rōne. ¶ Sed cōtra est q̄ fortitudo ponitur esse in irascibili: tēperantia aūt in concupiscibili: vñ pbs dicit in. 3°. ethicoꝝ q̄ he virtutes sunt irrōnabiliū partiū. ¶ Respōdeo dicendū q̄ irascibilis et cōcupiscibilis dupl'r ꝓsiderari pōt. Uno mō fm se inq̄tum sunt partes appetitus sensitiui: ⁊ hoc mō nō cōpetit eis q̄ sint subiectū virtutis. Alio modo pōt ꝓsiderari inq̄tum participant rōnez: p hoc q̄ nate sunt rōni obedire: ⁊ sic irascibilis vl concupiscibilis pōt esse subiectū virtutis humane: sic enīꝝ est ꝓncipiū humani act⁹: inq̄tum participat rōnez: ⁊ in his potētijs necesse est ponere virtutes: q̄ enī in irascibili ⁊ concupiscibili sint aliq̄ virtutes patet: actus enim q̄ ꝓgredit ab vna potētia fm q̄ est ab alia mota: nō pōt cē pfect⁹ nisi vtraq̄ potētia sit bñ dispōsita ad actū: sic actus artificis nō pōt esse cōgruus nisi etiā artifex sit bene dispōsit⁹ ad agēduꝝ ⁊ etiā ipsum instrumentū. In his igit circa q̄ opat irascibilis ⁊ concupiscibilis fm q̄ sūt a rōne mote: necesse est ut aliq̄s habitus perficiēs ad bene agendū sit nō solū in rōne: sed etiā in irascibili ⁊ concupiscibili. Et q̄ bona dispositio potētie mouētis motę attendit fm ꝓportionē ad potentiā mouentē ⁊ ideo virtus que est i irascibili ⁊ concupiscibili nihil aliud est q̄ quedā habitualis cōformitas istaꝝ potentiarum ad rōnem. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ irascibilis ⁊ concupiscibilis fm se ꝓsiderate ꝓut sūt partes appetitus sensitiui: cōes sunt nobis ⁊ brutis: ſz fm q̄ sunt rōnales p participationē ut obedientes rōni: sic sunt ꝓpria bois: ⁊ hoc mō possunt ee subiectum virtutis humane. ¶ Ad secundū dicendū q̄ sicut caro bois ex se quidē nō habet bonū virtutis: fit tamē ītrumētū virtuosi act⁹ inq̄tū mouēte rōne mēbra nostra exhibem⁹ ad seruiendū iustitie. Ita etiā irascibilis ⁊ concupiscibil' ex se quidē nō habēt bonū virtutis: ſz magis infectionē fomitis inq̄tum vero cōformant rationi: sic in eis aggeneratur bonū virtutis moralis. ¶ Ad tertiū dicendū

q̄ alia rōne regit corp⁹ ab aīa ⁊ irascibilis ⁊ cōcupiscibilis a rōne: corp⁹ enim aduniturn obedit aīe absq; cōtradictione: in his in quib⁹ natū est ab aīa moueri: vñ ꝓbs dicit in p̄mo politicoꝝ: q̄ aīa regit corp⁹ despotico p̄ncipatu: idest sicut dñs seruū ⁊ iō totus mot⁹ corporis refert ad aīaz ⁊ ꝓpter h⁰ in corpore nō est virt⁹ sz solū in aīa: sz irascibilis ⁊ ꝓcupiscibilis nō obēdiūt ad nutū rōnis: sz habēt p̄prios motus suos q̄b⁹ interduz rōni repugnāt: vñ in eodē libro ꝓbs dicit q̄ ratio regit irascibilē ⁊ cō cupiscibilē p̄ncipatu politico: quo. s. regunt liberi qui habent in aliq̄bus ꝓpriā voluntatem: ⁊ ꝓpter hoc etiam oportet in irascibili ⁊ concupiscibili eē aliq̄s virtutes q̄b⁹ bñ disponātur ad actuz. ¶ Ad quartū dicendum q̄ in electōe duo sunt. s. intentio finis que ptinet ad virtutē moralē: ⁊ p̄acceptio ei⁹ quod est ad finē qō ptinet ad prudentiā: ut dicit in 6⁰ ethi. q̄ aūt habet rectā itentionē finis circa passiones aīe: hoc ptingit ex bona dispositione irasc i bilis ⁊ cōcupiscibilis: ⁊ iō virtutes morales circa passiones sunt in irascibili ⁊ ꝓcupiscibili: sz prudē tia est in ratione.

¶ quintum sic proceditur.

Videtur q̄ in vir⁹ sensitiuis apphensiuis interi⁹ possit esse aliq̄ virtus. Appetitus enim sensitiuus pōt esse subiectuz virtutis in q̄ tum obedit rōni: sed virtutes sensitiue apphensiue interi⁹ rōni obediūt: ad imperium enim rōnis operat ⁊ imaginatiua ⁊ cogitatiua et memoratiua: g̃ in his vir⁹ pōt esse virt⁹. ¶ Preterea sicut appetitus rōnalis q̄ est voluntas in suo actu pōt impediri vel etiā adiuuari p appetitū sensitiuū ita etiā intellect⁹ uel rō pōt impediri: uel etiā iuuari p vires p̄dictas: sicut g̃ in viribus sensitiuis appetitiuis pōt eē virtus: ita etiaz in apprehēsiuis ¶ Preterea prudētia est quedā virtus: cui⁹ partē ponit tulli⁹ memoriā in sua rhetorica: ergo etiā in vi memoratiua pōt esse aliq̄ virtus: ⁊ cadē ratiōe in alīs interiorib⁹ apphēsiuis virib⁹. ¶ Sed ꝫ ē: q̄ oēs virtutes vel sunt intellectuales uel morales ut dicit in. 2⁰ ethicoꝝ: morales aūt virtutes oēs sūt in parte appetitiua: intellectuales aūt in intellectu vel rōne: sicut patet in. 6⁰ ethicoꝝ: nulla g̃ virt⁹ est i vir⁹ sensitiuis apphēsiuis interi⁹. ¶ Rñdeo dd q̄ in viribus sensitiuis apphēsiuis interi⁹ ponunt aliq̄ habit⁹: qō patet ex hoc p̄cipue qō ꝓbs dicit i libro de memoria: q̄ in memorādo vnū post aliud opatur ꝓsuetudo que est q̄si quedam natura: nihil aūt est aliud habit⁹ ꝓsuetudinalis q̄ habitudo acq̄sita p ꝓsuetudinē: q̄ ē i modū uel in motū nāe. Vñ de virtute dicit tulli⁹ in sua rhetorica q̄ est habit⁹ in modū nature rōni ꝓsentane⁹ in hoīe tñ id quod ex cōsuetudine acq̄rit: in memoria ⁊ in alīs vir⁹ sensitiuis apprehēsiuis nō est habitus p se: sed aliquid annexū habitibus intellectiue partis: ut. s. dictū est: sed tamē si qui sunt habitus in talib⁹ viribus virtutes dici nō possunt: virtus eniz est habitus p fectus: quo nō cōtingit nisi bonū operari: vñ opor et q̄ virtus sit in illa potentia que est cōsumatiua boni operis: cognitio aūt veri nō consumat in viribus sensitiuis apprehensiuis: sed huiusmodi vires sunt quasi preparatorie ad cognitionē intellectiuā: ⁊ ideo in huiusmodi vir⁹ nō sunt virtutes quibus cognoscit verū: sed magis i itellectu uel ratione. ¶ Ad primuz ergo dicendū q̄ appetit⁹ sensitiuus se habet ad voluntatē qui est appetitus rationis sicut motus ab eo: ⁊ ideo opus appetitiue virtutis consumat in appetitu sensitiuo: ⁊ ꝓpter hoc appetitus sensitiuus est subiectū virtutis: virtutes autē sensitiue apprehensiue magis se habent ut mouentes respectu intellectus: eo q̄ fantasmata se habēt ad animā intellectiuā: sicut colores ad visum: ut dicit in. 3⁰ de aīa: ⁊ ideo opus cognitiōis in intellectu terminat: ⁊ ꝓpter hoc virtutes cognoscitiue sunt in ipso intellectu uel rōne. Et p hoc patet solutio ad secundū. ¶ Ad tertiū dicendum: q̄ memoria nō ponit pars p̄udentie sicut species est pars generis: quasi ipsa memoria sit quedā virtus per se: sed quia vnū eoꝝ que requirunt ad prudentiaz est bonitas memorie: ut sic quodāmodo se habeat p modū partis integralis.

¶ sextum sic proceditur.

Videt q̄ voluntas nō sit subiectuz alicuius virtutis. Ad id enim qō conuenit potentie ex ipsa ratione potentie nō requiritur aliquis habitus: sed de ipsa ratione voluntatis cum sit in rōne fm phm in. 3⁰ de aīa: est q̄ tendat i id quod est bonū fm rationē: ad quod ordinat oīs virtus: quia vnūquodq; naturaliter appetit ꝓprium bonū: virtus enim est habitus per modum nature consentane⁹ rōni: ut tullius dicit in sua rhetorica: g̃ voluntas nō est subiectū virtutis. ¶ Preterea omnis virtus aut est intellectualis aut moralis: ut dicit in p̄mo ⁊ secūdo ethicoꝝ: sed virt⁹ intellectualis est sicut in subiecto in intellectu ⁊ ratione nō aūt in voluntate: virtus aūt moralis est sicut in subiecto in irascibili ⁊ concupiscibili: que sunt rationales per participationē: ergo nulla virtus est in voluntate sicut in subtecto. ¶ Preterea omnes actus humani ad quos virtutes ordinant⁹ sunt voluntariꝫ: si igit respectu alicuoꝝ humanoꝝ actuuz sit aliqua virtus in voluntate: pari rōne respectu omniū actuū humanoꝝ erit virtus in voluntate: aut ergo in nulla alia potentia erit aliq̄ virt⁹: aut ad eundē actū ordinabūtur duo virtutes: qō videtur inconueniēs: voluntas g̃ nō pōt esse subiectū virtutis. ¶ Sed ꝓtra est q̄ maior pfectio req̄rit i moueēte q̄ in moto: sed voluntas mouet irascibilē ⁊ cōcupiscibilē: multo ergo magis debet esse virtus in voluntate q̄ in irascibili ⁊ ꝓcupiscibili. ¶ Respondeo dicendū q̄ cum p habitū perficiat potētia ad agendū: ibi indiget potētia habitu pficiente ad bñ agendū: qui quidē habit⁹ est virtus vbi ad hoc nō sufficit ꝓpria rō potētie: ois aūt potentie ꝓpria rō attendit in ordine ad obiectū: vnde cū sicut dictuz est: obiectū volūtatis sit bonū rōnis volūtati proportionatū: quantū ad hoc nō indiget volūtas virtute perficiente: sed si quod bonū ūmineat homini

volendū quod excedat ꝓportionē volentis: siue quantū ad totā speciē humanā: sicut bonū diuinū quod trāscendit limites humane nature: siue q̄tū ad indiuiduū: sicut bonū ꝓximi: ibi volūtas indiget virtute: ⁊ iō huiusmodi virtutes q̄ ordināt affectū hois in deū vel in ꝓximū sunt in volūtate sicut in subiecto: ut charitas: iustitia: ⁊ huiusmodi. ¶ Ad ꝑmū g̈ dicendum q̄ ratio illa habet locuꝫ de virtute q̄ ordinat ad bonū ꝓpriū ipsi⁹ volentis: sicut tēperātia ⁊ fortitudo que sūt circa passiones hūanas ⁊ alia huiusmōi: ut ex dictis patet. ¶ Ad secundū dicendū q̄ rōnale p participationē nō solum est irascibilis ⁊ cōcupiscibilis: sed oino. i. vniuersaliter appetitiuū: ut dicit i ꝑmo ethicoꝝ: sub appetitiuo aūt cōprehēdit volūtas: ⁊ ideo si q̄ virtus est in volūtate: erit moralis nisi sit theologica: ut infra patebit. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ quedam virtutes ordinant ad bonuꝫ passionis moderate: quod est ꝓpriū huius vel illi⁹ hois: ⁊ in talib⁹ nō ē necessariū q̄ sit aliqua virtus in aliq̄ virt⁹ in volūtate: cum ad hoc sufficiat natura potētie: ut dictuꝫ est: sed hoc solum necessariū est in illis virtutibus que ordinant ad aliquod bonum extrinsecum.

Questio. lvij.

Einde cōsideran

dū est de distinctione virtutū: ⁊ ꝑmo q̄tum ad virtutes intellectuales. 2°. q̄tū ad morales. 3°. q̄tum ad theologicas. Circa ꝑmū querūt sex. ¶ Prio vtꝝ habit⁹ intellectuales speculatiui sint virtutes. Scdo vtrū sint tres. s. sapiētia: sciētia: ⁊ intellectus. Tertio vtrum habit⁹ intellectualis q̄ē ars sit virt⁹. Quarto vtꝝ prudētia sit virtus distincta ab arte. Quinto vtrū prudētia sit virt⁹ necessaria hoi. Sexto vtrū eubulia: synesis: ⁊ gnomin sint virtutes adiuncte prudentie.

ꝺ primum sic ꝓceditur.

Videt q̄ habitus intellectuales speculatiui nō sint virtutes: virtus enī est habitus opatiuus: ut. ⅋. dictū est: sed habit⁹ speculatiui nō sunt opatiui: distinguit enī speculatiuū a practico. i. opatiuo: ergo habit⁹ intellectuales speculatiui nō sunt virtutes. ¶ Preterea virt⁹ est eoꝝ p que fit hō felix siue beatus: eo q̄ felicitas est virtutis p̄miū: ut dicit in ꝑmo ethicoꝝ: ſz habitus intellectuales nō cōsiderāt actus humanos: aut alia bona humana p que hō beatitudineꝫ adipiscit: sed magis res naturales ⁊ diuinas: g̈ huiusmodi habit⁹ virtutes dici nō ꝑt. ¶ Preterea scientia est habitus speculatiu⁹: ſz sciētia ⁊ virtus distinguunt sicut diuersa genera nō subalternati posita: ut patet p ꝑm in. 3°. topicoꝝ: g̈ habit⁹ speculatiui nō sunt virtutes. ¶ Sed cōtra: soli habit⁹ speculatiui ꝓsiderāt necessaria que impossibile ē aliter se habere: sed phs ponit in. 6°. ethicoꝝ quasdā virtutes intellectuales in parte aie que ꝓsiderat necessaria: que nō possunt aliter se habere: g̈ habit⁹ intellectuales speculatiui sunt virtutes. ¶ Respondeo dicendū q̄ cū oīs virtus dicat in ordine ad bonum: sicut supra dictū est: duplici rōne aliq̄s habitus dicit virtus: ut. ⅋. dictuꝫ est. vno mō q̄ facit facultatē bñ operādi. alio mō quia cū facultate facit etiā vsum bonū: ⁊ hoc sicut. ⅋. dictū est ꝑtinet solū ad illos habit⁹ qui respiciūt partē appetitiuam: eo q̄ vis appetitiua aie est que facit vti oīb⁹ potētijs ⁊ habitib⁹. Cū igit habit⁹ intellectuales speculatiui nō perficiāt partē appetitiuā: nec aliquo modo ipsam respiciāt: sed sola intellectiua ꝑfīt quidē dici virtutes inq̄tū faciūt facultatē bone opationis: que est ꝓsideratio veri. hoc enim est bonū op⁹ ītellectus: nō tñ dicunt virtutes secūdo modo: q̄si facientes bñ vti potētia seu habitu. Et hoc enim q̄ aliquis habet habitū sciētie speculatiue non inclinat ad vtendū: ſz fit potēs speculari veꝝ: in his quoꝝ habet scientiā: sed q̄ vtat sciētia habita hoc ē mouente volūtate: ⁊ ideo virtus que ꝑficit voluntatē ut charitas vel iustitia: facit etiā bñ vti huiusmōi speculatiuis habitib⁹: ⁊ fm hoc etiā in actib⁹ boꝝ habituū pōt esse meritū si ex charitate fiant: sicut greg. dicit in. 7°. moraliū: q̄ ꝓtēplatiua est maioris meriti ad actiua. ¶ Ad ꝑmū ergo dicendū q̄ duplex est opus. s. exteri⁹ ⁊ interi⁹. Practicū ergo vl̄ operatiuū qō diuidit ꝓtra speculatiuum: sumit ab ope exteriori ad qō nō habet ordinē habitus speculatiuus: sed tamē habet ordinē ad interius op⁹ intellectus: qō est speculari veꝝ: ⁊ fm hoc est habitus operatiuus. ¶ Ad secundū dicendum q̄ virtus est aliquoꝝ dupliciter. Uno mō sicut obiectorum: ⁊ sic huiusmodi virtutes speculatiue nō sunt eoꝝ per que homo fit beatus nisi forte fm q̄ li per dicit causam efficientē vel obiectū cōplete beatitudinis qō est dē⁹ qō est summū speculabile. Alio mō dicit esse virtus aliquoꝝ sicut actuū: ⁊ hoc modo virtutes intellectuales sunt eoꝝ p que hō fit beat⁹ tum q̄ actus haꝝ virtutū ꝑt esse meritoꝝ: sicut dictū est: tū etiā quia sunt quedā inchoatio ꝑfecte beatitudinis que in cōtemplatione veri consistit: sicut. ⅋. dictū est. ¶ Ad tertium dicendū q̄ scientia diuidit cōtra virtutē secūdo modo dictā: que ptinet ad vim appetitiuā.

ꝺ secundū sic ꝓceditur.

Videtur q̄ inconueniēter distinguant tres virtutes intellectuales speculatiuas. s. sapiētia: scientia: ⁊ intellect⁹. Spēs enim nō debet cōdiuidi generi: sed sapiētia est quedā sciētia: ut dicit in. 6°. ethicoꝝ: ergo sapiētia non debet cōdiuidi sciētie in numero virtutū intellectualium. ¶ Preterea in distinctione potentiaꝝ habituuꝫ ⁊ actuū que attendunt fm obiecta attendit ꝓncipaliter distinctio que est fm rationē formalē obiectoꝝ: vt ex supra dictis patet: nō ergo diuersi habitus debet distingui fm materiale obiectū: sed fm rationē formalē ipsi⁹ obiecti: ſz ꝓncipiū demōstrationis est ratio sciendi ꝓclusiones: nō ergo intellectus ꝓncipioꝝ debet poni habit⁹ ali⁹ aut alia virtus a sciētia ꝓclusionū. ¶ Preterea virtus in-

tellectualis dicit quę est in ipso rationali per essentiam: sed ratio etiam speculatiua sicut ratiocinatur syllogizando demōstratiue: ita etiā ratiocinatur syllogizando dialectice: ergo sicut sciētia que causatur ex syllogismo demōstratiuo ponit virtus intellectualis speculatiua: ita etiā ꝛ opinio. ¶ Sed ꝓtra est ꝙ phs dicit in .6°. ethicoꝝ ponit has solas tres virtutes intellectuales speculatiuas. s. sapientiam: scientiā ꝛ intellectū. ¶ Respōdeo dicendū ꝙ sicut .ś. dictū est: virtus intellectualis speculatiua est per quā intellectus speculatiuus perficitur ad ꝑsiderandū veꝝ. hoc enī est bonū opus eiꝰ: verum autem est dupliciter ꝑsiderabile. Uno modo sicut per se notum. Alio modo sicut per aliud notum. quod autem est per se notum se habet ut p̄ncipium: ꝛ percipitur statim ab intellectu: ꝛ ideo habitus perficiens intellectū ad huiusmodi veri cōsiderationem vocatur intellectus qui est habitꝰ p̄ncipiorum: verum autē quod est per aliud notum: nō statim percipit ab intellectu: sed per inquisitionem rationis: ꝛ se habet in ratione termini: quod quidem potest esse dupliciter. Uno modo ut sit vltimū in aliquo genere. Alio modo ut sit vltimū respectu totius cognitionis humane. Et quia ea que sunt posteriꝰ nota quo ad nos sunt priora ꝛ magis nota fm naturā: ut dicit in p̄mo phȳsicoꝝ: iō id quod est vltimū respectu totius cognitionis humane: est id quod est primū ꝛ maxime cognoscibile fm naturā ꝛ circa huiusmodi ē sapiētia: que cōsiderat altissimas causas: ut dicitur in p̄mo metaphȳsice: vnde conueniēter iudicat ꝛ ordinat de oībus: quia iudiciū perfectū ꝛ vniuersale haberi nō potest nisi per resolutionem ad p̄mas causas. Ad id vero quod est vltimus in hoc vel in illo genere cognoscibilium perficit intellectum sciētia: ꝛ ideo fm diuersa genera scibilium sunt diuersi habitus scientiarum cum tamē sapientia non sit nisi vna.

¶ Ad primū ergo dicendū ꝙ sapientia est quedā scientia inq̄tum hz id quod est cōmune omnibus scibilibus: ut. s. ex p̄ncipiis cōclusiones demonstret sed quia habet aliquid ꝑ̄ priū supra alias scientias inq̄tum. s. de omnib⁹ iudicat: ꝛ nō solum q̄tus ad cōclusiones. sed etiā q̄tum ad p̄ma p̄ncipia: ideo habet rationem perfectionis virtutis q̄ scientia.

¶ Ad secundū dicendus ꝙ quando ratio obiecti sub vno actu refert ad potentiā vel habituz: nunc nō distinguunt habitus uel potētie penes rationē obiecti uel obiectū materiale: sicut ad eandē potētiam visiuā pertinet videre colorē: ꝛ lumē quod ē ratio viuēdi colorem ꝛ simul cū ipso videt: p̄ncipia vero demōstrationis possunt seorsum cōsiderari absq̄ hoc ꝙ cōsiderent cōclusiones: possunt etiam cōsiderari simul cum cōclusionib⁹: put p̄ncipia in ꝯclusiones deducunt. Considerare ḡ hoc secūdo modo p̄ncipia pertinet ad scientiā que cōsiderat etiam ꝯclusiones: sed considerare p̄ncipia fm seipsa pertinet ad intellectū. Unde si quis recte cōsideret: iste tres virtutes nō ex equo distinguuntur adinuicem: sed ordine quodaz: sicut accidit in totis potentialibus: quoꝝ vna pars est perfectior altera: sicut anima rōnalis est perfectioꝝ ꝙ sensibilis ꝛ sensibilis ꝙ vegetabilis: hoc enim modo sciētia dependet ab intellectu sic a p̄ncipaliori: ꝛ vtrūq̄ dependet a sapiētia sicut a p̄ncipalissimo que sub se cōtinet: ꝛ intellectū ꝛ scientiā: ut de conclusionibus scientiarum diiudicans ꝛ de p̄ncipiis earundem. ¶ Ad tertium dicendus ꝙ sicut .ś. dictū est: habitus virtutis determinate se habet ad bonum nullo autem modo ad malum: bonū autem intellectus est verum: malū autē eius est falsus: vnde soli illi habitus virtutes intellectuales dicūtur: quibus semp dicit veꝝ ꝛ nunq̄ falsum: opinio vero ꝛ suspitio possunt esse veri ꝛ falsi: ꝛ ideo nō sunt intellectuales virtutes: ut dicit in .6°. ethicoꝝ.

Ad tertium sic p̄ro\

ceditur. Uidetur ꝙ ars nō sit virtus intellectualis. Dicit enim aug⁹ in libro de liº arbi. ꝙ virtute nullus male vtitur: sꝫ arte aliquis male vtitur: potest enim aliquis artifex scōm scientiam artis sue male operari: ergo ars nō ē virtus. ¶ Preterea virtutis non est virtus: artis aūt est aliqua virtus: ut dicit in .6°. ethicoꝝ: ergo ars nō est virtus. ¶ Preterea artes liberales sunt excellentiores q̄ artes mechanice: sed sicut artes mechanice sunt practice: ita artes liberales sūt speculatiue: ergo si ars esset virtus intellectualis: deberet virtutibus speculatiuis ānumerari. ¶ Sed ꝫ est quod phs in .6°. ethicoꝝ ponit artem esse virtutem: nec tamē cōnumerat eam virtutibus speculatiuis quarum subiectū ponit scientificam partē anime. ¶ Respōdeo dicendū ꝙ ars nihil aliud est q̄ ratio recta aliquoꝝ operū faciendoꝝ: quoꝝ tamen bonum nō cōsistit in eo ꝙ appetitus humanus aliquo modo se habet: sed in eo ꝙ ipsum opꝰ quod fit in se bonum est: nō enim pertinet ad laudem artificis inq̄tum artifex est: qua volūta opus faciat: sed quale sit opus quod faciat. Sic igitur ars p̄propie loquēdo habitus operatiuus est: ꝛ tamen in aliquo ꝯuenit cum habitibus speculatiuis quia etiam ad ipsos habitus speculatiuos ptinet qualiter se habeat res quam considerāt: nō autem qualiter se habeat appetitꝰ humanus ad illas: dū modo enim veꝝ geometria demōstret non refert qualiter se habeat fm appetitiuā partē: vtrum sit letus vel iratus: sicut nec in artifice refert: ut dictū est: ꝛ ideo eo modo ars habet rationē virtutis sicut ꝛ habitus speculatiui: inq̄tū. s. nec ars nec habitus speculatiuus faciunt bonum opus quantuz ad vsum: quod est p̄propriū virtutis perficiētis appetitum: sed solum q̄tum ad facultatē bene agendi. ¶ Ad primū ergo dicendū ꝙ cum aliquis habens artem operat malū artificiū: hoc nō est opꝰ artis: imo est cōtra artem: sicut etiam cum aliquis sciens verum mentitur hoc ꝙ dicit: nō est fm scientiam sed ꝓtra scientiā: vnde sicut scientia se habet ad bonum semper: vt dictum est ita ꝛ ars: ꝛ scōm hoc dicitur virtus. In hoc tamē deficit a perfecta ratione virtutis: quia nō facit ipsum bonum vsuz sed ad hoc aliquid aliud requiritur: q̄uis bonus

vsus sine arte esse nō possit. ¶ Ad secundū dicendum q̄ quia ad hoc vt homo bene vtat arte quaz habet requirit bona volūtas que perficit per virtutem moralē: ideo phs dicit q̄ artis est virtus. s. moralis: inq̄tum ad bonū vsum eius aliqua virt⁹ moralis requirit. ¶ Manifestū est enim q̄ artifex p iusticiā que facit voluntatē rectā inclinat: ut opus fidele faciat. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ etiaz in ipsis speculatilibus est aliquid per modū cuiusdā operis: puta cōstructio syllogismi: aut orationis congrue: aut opus numerandi vel mensurandi: z ideo quecūq; ad huiusmodi opera rōnis habitus speculatiui ordinant: dicunt per quandaz similitudinem artes. s. liberales: ad differentiā illaz artium que ordinant ad opera per corpus exercita: que sunt quodāmodo seruiles: inq̄tum corpus seruiliter subdit anime: z homo fm aiam est liber: ille vero scientie q̄ ad nullū huiusmodi opus ordinantur: simpliciter scientie dicūtur nō aūt artes: nec oportet si liberales artes sunt nobiliores q̄ magis eis conueniat ratio artis.

¶ quartuz sic pro

ceditur. Videt q̄ prudētia nō sit alia virtus ab arte. Ars enim est ratio recta aliquoz operū: sed diuersa genera operū non facit vt aliquis amittat rationē artis: sunt enī diuerse artes circa opera valde diuersa: cum igitur etiam prudentia sit quedā ratio recta operū: videtur q̄ etiam ipsa debet dici ars. ¶ Preterea prudentia magis cōuenit cum arte q̄ habitus speculatiui: vtrūq; enim eoz est circa contingens aliter se habere: ut dicit in. 6° ethicoz: sed quidaz habitus speculatiui dicūtur artes: ergo multo magis prudentia debet dici ars. ¶ Preterea ad prudentiaz pertinet bene cōsiliari: vt dicit in. 6° ethicoz: sed etiā in quibusdā artibus cōsiliari cōtingit: vt dicit in. 3° ethicoz: sicut in arte militari z gubernatiua: z medicinali: ergo prudentia ab arte nō distinguit ¶ Sed contra est qđ phs distinguit prudentiā ab arte in. 6° ethicoz. ¶ Respōdeo dicenduz q̄ vbi inuenitur diuersa ratio virtutis: ibi oportet virtutes distingui. Dictū est autez supra q̄ aliquis habitus habet rationē virtutis ex hoc solū q̄ facit facultatem boni operis aliqs āt ex hoc q̄ facit nō solū facultatē boni opis: sed etiaz vsum: ars autē facit solam facultatē boni operis: quia nō respicit appetitum: prudentia autem nō solum facit boni operis facultatē: sed etiaz vsum: respicit enim appetitum tanq̄ presupponēs rectitudinē appetitus: cui⁹ differentie ratio est: quia ars est recta ratio factibiliū prudentia vero est recta ratio agibiliū. Differt aūt facere z agere: quia vt dicit in. 9° metaphice: facio est actus transiēs in exteriorē materiā: sicut edificare: secare z huiusmodi: agere autē est actus permanens in ipso agente: sicut videre: velle z huiusmodi. Sic igitur hoc modo se habet prudētia ad huiusmodi actus humanos qui sunt vsus potentiarum z habituuz: sicut se habet ars ad exteriores factiones: quia vtraq; est perfecta ratio respectu illoz ad que ꝓparant: pfectio aūt z rectitudo rationis in speculatiuis dependet ex p̄ncipijs: ex quibus ratio syllogizat: sicut dictū est: q̄ scientia dependet ab intellectu qui est habitus principioz z presupponit ipsum: in humanis aūt actib⁹ se habent fines sicut p̄ncipia in speculatiuis: vt dicitur in. 6° ethicoz: z ideo ad prudentiam que est recta ratio agibiliū requirit q̄ homo sit bene dispositus circa fines: quod quidē est per appetitū rectum: z ideo ad prudentiā requirit moralis virtus per quaz fit appetitus rectus: bonum autē artificialiū non est bonum appetitus humani: sed bonū ipsoz operū artificialiū: z ideo ars nō ꝓsupponit appetitū rectum: z inde est q̄ magis laudat artifex qui volēs peccat q̄ qui peccat nolēs: magis aūt ꝓ prudentiā est q̄ aliquis peccet volens q̄ nolens: quia rectitudo volūtatis est de ratione prudentie: nō autez de ratione artis. Sic igitur patet q̄ prudentia est virtus distincta ab arte. ¶ Ad primuz ergo dicendū q̄ diuersa genera artificialiū omnia sunt extra hominem: z ideo nō diuersificatur ratio virtutis: sed prudentia est recta ratio ipsoz actuū humanoz: vnde diuersificat ratio virtutis: ut dictū ē. ¶ Ad secundū dicendū q̄ prudētia magis cōuenit cū arte q̄ habitus speculatiui q̄ tum ad subiectū z materiam: vtrūq; enim est in opinatiua parte anime: z circa contingens aliter se habere: sed ars magis cōuenit cum habitibus speculatiuis in ratione virtutis q̄ cum prudentia: ut ex dictis patet. ¶ Ad tertiū dicendum: q̄ prudentia est bene cōsiliatiua: de his que pertinēt ad totam vitam hominis: z ad vltimū finē vite humane: sed in artib⁹ aliquib⁹ ē cōsilium de his que pertinēt ad fines ꝓprios illarum artium: vnde aliqui inq̄tum sunt bene ꝓsiliatiui in rebus bellicis uel nauticis: dicunt prudētes duces vel gubernatores: nō autē prudētes simpliciter: sz illi solum qui bene ꝓsiliant de his que conferūt ad totam vitam.

¶ quintum sic pro

ceditur. Videt q̄ prudentia nō sit virt⁹ necessaria ad bñ viuendū. Sicut enim se habet ars ad factibilia quoz est ratio recta: ita se habet prudentia ad agibilia: fm que vita hominis considerat: est enim coz recta ratio prudentia ut dicit in. 6° ethicoz: sz ars nō est necessaria in rebus factibilibus nisi ad hoc q̄ fiant: nō aūt postq̄ sunt facta: ergo nec prudentia est necessaria homini ad bene viuendū postq̄ est virtuosus: sed forte solum q̄tū ad hoc q̄ virtuosus fiat. ¶ Preterea prudentia est per quā recte consiliamur: vt dicitur in. 6° ethicoz: sz homo potest ex bono cōsilio agere: nō solū ꝓprio sed etiā alieno: ergo nō est necessarium ad bene viuendū q̄ ipse homo habeat prudentiam: sed sufficit q̄ prudentū consilia sequatur ¶ Preterea virtus intellectualis est fm quam cōtingit semp dicere vez z nunq̄ falsum: sed hoc nō videtur cōtingere fm prudentiā: nō enī est humanum q̄ in consiliādo de agēdis nunq̄ erret cuz humana agibilia sint ꝓtingentia aliter se habere: vn-

de dicitur sap̃.nono. Cogitationes mortaliū timi-
de sunt: ⁊ incerte prouidētie nostre: ergo videt q̃
prudentia non debeat poni intellectualis virtus.
¶ Sed ꝓtra est qđ sap̃.8° cōnumerat alīs virtuti
bus necessarijs ad vitā humanā: cum dicit de diui
na sapientia. Sobrietatē ⁊ prudentiaz docet iusti-
ciam ⁊ virtutē: quibus vtilius nihil est in hac vita
hominibus. ¶ Respondeo dicendū q̃ prudētia ē
virtus maxime necessaria ad vitā humanaz: bene
enim viuere consistit in bene operari. Ad hoc aūt
q̃ aliquis bene operet nō solūz requiritur quid fa
ciat. sed etiā quomodo faciat:: vt. s. fm electionem
rectam operet: nō solū ex impetu aut passione: cū
autē electio sit eoꝝ que sunt ad finez: rectitudo ele
ctionis duo requirit. s. debitū finē: ⁊ id quod cōue
cienter ordinat ad debitū finem. Ad debitū autez
finem homo cōuenīēter disponit per virtutez que
perficit partē aie appetitiuā: cuius obiectū est bo-
num ⁊ finis: ad id autē quod conueniēter in finem
debitū ordinat: oportet q̃ homo directe disponat
per habitū rationis: quia cōsiliari ⁊ eligere q̃ sunt
eoꝝ que sunt ad finē sunt actus rationis: ⁊ ideo ne
cesse est in ratione esse aliquā virtutē intellectualē
per quam perficiat ratio: ad hoc q̃ conueniēter se
habeat ad ea que sunt ad finē: ⁊ hec virtus est pru
dentia: vnde prudētia est virtus necessaria ad bñ
viuendū. ¶ Ad primū ergo dicenduz q̃ bonū ar-
tis cōsiderat nō in ipso artifice: sed magis in ipso
artificiato: cum ars sit ratio recta factibilīū: factio
enim in exteriorē materiā transiēs non est perfectio
faciētis sz facti sicut motus est actus mobilis. Ars
autē circa factibilia est: sed prudētie bonū attendi
tur in ipso agēte: cuius perfectio est ipsum agere:
est enim prudentia recta ratio agibilīū: ut dictum
est: ⁊ ideo ad artē nō requirit q̃ artifex bene ope-
retur sed q̃ bonum opus faciat: requireret autem
magis q̃ ipsum artificiatū bene operatur: sicut q̃
cultellus bene incideret vel serra bene secaret: si p
prie hoc esset agere ⁊ nō magis agi quia nō habet
dominiū sui actus: ⁊ ideo ars nō est necessaria ad
bene viuendū ipsi artifici: sz solū ad faciendū ipsū
artificiatū bonū ⁊ ad cōseruandū ipsum: prauden-
tia autē est necessaria homini ad bene viuendum:
nō solum ad hoc q̃ fiat bonus. ¶ Ad secundū di-
cendū q̃ cum homo bonū operat nō fm propriaz
rationē: sed motus ex cōsilio alteri⁹: nondū est oī-
no perfecta operatio ipsius q̃ tum ad rationē diri
gentē ⁊ q̃ tum ad appetitū mouentē: vnde si bonū
operetur nō tamē simpliciter bene: quod est bñ vi
uere. ¶ Ad tertiū dicendum q̃ verum intellectus
practici aliter accipitur q̃ verū intellectus specu-
latiui: ut dicit in. 6° ethicoꝝ: nam verus intellectus
speculatiui accipit p conformitatez intellectus ad
rem. Et quia intellectus nō pōt infallibiliter cōfor
mari in rebus cōtingētibus: sed solum in necessa-
rijs: ideo nullus habitus speculatiuus contingen
tium est intellectualis virtus: sed solum est necessa
ria: verum autē intellectus practici accipit p con-
formitatē ad appetitū rectū: que quidē pformitas
in necessarijs locū nō habet: que voluntate huma
na nō fiūt: sed solum in cōtingētibus que possunt a
nobis fieri siue sint agibilia interiora: siue factibi-
lia exteriora: ⁊ ideo circa sola pringētia ponit vir
tus intellectus practici: circa factibilia quidē ars:
circa agibilia vero prudentia.

Dsectum sic proce

dit. Videt q̃ inconueniēter adiungan
tur prudentia eubulia: synesis ⁊ gno-
min. Eubulia enī est habitus quo bene cōsiliamur
ut dicit in. 6° ethicoꝝ: sed bene psiliari pertinet ad
prudentiā: ut in eodez libro dicitur: ergo eubulia
nō est virtus adiūcta prudentie: sed magis est ipsa
prudentia. ¶ Preterea ad superiorē pertinet de
inferioribus iudicare: illa ergo virtus videt supre
ma cuius est actus iudiciū: sz synesis est bene iudi-
catiua: ergo synesis nō est virtus adiūcta prudētie
sed magis ipsa est principalis. ¶ Preterea sicut
diuersa sunt ea de quibus est iudicandū: ita etiam
diuersa sunt ea de quib⁹ est consiliandum: sed circa
omnia consiliabilia ponit virtus vna. s. eubulia: g̃
ad bene iudicandū de agēdis: nō oportet ponere
preter synesim aliā virtutē. s. gnomin. ¶ Preterea
tullius ponit i sua rhetorica tres alias partes pru
dentie. s. memoriā preteritoꝝ: intelligentiā: presen
tium: ⁊ prouidentiā futuroꝝ. Macrobius etiam
ponit super somniū scipionis quasdā alias partes
prudentie. s. cautionē. docilitatē: ⁊ alia huiusmodi
nō vident igit sole huiusmodi virtutes prudentie
adiūgi. ¶ Sed cōtra est auctoritas phi in. 6° ethi-
coꝝ: qui has tres virtutes ponit prudentie adi-
ūctas. ¶ Respondeo dicendū q̃ in omnib⁹ potē-
tijs ordinatis illa est pncipalioꝝ que ad pncipalio
rem actum ordinat: circa agibilia autem humana
tres actus rationis inueniūtur quoꝝ primus ē cō
siliari: secūdus iudicare: tertius est precipere: pri-
mi autem duo respondent actibus intellectus spe
culatiui: qui sunt inquirere ⁊ iudicare: nam consi-
lium inquisitio quedam est: sed tertius actus est p
prie practici intellectus inq̃tum est operatiu⁹ non
enim ratio habet precipere ea que per hominē fie
ri non possunt. Manifestū est autē q̃ in his que p
hominē fiūt principalis actus esse pcipere ad quē
alij ordinant: ⁊ ideo virtuti que est bñ p̃ceptiua. s.
prudētie tanq̃ pncipalioꝝ adiūgunt tanq̃ secun-
darie eubulia q̃ est bñ cōsiliatiua: ⁊ synesis ⁊ gno-
min q̃ sunt partes iudicatiue: de quaꝝ distinctiōe
dicetur. ¶ Ad primū ergo dicendū q̃ prudētia ē
bñ consiliatiua: nō quasi bñ consiliari sit imediate
actus eius: sz quia hunc actum pficit mediāte vir-
tute sibi subiecta que est eubulia. ¶ Ad secunduz
dicenduz q̃ iudiciū in agēdis ad aliquid vlterius
ordinatur: contingit enim aliquē bene iudicare de
aliquo agēdo: ⁊ tamē non recte exequi: sz vltimuz
complementū est quādo ratio iam bñ precipit de
agēdis. ¶ Ad tertiū dicenduz q̃ iudicium de vna
quaq̃ re fit p ꝓpria principia eius: inquisitio autē
nondū est p propria principia: quia his habit⁹ nō
esset opus inquisitionis: sed iam res esset inuēta: et
ideo vna sola virtus ordinatur ad bñ consiliandū

due autez virtutes ad bene iudicandū: quia distinctio non est in cōmunibus p̄cipijs sed in propijs vnde z in speculatiuis vna est dialectica inquisitiua de omnibus: scientie autem demonstratiue q̄ sunt iudicatiue sunt diuerse de diuersis. Distinguuntur autē synesis z gnomin scōm diuersas regulas quibus iudicatur: nam synesis est iudicatiua de agendis scōm cōmunem legem: gnomin autē fm ipsam rationem naturalem in his in quib⁹ deficit lex cōmunis: sicut plenius infra patebit. ¶ Ad quartū dicendū q̄ memoria: intelligentia: z prouidentia: similiter etiam cautio z docilitas z alia huiusmodi nō sunt virtutes diuerse a prudentia: sed quodā modo cōparantur ad ipsam sicut partes integrales: inq̄tum omnia ista requirūtur ad perfectionē prudentie: sunt etiam z quedam partes subiectiue seu species prudentie: sicut iconomica: regulatiua z huiusmodi: sed predicta tria sūt quasi partes potētiales prudētie: quia ordinātur sicut secundarij ad p̄ncipale: z de his infra dicetur.

Questio.lvij.

Deinde cōsiderandum est de virtutib⁹ moralibus: z p̄mo de distinctione earum a virtutibus intellectualibus. Secūdo de distinctione earum adinuicez fm propriam materiā. Tertio ō distinctione p̄incipalium: uel cardinaliū ab alijs. Circa p̄imum queruntur quinq̄. Primo vtrum omnis virtus sit virtus moralis. Secundo vtrum virtus moralis distinguatur ab intellectuali. Tertio vtrum sufficiēter diuidatur virtus per intellectualem z moralē. Quarto vtrum moralis virt⁹ possit esse sine intellectuali. Quinto vtrū ecōuerso intellectualis virtus possit esse sine morali.

Primum sic procedit. Videtur q̄ omnis virtus sit moralis. Virtus enī moralis dicitur a more idest consuetudine: sed omniū virtutū act⁹ consuescere possumus: ergo omnis virtus est moralis. ¶ Preterea phūs dicit in .2°. ethicorum q̄ virtus moralis est habitus electiuus immediate rationis cōsistens: sed omnis virtus videtur esse habitus electiuus: quia actus cuiuslibet virtutis possumus ex electione facere: omnis autem virtus aliqualiter in medio rationis p̄sistit: ut infra patebit: ergo omnis virtus est moralis. ¶ Preterea tulli⁹ dicit in sua rhetorica: q̄ virtus est habitus in modum nature rationi cōsentaneus: sed cū omnis virtus humana ordinetur ad bonum hominis: oportet q̄ sit consentanea rationi cum bonū hominis sit fm rationē esse: ut dionysius dicit: ergo omnis virtus est moralis. ¶ Sed contra est qđ phūs dicit in p̄mo ethicorum: Dicentes de moribus non dicūt quoniam sapiens uel intelligens: sed quoniam mitis vel sobrius. sic igitur sapientia z intellectus nō sunt morales: que tamen sunt virtutes: sicut .ē. dictum est: non omnis virtus est moralis. ¶ Respō deo dicendū q̄ ad huiusmodi euidentiā considerare oportet quid sit mos: sic enī scire poterim⁹ quid sit moralis virtus: mos autem duo significat. Quandoq̄ enim significat consuetudinem: sicut dicitur actuū. 15°. Nisi circūdamini fm morē moysi non poteritis salui fieri. Quandoq̄ vero significat inclinationem quandā naturalem vel quasi naturalem ad aliquid agendum: vnde z etiam brutorum animalium dicūtur aliqui mores: vnde dicit in .2. machabeorū vndecimo: q̄ leonū more irruētes in hostes prosternūt eos. z sic accipitur mos i psalmo vbi dicitur: Qui habitare facit vnius moris in domo. Et he quidem due significationes in nullo distinguuntur apud latinos q̄tum ad vocē in greco autez distinguuntur: nam ethos qđ apud nos morem significat: quandoq̄ habet p̄imā longam: z scribitur per i grecam litteram: quandoq̄ autem habet p̄imam correptam: z scribitur per e. Dicitur autem virtus moralis a more: fm q̄ mos significat quandam inclinationē naturalē vel quasi naturalem ad aliquid agendum: z huic significationi moris ꝓpinqua est alia significatio qua significat consuetudinē: nam consuetudo quodāmodo vertitur in naturā: z facit inclinationē simili naturali. Manifestū est autem q̄ inclinatio ad actum p̄prie cōuenit appetitiue virtuti: cuius est mouere omnes potentias ad agendū: ut ex supra dictis patet: z ideo non omnis virtus dicitur moralis: sed solum illa que est in vi appetitiua. ¶ Ad p̄imū ergo dicendū q̄ obiectio illa ꝓcedit de more scōm q̄ significat consuetudinem. ¶ Ad secundū dicendum q̄ omnis actus virtutis potest ex electiōe agi sed electionez rectam agit sola virtus que est in appetitiua parte anime. Dictum est enim supra q̄ eligere est actus appetitiue partis: vnde habitus electiuus qui scilicet est electionis p̄incipiū: est solus ille qui perficit vim appetitiuā: quāuis etiam aliorum habituum actus sub electione cadere possint. ¶ Ad tertium dicendum q̄ natura est p̄incipium motus: sicut dicit in .2°. phisycorum: mouere autē ad agendū ꝓpriū est appetitiue partis: z ideo assimilari nature in consentiēdo rōni est ꝓpriū virtutum que sunt in vi appetitiua.

Secundū sic procedit. Videtur q̄ virt⁹ moralis ab intellectuali non distinguatur. Dicit enim augustin⁹ in libro de ciui. dei: q̄ virtus est ars recte viuendi: sed ars est virtus intellectualis: ergo virtus moralis ab intellectuali non differt. ¶ Preterea plerique in diffinitione virtutum moralium ponunt scientiam: sicut quidā diffiniūt q̄ perseuerantia est scientia vel habitus eorum quibus est īmanendum vel non īmanendum: z sanctitas est scientia faciens fideles z seruantes que ad deum iusta: scientia autem est virtus intellectualis ergo virtus moralis non debet distingui ab intellectuali. ¶ Preterea augustinus dicit in p̄mo soliloquiorū: z virtus est recta q̄ perfecta ratio: sed

hoc pertinet ad virtutem intellectualem: ut patet in sexto ethicoꝝ: ergo virtus moralis non est distincta ab intellectuali. ¶ Preterea nihil distinguitur ab eo quod in eius diffinitione ponitur: sed virtus intellectualis ponitur in diffinitione virtutis moralis. Dicit enim philosophus in secundo ethicorū q̄ virtus moralis est habitus electiuus existens ī mediate determinata ratione, put sapiēs determinabit: huiusmodi autem recta ratio determinās mediū virtutis moralis pertinet ad virtutem intellectualē: ut dicitur in sexto ethicoꝝ: ergo virtus moralis nō distinguitur ab intellectuali. ¶ Sed ꝓtra est quod dicitur in p̄mo ethicorum: vbi determinatur virtus scōm differentias hanc: dicimus enī harū has quidem intellectuales: has vero morales. ¶ Respōdeo dicendū q̄ omnium humanorū operum p̄mum ratio est: ⁊ quecūq; alia p̄incipia humanoꝝ operum inueniūtur: quo dāmodo rationi obediūt diuersimode tamē: nam quedam rationi obediūt omnino ad nutum absq; omni contradictione: sicut corporis mēbra si fuerint in sua natura consistētia: statim enim ad imperium rationis manus aut pes mouetur ad opus: vnde philosph⁹ dicit in p̄mo politicoꝝ: q̄ anima regit corpus despotico p̄incipatu: idest sicut dominus seruū qui ius contradicendi nō habet. Posuerunt igitur quidam q̄ omnia p̄incipia actiua que sunt in homine: hoc modo se habent ad rationem: quod quidem si verum esset sufficeret q̄ ratio esset perfecta ad bene agendū: vnde cum virtus sit habitus quo perficimur ad bene agendum: sequeretur q̄ in sola ratione esset: ⁊ sic nulla virtus esset nisi intellectualis: Et hec fuit opinio socra. qui dicit omnes virtutes esse p̄udentias: ut dicitur in sexto ethicoꝝ: vnde ponebat q̄ homo scientia in eo existente peccare nō poterat: ꝛ quicūq; peccabat peccabat p̄opter ignorantiā: hoc autem procedit ex suppositione falsi: pars enim appetitiua obedit rationi nō omnino ad nutum sed cum aliqua contradictiōe: vnde philosophus dicit in p̄mo politicorum: q̄ ratio imperat appetitiue p̄incipatu politico quo scilicet aliquis p̄eest liberis qui habent ius in aliquo cōtradicendi: vnde ⁊ augustinus dicit super psal. q̄ interdū p̄cedit intellectus: ⁊ seq̄tur tardus aut nullus affectus intantū q̄ quādoq; passionibus vel habitibus appetitiue partis hoc agitur: ut vsus rationis in particulari impediatur ⁊ scōm hoc aliqualiter verum est quod socrates dixit q̄ scientia p̄sente nō peccatur: si tamen hoc extendatur vsq; ad vsum rationis in particulari eligibili. Sic igitur ad hoc q̄ homo bene agat: requiritur q̄ nō solus ratio sit bene dispōsita per habitum virtutis intellectualis: sed etiam q̄ vis appetitiua sit bene dispōsita per habitū virtutis moralis. Sicut igitur appetitus distinguitur a ratione: ita virtus moralis distinguitur ab intellectuali vnde sicut appetitiuū est p̄incipium humani act⁹ scōm hoc q̄ participat aliqualiter rationē: ita habitus moralis habet rationez virtutis humane inq̄tum rationi conformatur. ¶ Ad p̄mum ergo dicendū q̄ augustinus cōmuniter accipit artem ꝓ qualibet recta ratione: ⁊ sic sub arte includit etiam p̄udentia: que ita est recta ratio agibiliū sicut ars est recta ratio factibiliū: ⁊ scōm hoc q̄ dicit q̄ virtus est ars recte viuendi: essentialiter cōuenit p̄udentie: participatiue autem alīs virtutibus p̄out scōm p̄udentiam distinguunt. ¶ Ad secundū dicendum q̄ tales diffinitiones a quibuscūq; inueniantur date: processerunt ex opinione socratica: ⁊ sunt exponende eo modo quo de arte p̄dictum est. Et similiter dicendū est ad tertiū. ¶ Ad quartum dicendum q̄ recta ratio que est scōm p̄udentiam ponitur in diffinitione virtutis moralis non tanq̄ pars essentie ei⁹: sed sicut quiddā participatum in omnib⁹ virtutib⁹ moralib⁹ inq̄tum p̄udētia dirigit oēs virtutes morales.

Dertium sic ꝓceditur. Videt̄ q̄ virtus humana nō sufficienter diuidatur per virtutē moralem ⁊ intellectualem. Prudentia enim videtur esse aliquid mediū inter virtutem moralem ⁊ intellectualem: cōnumerat̄ enim virtutibus intellectualibus in .6°. ethicoꝝ: ⁊ etiam ab omnib⁹ communiter cōnumerat inter quattuor virtutes cardinales que sunt morales: vt infra patebit: non ergo sufficienter diuiditur virtus per intellectualez ⁊ moralem sicut per imediata. ¶ Preterea continentia ⁊ perseuerantia ⁊ etiam pacientia nō cōputantur inter virtutes intellectuales: nec etiā sūt virtutes morales: quia nō tenent medium in passionibus sed album dant in eis passiones: non ergo sufficienter diuidit virtus p intellectuales ⁊ morales. ¶ Preterea fides spes ⁊ charitas quedā virtutes sunt: non tamē sunt virtutes intellectuales. he enim solum sunt quinq;. s. scientia: sapientia intellectus p̄udentia: ⁊ ars ut dictū est: nec etiaz sūt virtutes morales: quia nō sunt circa passiones circa quas maxime est moralis virtus: ergo virt⁹ nō sufficiēter diuiditur per intellectuales ⁊ morales. ¶ Sed contra est quod phs dicit in .2°. ethicorum duplicem virtutem: hanc quidē intellectualē: illaz autē moralē. ¶ Respōdeo dicendum q̄ virtus humana est quidā habitus perficiēs hominē ad bene operandū: principiū aūt humanoꝝ actuū in hoie nō est nisi duplex. s. intellectus siue ratio ⁊ appetitus. hec enim sunt duo mouētia in homine: ut dicitur in .3°. de aīa: vnde oīs virtus humana oportet: q̄ sit perfectiua alicui⁹ istoꝝ p̄ncipioꝝ. Siquidez igit̄ sit perfectiua intellectus speculatiui vel practici ad bonū hominis actū: erit virtus intellectualis si aūt sit pfectiua appetitiue partis: erit virtus moralis: vnde relinquit q̄ oīs virtus humana vel est intellectualis vel moralis. ¶ Ad p̄mū g̃ dicendū q̄ p̄udētia fm essentiā suā est intellectualis virtus sed fm materiā cōuenit cū virtutib⁹ moralibus: est enim recta rō agibiliū: ut. s. dictū est: ⁊ fm hoc virtutibus moralibus cōnumerat̄. ¶ Ad secundū dicendū q̄ continentia ⁊ pseuerantia nō sunt pfectiones appetitiue virtutis sensitiue: qō ex hoc patet

q̄ incontinente ⁊ perseuerante supabundant inor dinate passiones: quod non esset nisi appetit⁹ sen sitiuus esset perfectus aliquo habitu confor mante ipsum rationi. Est aūt continentia seu pseuerātia perfectio rōnalis partis que se tenet contra passi ones ne deducat: deficit tn a rōne virtutis: q̄ vir tus intellectiua que facit rationē se bn̄ habere cir ca moralia: psupponit appetitū rectū finis: ut re cte se habeat circa pncipia. i. fines ex quib⁹ ratio cinatur qō continēti ⁊ perseuerāti deest: neq; etiā pōt esse pfecta operatio que a duab⁹ potētijs pce dit nisi vtraq; potētia perficiat per debitū habitū sicut nō sequit perfecta actio alicui⁹ agētis p ī strumentū si instrumentū nō sit bene disposītū quantū cūq; pncipale agēs sit perfectū. vñ si appetit⁹ sensi tiuus quē mouet rōnalis pars nō sit perfect⁹ quan tumcūq; rōnalis pars sit pfecta: actio ꝓsequēs nō erit pfecta: vñ nec pncipiū actionis erit virt⁹ ⁊ pro pter hoc continētia a delectationib⁹ ⁊ perseueran tia a tristicijs nō sunt virtutes: sed aliquid minus virtute: vt phs dicit in. 7° ethicoꝝ. ¶ Ad tertiū di cendū q̄ fides: spes ⁊ charitas sūt supra virtutes humanas sunt enīz virtutes hominis, put est fact⁹ particeps diuine gratie.

ℬ quartū sic pro

cedit. Videt q̄ virtus moralis possit esse sine intellectuali. Virtus enīz mo ralis vt dicit tullius est habitus in moduz nature rōni ꝓsentane⁹: sed natura ⁊si ꝓsentiat alicui supio ri rationi mouēti: nō tn̄ oportet q̄ illa ratio natu re coniūgat in eodē: sicut patet in reb⁹ naturalib⁹ cognitione carētib⁹: ergo potest esse in homine vir tus moralis in modū nature inclinās ad consentiē dum rōni: q̄uis illi⁹ hois ratio nō sit pfecta p̄ virtutem intellectualē. ¶ Preterea per virtutē intellectualē hō consequit rōnis vsum perfectū: ſz q̄q; cōtingit q̄ alicui in quib⁹ nō multū viget vsus rōnis sunt virtuosi ⁊ deo accepti: ergo videt q̄ virtus moralis possit cē sine virtute intellectuali. ¶ Preterea virtus moralis facit inclinationē ad bn̄ ope randū: sed etiā quidā habēt naturalē inclinationē ad bn̄ operandū etiā absq; rōnis iudicio: g̃ virtu tes morales pñt esse sine intellectuali. ¶ Sed ꝯ: qō greg. dicit in. 2° moraliuz q̄ cetere virtutes nisi ea que appetūt prudēter agāt virtutes cē nequaq̄ pñt: ſz prudētia est virtus intellectualis: ut. ō. dictū est: g̃ virtutes morales nō possunt esse sine intelle ctualib⁹. ¶ Respondeo dicendū q̄ virtus moralis pōt quidē esse sine quibusdā intellectualib⁹ virtuti bus sicut sine sapiētia: sciētia ⁊ arte: nō aūt pōt cē sine intellectu ⁊ prudētia. Sine prudētia quidē esse nō potest moralis virtus: q̄ moralis virt⁹ est habi tus electiu⁹. i. faciēs bonā electionē. Ad hoc autez q̄ electio sit bona duo requirunt. Primo vt sit de bita intētio finis: ⁊ hoc fit p̄ virtutē moralē: q̄ vim appetitiuā inclinat ad bonū q̄uenies rationi: qō ē finis debit⁹. Secūdo ut hō recte accipiat ea q̄ sunt ad finē: ⁊ hoc nō pōt esse nisi per rationē recte ꝓsi liantē: iudicantē: ⁊ precipientē: qō pertinet ad pru dentiam ⁊ ad virtutes sibi annexas: vt supra dcm̄ est: vnde virtus moralis sine prudētia esse nō pōt: ⁊ per ꝓsequēs nec sine intellectu: p̄ intellectū enim cognoscunt pncipia naturaliter nota taz in specu latiuis q̄ in operatiuis: vñ sicut recta ratio in spe culatiuis inq̄tum pcedit ex pncipijs naturalit co gnitis psupponit intellectū pncipioꝝ: ita etiā pru dētia que est recta rō agibiliū. ¶ Ad p̄mū g̃ dicen dū q̄ inclinatio nature in reb⁹ carentibus rōne est absq; electione: ⁊ ideo talis inclinatio nō req̄rit ex necessitate rōnez: sed inclinatio virtutis mora lis est cum electione: ⁊ ideo ad suam pfectionez in diget q̄ sit ratio pfecta per virtutē intellectualaz. ¶ Ad secundū dicendū q̄ in virtuoso nō oportet q̄ vigeat vsus rōnis quantū ad oia: sed solū quan tum ad ea que sunt agēda fm̄ virtutē: ⁊ sic vsus rō nis viget in oibus virtuosis: vñ etiā qui videnť sim plices eo q̄ carēt mūdana astutia possunt esse pru dētes fm̄ illud matth. x° Estote prudētes sicut ser pentes ⁊ simplices sicut colūbe. ¶ Ad tertiū dicen dum: q̄ naturalis inclinatio ad bonū virtutis est q̄ dam inchoatio virtutis: nō autē est virtus pfecta: huiusmodi enī inclinatio quāto est pfectior tanto pōt esse piculosior: nisi recta ratio adiungat p̄ quā fiat recta electio eoꝝ q̄ conueniūt ad debitū finez sicut equus currēs si sit cec⁹ tāto fortius impingit ⁊ ledit quāto fortius currit: ⁊ ideo etsi virtus mo ralis nō sit ratio recta: ut socrates dicebat: non ta men solū est fm̄ rationē rectā inq̄tū inclinat in id qō est fm̄ rōnem rectā: ut platonici posuerunt: sed etiā oportet q̄ sit cum rōne recta: ut aristo. dicit in sexto ethicoꝝ.

ℬ quintum sic pro

ceditur. Videt q̄ virt⁹ intellectualis possit esse sine virtute morali. Perfe ctio enīm prioris nō dependet a perfectione poste rioris: sed ratio est prior appetitu sensitiuo: ⁊ mo uens ipsum: ergo virtus intellectualis que est pfe ctio rōnis nō dependet a virtute morali: q̄ est pfe ctio appetitiue partis: pōt g̃ esse sine ea. ¶ Pre terea moralia sunt materia prudētie: sicut facibi lia sunt materia artis: sed ars pōt esse sine ꝓpria materia sicut faber sine ferro: g̃ ⁊ prudentia potest esse sine virtutib⁹ moralib⁹: que tamē inter omnes intellectuales virtutes maxime moralib⁹ coniun cta videt. ¶ Preterea prudētia est virt⁹ bn̄ con siliatiua: ut dicitur in. 6° ethicoꝝ: sed multi bn̄ cō siliantur quibus tamē virtutes morales desunt: er go prudētia pōt esse sine virtute morali. ¶ Sed ꝯ velle malū facere opponit directe virtuti morali: nō autem opponitur alicui quod sine virtute mo rali esse potest: opponit autem prudentie q̄ volēs peccet: ut dicit in. 6° ethicoꝝ: non ergo prudentia potest esse sine virtute morali. ¶ Respōdeo dicen dū q̄ alie virtutes intellectuales sine virtute mora li esse possunt: sed prudentia sine virtute morali ee nō pōt: cuius ratio est: quia prudentia de natura est recta rō agibiliū: nō autem solum in vniuersali: ſz etiam in particulari in quibus sunt actiones: recta

aũt ratio ꝓexigit ꝑncipia ex quibus ratio ꝓcedit oꝫ aũt rõnem circa particularia ꝓcedere: nõ solũ ex ꝑncipijs vniuersalibus: sed etiã ex ꝑncipijs ꝑticularibus. Circa principia quidem vniuersalia agibilium homo recte se habet per naturalem intellectum ꝑncipiorum: per quẽ homo cognoscit q̃ nullum malum est agendum: vel etiã per aliquã scientiam ꝑacticam: sed hoc non sufficit ad recte ratiocinandũ circa ꝓticularia. contingit enĩ qñq; q̃ huiusmodi vniuersale ꝑncipiũ cognitum per intellectum vel scientiaꝫ corrũpitur in ꝓticulari ꝓ aliquam passiõem: sicut cõcupiscẽti quãdo concupiscentia vincit: videtur hoc esse bonũ qđ cõcupiscit: licet sit contra vniuersale iudiciuꝫ rõnis. ꝙ iõ sicut homo disponit ad recte se habendum circa principia vniuersalia per intellectũ naturaleꝫ vel per habitum scientie: ita ad hoc q̃ recte se habeat circa principia ꝓticularia agibiliũ: que sunt fines oportet q̃ ꝑficiatur per aliquos habit⁹: ꝑm quos fiat quodãmodo homini cõnaturale recte iudicare de fine: ꝙ hoc fit per virtutẽ moralẽ. virtuosus enĩ recte iudicat de fine virtutis: q̃ qualis vnusq̃sq; est talis finis videtur ei: vt dicit in. 3. ethi. ꝙ iõ ad rectã rõnem agibiliũ que est ꝓudentia requiritur q̃ homo habeat virtutem moralem. ¶ Ad ꝑmum g̃ dđ q̃ ratio ꝑm q̃ est apꝓhensiua finis: ꝓcedit appetitũ finis: sed appetitus finis ꝓcedit appetituꝫ rõcinantẽ ad eligendũ ea que sunt ad finẽ quod pertinet ad ꝓudentiã: sicut etiam in speculatiuis intellectus ꝑncipioꝝ est principium rõnis syllogizãtis. ¶ Ad scõm dicẽdũ q̃ principia artificialium non diiudicantur a nobis bene vel male ꝑm dispõnem appetitus nostri: sicut fines que sũt moralium principia: sed solum per cõsiderationẽ rõnis: ꝙ ideo ars non requirit virtutem ꝑficientẽ appetitum sicut requirit ꝓudentia. ¶ Ad tertiũ dđ. q̃ ꝓudentia non soluꝫ est bene cõsiliatiua: sed etiam bene iudicatiua ꝙ bene ꝓceptiua: qđ esse nõ ꝓt: nisi remoueatur impedimẽtũ passionũ corrũpentiũ iudicium ꝙ ꝓceptum prudentie: ꝙ hoc per virtutem moralem.

Questio. lix.

Einde cõsiderandũ est de distinctiõe moralium virtutũ adinuicem. Et q̃ virtutes morales que sunt circa passiones distinguũtur ꝑm diuersitateꝫ passionum: oportet primo considerare cõparationẽ virtutis ad passionem. Secundo distinctionem moralium virtutum ꝑm passiones. Circa primũ querũt quinq;. ꝓmo vtrũ virtus moralis sit passio. Sco vtrũ virtus moralis possit esse cum passione. Tertio vtrũ possit esse cum iustitia. Quarto vtrũ omnis virtus moralis sit circa passiones. Quinto vtrum aliqua virtus moralis possit esse sine passione.

ꝺ primum sic ꝓcedit. Videt q̃ virtꝰ moral sit passio. Mediũ enĩ ẽ eiusdẽ generis cũ extremis: sꝫ virtꝰ moralis est mediũ inter passiones: ergo virtꝰ moralis est passio. ¶ ꝓterea virtus ꝙ vitium cuꝫ sint contraria sunt in eodẽ genere: sed quedã passiones vitia esse dicuntur: vt inuidia ꝙ ira: ergo etiam quedam passiones sunt virtutes. ¶ ꝓterea misericordia quedam passio est. est enim tristicia de alienis malis: vt supra dictum est. hanc aũt Cicero locutor egregius nõ dubitauit appellare virtutem: vt Aug. dicit in. 9. de ci. dei. ergo passio põt esse virtus moralis. ¶ Sed cõtra est q̃ dicitur in 2°. ethi. q̃ passiones neq; virtutes sunt neq; malicie. ¶ Respondeo dđ. q̃ virtus moralis non potest esse passio ꝙ hoc patet triplici ratiõe. ꝓmo quidem quia passio est motus quidam appetitus sensitiui. vt ꝫ dictum est. virtus autem moralis nõ est motus aliquis: sed magis principium appetitiui motus habitus quidam existens. Secundo qꝫ passiones ex seipsis non habent rationem boni vel mali. bonum enim vel malum hominis est secũdũ rationem. vnde passiones scõm se considerate habẽt se ꝙ ad bonum: ꝙ ad malum. ꝑm q̃ possunt cõuenire rationi: vel non cõuenire. nihil aũt tale põt esse virtus: cuꝫ virtus solũ ad bonũ se habeat: vt supra dictum est. Tertio qꝫ dato q̃ aliqua passio se habeat ad bonũ solum vel ad malũ solũ ꝑm aliquẽ modũ: tamen motus passiõis inquãtuꝫ passio est nc ꝓpium habet in ipso appetitu ꝙ terminũ in rẽne: in cuius cõformitatẽ appetitus tendit. motus aũt virtutis est ecõuerso ꝑncipiũ hns in rõne ꝙ terminũ in appetitu ꝑm q̃ a rõne mouet vnde in diffinitione virtutis moralis dicitur in. 2. ethi. q̃ est habitus electiuꝰ imediate consistens determinata rõne ꝓut sapiens determinabit. ¶ Ad primũ ergo dđ q̃ virtus ꝑm suam ẽntiam nõ est mediũ inter passiones: sed ꝑm suũ effectũ: qꝫ. s. iter passiões mediũ constituit. ¶ Ad scõm dđ q̃ si vitium dicatur habitus ꝑm quem quis male operat manifestũ est q̃ nulla passio est vitiũ. si vero dicatur vitiũ peccatũ qđ est actus vitiosus: sic nihil ꝓhibet passionẽ esse vitiũ: ꝙ ecõtrario cõcurrere: ad actum virtutis ꝑm q̃ passio vel contrariatur rõni vel sequitur actum rõnis. ¶ Ad tertiũ dicẽdũ. q̃ misericordia dicit esse virtus. i. virtutis actus ꝑm q̃ motꝰ ille animi rõni seruit. quãdo. s. ita ꝓbetur misericordia vt iustitia conseruetur: siue cuꝫ indigenti tribuitur: siue cum ignoscit penitẽti: vt aug. dicit ibidẽ: si tñ misericordia dicatur aliquis habitus quo homo ꝑficitur ad rõnabiliter miserendũ nihil ꝓhibet misericordiã sic dictaꝫ esse virtutem Et eadem est rõ de similibus passionibus.

ꝺ secundũ sic ꝓcedit. Videt q̃ virtus moralis cũ passione esse non possit. Dicit enĩ phus in. 4°. topicorum. q̃ mitis est qui non patit. patiẽs aũt qui patit ꝙ non deducit: ꝙ eadẽ ratio est de oĩbus virtutibus moralibus: ergo omnis virtus moralis est sine passione. ¶ ꝓterea virtus est quedam recta habitudo aĩe: sicut sanitas corꝓis: vt

dicitur in. 7°. physicoꝝ. vnde virtus quedaꝫ sanitas anime esse videt. vt Tullius dicit in. 4°. de tusculanis qōnibus. passiones aūt aie dicūtur morbi quidam anime: ut in eodem libro Tullius dicit sanitas aūt non cōpatitur secum morbū: ergo neq; virtus cōpatitur anime passionē. ¶ Preterea virt° moralis requirit perfectum vsum rōnis etiā in pticularibus: sed hic etiam impeditur p passiones. dicit enī phs in. 6°. ethi. q delectationes corrūpunt existimationē prudentie: 7 Salustius dicit i catheliario: q non facile verū perspicit animus vbi illa officiūt. s. animi passiōes: virtus ergo moralis nō potest esse cum passione. ¶ Sz cōtra est q Aug. dicit in. 14°. de ci. dei. Si peruersa est volūtas peruersos habebit hos motus. s. passionuꝫ. si aūt recta est: non solum inculpabiles: verum etiaꝫ laudabiles erunt. sed nulluꝫ laudabile excluditur per virtutem moralem: virtus ergo moralis non excludit passiones: sed pōt esse cum ipsis. ¶ Rñ. dō. q circa hoc fuit discordia inter stoicos 7 peripateticos: sicut aug. dicit in. 9°. de ci. dei. stoici enī posuerunt q passiōes anime nō possunt esse in sapiente siue virtuoso. peripatetici vero quorum secta Aristoteles instituit: vt aug. dicit in. 8°. de ciuitate dei posuerunt q passiones simul cū virtute morali esse possunt: sed ad medium reducte. Hec autem diuersitas sicut aug. ibidē dicit magis erat fm uerba q fm rerum sententias. Quia enīꝫ stoici non distinguebant inter appetitum intellectiuū qui est voluntas: 7 inter appetitum sensitiuuꝫ qui per irascibilem 7 concupiscibilem diuiditur: non distinguebant in hoc passiones anime ab alijs affectionibus humanis: q passiones anime sunt motus appetitus sensitiui: alie uero affectiōes que nō sunt passiones anime. sunt motus appetitus intellectiui: qui dicitur uoluntas: sicut peripatetici distinxerunt: sed solum quantū ad hoc q passiones esse dicebant quascunq; affectiones rationi repugnantes: que si ex deliberatione oriantur: in sapiēte seu in virtuoso esse non possunt: si autēꝫ subito oriantur: hoc in virtuoso potest accidere: eo q animi iussa que appellant fantasias: non est in potestate nostra vtrum aliquando incidant animo: 7 cuꝫ veniunt ex terribilibus rebus: necesse est ut sapientis animū moueant: ita ut paulisper uel pauescat metu uel tristicia contrahatur: tanquam his passionibus preueniētibus rationis officium: nec tamen approbant ista qui eis consentiunt. vt aug. narrat in nono de ciuitate dei. ab Agellio dictum Sic igitur si passiones dicātur inordinate affectiones: non possunt esse in virtuoso: ita q post deliberationem eis consentiatur: ut stoici posuerunt Si uero passiones dicantur quicunq; motus appetitus sensitiui: sic possunt esse in virtuoso: fm q sunt a ratione ordinati: vnde Aristoteles dicit in 2°. ethicorum: q non bene quidam determinat virtutes impassibilitates quasdam 7 quietes: quoniā simpliciter dicūt: sed deberent dicere q sunt quietes a passionibus: que sunt ut non oporet: 7 quando non oportet. ¶ Ad pmum ergo dicendum q phs exemplum illud inducit sicut 7 multa alia in libris logicalibus: non fm opinionemꝫ propriā: sed fm opinionem aliorum. hec autemꝫ fuit opinio stoicorum q virtutes essent sine passionibus anime. Quaꝫ philosophus excludit in. 2°. ethicoꝝ: dicēs virtutes non esse impassibilitates. Potest tamen dici q cum dicitur q mitis non patitur: intelligendum est fm passionem inordinatam. ¶ Ad scām dō. q ratio illa 7 omnes similes quas Tullius ad hoc inducit in libro de Tusculanis questionibus: procedit de passionibus fm q significant inordinatas affectiones. ¶ Ad tertiuꝫ dō. q passio preueniens iudicium rationis: si in animo pualeat ut ei consentiatur: impedit consilium 7 iudicium rōnis. si vero sequatur quasi ex ratiōe imperata adiuuat ad exequendum imperium rōnis.

D tertium sic pro

ceditur. Videt q virtus cum tristicia esse nō possit. Virtutes enim sunt sapientie effectus: fm illud. Sap. 8°. Sobrietatemꝫ 7 iusticiā docet. s. diuina sapiētia: prudētiaꝫ 7 virtutem. sed sapiētie cōitus nō habet amaritudinem ut postea subditur: ergo nec virtutes cuꝫ tristicia esse possunt. ¶ Preterea tristicia est impedimentū opationis: ut patet per phm in septimo 7 decimo ethi. sed impedimētū bone opatōis repugnat virtuti: ergo tristicia repugnat virtuti. ¶ Preterea tristicia est quedā animi egritudo: vt Tullius eam uocat in. 3°. de tusculanis qōnibus: sed egritudo animeꝫ trariatꝫ virtuti que est bona anime habitudo: ergo tristicia cōtrariatur virtuti: nec pōt simul esse cum ea. ¶ Sed cōtra est q xps fuit perfectus virtute: sed in eo fuit tristicia. Dicit enī vt habet Matth. 26°. Tristis est aia mea vsq; ad mortem. ergo tristicia pōt esse cum virtute. ¶ Rñ. dō. q sicut dicit aug. 14°. de ci. dei. stoici voluerūt pro tribus perturbationibus in aio sapiētis esse tres eupatias. i. tres bonas passiones: p cupiditate. s. uoluptatem: pro letitia gaudiū: p metu cautionemꝫ. p tristicia uero negauerunt posse aliquid esse in aio sapiētis duplici rōne. Primo quidē q tristicia est de malo qō iam accidit. nullū aūt malum estimāt posse accidere sapienti. crediderūt enīꝫ q sicut solus boīs bonū est virtus. bona aūt corpalia nulla bona hominis sunt: ita solum inhonestū est hominis malū: qō in virtuoso esse nō pōt: sed hoc irrōnabiliter dicit. cum enim homo sit ex anima 7 corpore cōpositus: id qō confert ad vitam corpis cō seritandā aliquod bonū boīs est: non tamē maximū: q eo potest homo male uti: vnde 7 malū huic bono cōtrarium in sapiente esse potest: 7 tristiciā moderataꝫ inducere. ¶ Preterea 7si virtuosus sine graui peccato esse possit: nullus tamen inuenitur qui absq; leuibus peccatis vitam ducat. scām illud. i. Joannis primo. Si dixerimus q: peccatū non habemus: nosipos seducimus. Tertio q: virtuosus 7si peccatum nō habeat: forte quandoq; habuit: 7 de hoc laudabiliter dolet. fz illud. 2°. ad Corinth. 3°. Que scōz deū est tristicia penitentiā

in salutem stabilē opatur. ¶ Quarto q̄ potest etiaz dolere laudabiliter de peccato alterius. vnde eo modo quo virtus moralis cōpatit alias passiōes rōne moderatas: compatit etiam tristiciam. Secundo mouebantur ex hoc q̄ tristicia est de p̄nti malo. timor autem de malo futuro: sicut delectatio de bono p̄nti. desideriuz uero de bono futuro potest aūt hoc ad virtutem pertinere q̄ aliqs bono habitu fruatur: uel non habitum habere desideret: uel q̄ etiam malū futuruz caueat: sed q̄ malo p̄nti animus hois substernat quod fit per tristiciam: omnino videt cōtrariuz rōni: vñ cū virtute esse non potest. Sed hoc irrōnabiliter dicit. est. n. aliquod malum quod potest esse virtuoso p̄ns: ut dictuz est: quod quidē maluz ratio detestat: vnde appetitus sensitiuus in hoc sequitur detestationē rōnis q̄ de huiusmodi malo tristat moderate tamen fm rōnis iudiciū. hoc aūt ptinet ad virtutez ut appetitus sensitiu⁹ rōni conformet vt dictum est. vnde ad virtutem ptinet q̄ tristetur moderate in quibus tristandū est: sicut etiā phs dicit in 2°. ethicoz. z hoc etiaz vtile est ad fugiendū mala. sicut enim bona ppter delectationē p̄mptius q̄runtur: ita mala ppter tristiciā fortius fugiūt. Sic igitur dicendum est q̄ tristicia de his que cōueniunt virtuti non potest simul esse cum virtute: q̄ virtus in ppriis delectatur: sz de his que quocūq̄ modo repugnant virtuti: virtus moderate tristatur.

¶ Ad primum ergo dō. q̄ ex illa auctoritate habetur q̄ de sapiētia sapiēs non tristatur: tristatur tamen de his que sunt impeditiua sapiētie: z ideo in beatis in quibus nullū impedimētum sapientie esse potest: tristicia locum non habet. ¶ Ad scōz dō. q̄ tristicia impedit opationē de qua tristamur sed adiuuat ad ea p̄mptius exequēda per que tristicia fugitur. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ tristicia imoderata est anime egritudo: tristicia aūt moderata ad bonā habitudinē aie ptinet fz statū p̄ntis vite.

¶ Quartuz sic pro

ceditur. Videt q̄ omnis virtus moralis sit circa passiōes. Dicit enī phs in 2°. ethicoz. q̄ circa uoluptates z tristicias ē moralis virtus: sed delectatio z tristicia sunt passiones: vt supra dictum est: ergo omnis virtus moralis est circa passiones. ¶ Preterea rōnale per participationē est subiectū moraliū virtutum: vt dicit in p̄mo ethicoz. sed huiusmodi pars anime est in qua sunt passiones: vt supra dictum est: ergo oīs virt⁹ moralis est circa passiōes. ¶ Preterea in oi virtute morali est inuenire aliquam passionē: aut ergo omnes sunt circa passiōes: aut nulla: sed aliquę sunt circa passiones: ut fortitudo z temperantia: vt dicit i. 3. ethicoz.: ergo omnes virtutes morales sunt circa passiones. ¶ Sed cōtra est q̄ iustitia que est virtus moralis non est circa passiōes vt dicitur in 5°. ethicoz. ¶ Respōdeo dō. q̄ virt⁹ moralis perficit appetitiuā partē aie: ordinando ipsam in bonum rationis. est aūt rationis bonum id quod est fm rōnem moderatū seu ordinatū. vnde circa omne id quod contingit ratione ordinari z moderari: contingit esse virtutem moralem. ratio autem ordinat non solum passiones appetitus sensitiui: sed etiā ordinat operationes appetitus intellectiui: qui est voluntas: que non est subiectum passionis: vt supra dictū est. z ideo non omnis virtus moralis est circa passiones: sed quedaz circa passiones: quedam circa operatiōes. ¶ Ad primū g̃ dō. q̄ non omnis virtus moralis est circa delectationes z tristicias sicut circa ppriam materiam: sed sicut circa aliquid cōsequēs ad ppriū actum. ois enī virtuosus delectatur in actu virtutis: z tristat in cōtrario: vñ phus post p̄missa verba subdit: q̄ si virtutes sunt circa actus z passiones. omni aūt passiōi z omni actui sequit delectatio z tristicia: ppter hoc virtus erit circa delectationes z tristicias. s. circa aliqd cōsequens. ¶ Ad scōm dō. q̄ rōnale per participationē non solum est appetitus sensitiuus qui est subiectū passionū: sed etiā voluntas in qua non sunt passiōes: vt dictum est. ¶ Ad tertiū dō. q̄ in quibusdā virtutib⁹ sunt passiones sicut ppria materia. in quibusdā autem nō. vnde nō est eadem ratio de omnibus: vt infra ostendetur.

¶ Quantum sic pro

cedit. Videt. q̄ virtus moralis possit esse absq̄ passione. quāto enī virtus moralis est pfectior: tanto magis supat passiones ergo in suo pfectissimo esse oīno absq̄ passionib⁹ ¶ Preterea tūc vnūqq̄ q̄ est pfectū q̄n est remotum a suo ptrario: z ab his que ad cōtrariū inclinant: sed passiones inclināt ad peccatū q̄ virtuti cōtrariat. vnde Ro. 7°. noīantur passiones peccatorum: ergo pfecta virtus est oīno absq̄ passione ¶ Preterea fm virtutē deo cōformamur: vt p̄z per aug. in libro de moribus eccl̄ie: sed deus oīa opat sine passione: ergo virtus pfectissima est absq̄ omni passione. ¶ Sed contra est q̄ null⁹ iust⁹ est qui non gaudet iusta opatione: vt dicit in p̄mo ethicoz. sed gaudiū est passio: ergo iustitia nō potest esse sine passione: z multo minus alie virtutes ¶ Rñdeo dō. q̄ si passiones dicam⁹ inordinatas affectiones: sicut stoici posuerunt: sic manifestum est q̄ virtus pfecta est sine passiōibus: si vero passiones dicamus omnes motus appetitus sensitiui sic planū est q̄ virtutes morales que sūt circa passiones sicut circa ppriam materiā: sine passiōibus esse non possunt: cuius ratio est: q̄ fm hoc sequeretur q̄ virtus moralis faceret appetitū sensitiuū oīno ociosum: non aūt ad virtutem pertinet q̄ ea que sunt subiecta rōni a propriis actibus vacent: sed q̄ exequantur imperium rōnis propriōs act⁹ agendo: vnde sicut virtus membra corporis ordinat ad actus exteriores debitos: ita appetitus sensitiuus ad motus ppriōs ordinatos. virtutes vero morales que non sunt circa passiones: sed circa operationes possunt esse sine passionibus: z huiusmodi virtus est iustitia: quia per eas applicatur voluntas ad propriū actum qui non est pas

sio: sed tñ ad actū iusticie: sequit gaudiū ad minus in uolūtate: qō non est passio: ⁊ si hoc gaudiū multiplicetur per iusticie pfectionē: fiet gaudiū redundantia vsq; ad appetitū sensitiuū: fm q̄ vires iferiores sequūtur motū superiorem: vt ō dictum est. ⁊ sic per redūdantiaz huiusmōi quāto magis fuerit pfectio: tanto magis passionē cāt. ¶ Ad p̄mum g̃ dō q̄ virtus passiones iordinatas superat: moderatas aūt ꝓducit. ¶ Ad scōm dicēdū q̄ passiones inordinate inducunt ad peccādū: nō aūt si sūt moderate. ¶ Ad tertiuz dō. q̄ bonuz in vnoquoq; cōsideratur fm cōditionē sue nature. in deo autem ⁊ angelis non est appetitus sensitiuus sicut est in homine: ⁊ ideo bona opatio dei ⁊ angeli est oīno sine passione sicut ⁊ sine cozpe. bona autē opatio hominis est cum passiōe sicut ⁊ cum cozpis ministerio.

Questio. lx.

Deinde cōsideratur

randū est de distinctiōe virtutū moraliū adinuicez. Et circa hoc querūtur quinq;

Primo vtrū sit tantuz vna virtus moralis. Scōo vtrū distinguātur virtutes morales que sunt circa opationes ab his que sunt circa passiones. Tertio vtrū circa opationes sit vna tātum moralis virtus. Quarto vtr̄ circa diuersas passiones sint diuerse morales virtutes. Quinto vtrū virtutes morales distinguātur fz diuersa obiecta passionum.

Ad primum sic pro

cedit. Videt q̄ sit vna tm̃ moralis virtus. Sicut enim in actibus moralib⁹ directio ptinet ad rōnem que est subiectuz intellectualium virtutum: ita inclinatio ptinet ad viz appetitiuā que est subiectum moraliū virtutum: sed vna est intellectualis virtus dirigens in oibus moralibus actibus. s. prudentia: ergo etiā vna tantū est moralis virtus inclinās in omnibus moralib⁹ actibus. ¶ Preterea habitus non distinguuntur fm materialia obiecta: sed fm formales rōnes obiectoruz. formalis aūt ratio boni ad quod ordinatur virtus moralis est vnum. s. modus rōnis: ergo videtur q̄ sit vna tm̃ moralis virt⁹. ¶ Preterea moralia recipiūt spēm a fine vt supra dictum est: sed finis oium virtutum moraliū cōis est vnus scilicet felicitas. ꝓpriū aūt ⁊ ꝓpinqui sunt infiniti: nō sunt aūt infinite virtutes morales: ergo videt q̄ sit vna tantū. ¶ Sed cōtra est q̄ vnus habit⁹ nō potest esse in diuersis potētijs. vt supra dictū est: sed subiectuz virtutū moraliū est pars appetitiua aie que per diuersas potētias distinguitur: vt in p̄mo dictum est: ergo nō pōt esse vna tm̃ virtus moralis. ¶ Respondeo dō. q̄ sicut supra dictū ē: virtutes morales sunt habitus quidam appetitiue partis. habitus aūt specie differunt fm spāles differētias obiectoruz: vt supra dictum est. species aūt obiecti appetibilis sicut ⁊ cuiuslibet rei attenditur fm formam specificam que est ab agente. Est aūt considerandū q̄ materia patientis se habet ad agens dupliciter. Quoq; enim recipit formam agentis fm eandē rōnem ꝓut est in agente: sicut ēi oibus agētibus vniuocis: ⁊ sic necesse est q̄ si agens est vnius specie: q̄ materia recipiat formā vnius speciei: sicut ab igne non generatur vniuoce nisi aliq̄d existens in specie ignis. Aliquādo vero materia recipit formā ab agente: non fm eandē rōnem ꝓut est in agente: sicut patet in generātib⁹ nō vniuocis: vt aīal generat a sole: ⁊ tūc forme recepte in materia ab eodē agente nō sunt vnius spēi: sed diuersificātur fm diuersam ꝓportionem materie ad recipiē dū influxū agentis: sicut videm⁹ q̄ ab vna actione solis generātur p putrefactionē aīalia diuersaruz spērum fm diuersam ꝓportionē materie. Manifestū est aūt q̄ in moralib⁹ rō est sicut imperans ⁊ mouēs. vis aūt appetitiua sicut imperata ⁊ mota nō aūt appetit⁹ recipit impressionē rōnis: quasi vniuoce: q̄ nō fit rōnale p ēentiaz: sed p ꝓticipationē vt dicit in p̄mo ethicoꝝ. vñ appetibilia fz motionē rōnis cōstituūtur in diuersis spēbus: fm q̄ diuersimode se habēt ad rōnem: ⁊ ita sequit q̄ virtutes morales sint diuerse fm spēm ⁊ nō vna tantū. ¶ Ad primū ergo dō q̄ obiectū rōnis est verum est aūt eadē ratio veri in oibus moralibus que sūt ptingentia agibilia: vñ est vna sola virtus in eis dirigens. scilicet prudentia. obiectuz aūt appetitiue virtutis est bonū appetibile: cuius est diuersa rō fm diuersam habitudinē ad rōnem dirigentem. ¶ Ad scōm dō q̄ illud formale est vnū genere ꝓpter vnitatem agentis: sed diuersificat specie ꝓpter diuersas habitudines recipiētiū: vt ō dictum est. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ moralia nō habent speciez a fine vltimo: sed a finibus ꝓximis: quī quidē ⁊ si infiniti sint numero: non tm̃ infiniti sūt specie.

Ad secundū sic pro

cedit. Videt. q̄ virtutes morales nō distinguātur abinuicē per hoc q̄ quedā sūt circa opatiōes: q̄dā circa passiōes. Dicit enī phs in. 2°. ethi. q̄ virtus moralis est circa delectationes ⁊ tristicias optimoꝝ opatiua: fz voluptates ⁊ tristicie sunt passiones quedā. vt ō dcm̃ ē ergo eadem virtus que est circa passiones: est etiā circa opationes: vtpote opatiua exīs. ¶ Preterea passiones sunt p̄ncipia exteriorū opationū. si ergo alique virtutes rectificāt passiones: oportet q̄ etiam p ꝓās rectificent opatiōes: cedē ergo virtutes morales sunt circa passiones ⁊ opationes. ¶ Preterea ad omnē opationē exteriorē mouet appetitus sensitiuus bene vel male: sed motus appetitus sensitiui sunt passiones: ergo eedem virtutes que sunt circa opationes sunt circa passiones ¶ Sed cōtra est q̄ phus ponit iusticiā circa opationes. temperantiā aūt ⁊ fortitudinē ⁊ mansuetudinē circa passiones quasdā. ¶ Rn̄. dō q̄ opatio ⁊ passio dupliciter potest comparari ad virtutē Uno modo sicut effectus: ⁊ hoc modo omnis moralis virtus habet aliquas opationes bonas: qua

rū est ꝓductiua: ⁊ delectationē aliquā vel trīsticiā que sunt passiones: vt supra dictum est. Alio modo pōt compari opatio ad virtutez moralē: sicut materia circa quā est: ⁊ fm hoc oportet alias esse virtutes morales circa operationes: ⁊ alias circa passiones: cuius rō est: qz bonū ⁊ malū in quibusdam opatiōibus attendit fm seipsas qualitercunqꝫ homo afficiat ad eas: inq̄tum. s. ⁊ bonuz in eis malū accipit fm rōnem cōmēsuratiōis ad alterū ⁊ talibus oz ꝙ sit aliqua virtus directiua opationū: fm seipsas: sicut sunt emptio ⁊ venditio: ⁊ huiusmodi opationes in quibus attenditur rō debiti vel indebiti ad alterū: ⁊ ꝓpter hoc iusticia ⁊ partes eius ꝓprie sunt circa opationes: sicut circa ꝓpriam materiā. In quibusdā vero opationib⁹ bonū ⁊ malum attenditur solū fm cōmēsurationem ad opantem: ⁊ ideo oportet in his bonū ⁊ malum cōsiderari fm ꝙ homo bene vel male efficit circa huiusmodi: ⁊ ꝓpter hoc oportet ꝙ virtutes in talibus sint p̄ncipaliter circa interiores affectiones que dicūtur aie passiones: sicut patet de tēperātia fortitudine: ⁊ alijs huiusmodi. Contingit aūt ꝙ in opationibus que sunt ad alterū: ꝓtermittat bonū virtutis ꝓpter inordinatam animi passionē: ⁊ tūc inquātū corrūpitur cōmensuratio exteriozis opationis est corruptio iusticie. inquātuz aūt corrūpit ꝓmensuratio interioꝝ passionū est corruptio alicuius alterius virtutis: sicut cū ꝓpter iram alicꝫ aliū pcutit in ipsa pcussiōe indebita corrūpit iusticia. inmoderātia vero ire corrūpit mansuetudo: ⁊ idez patet in alijs. Et per hoc pz rnsio ad obiecta Nam p̄ma rō pcedit de opatiōe fm ꝙ est effect⁹ virtutis: alie vero due rōnes pcedūt ex hoc ꝙ ad idem cōcurrunt opatio ⁊ passio: sed in quibusdaz virtus est p̄ncipaliter circa opationē: in quibusdā circa passionem rōne predicta.

ℬ tertium sic pro

ceditur. Videt ꝙ sit vna tantū virtus moralis circa opatiōes. Rectitudo enī oīum opationū exterioꝝ videt ad iusticiā ptinere sed iusticia est vna virtus: ergo vna sola virt⁹ est circa opationes. ¶ Preterea opationes maxime differētes esse videūt: que ordinātur ad bonū vni⁹ ⁊ que ordinātur ad bonum multitudinis: sed ista diuersitas nō diuersificat virtutes morales. Dicit enī ph̄s in. 5°. ethi. ꝙ iusticia legalis q̄ ordinat act⁹ hoīum ad cōe bonū: nō est aliud virtute que ordinat actus hois ad vnū tm̄: nisi fm rōnem: ergo diuersitas opationū non causat diuersitatem virtutum moralium. ¶ Preterea si sunt diuerse virtutes morales circa diuersas opatiōes: oporteret ꝙ fm diuersitatez operationū esset diuersitas virtutum moralium: sed hoc patet esse falsum. nā ad iusticiam pertinet in diuersis generibus cōmutationum rectitudinem statuere: ⁊ etiam in distributionibus: vt patet in. 5°. ethico. nō ergo diuerse virtutes sunt diuersarū opationū. ¶ Sz cōtra est ꝙ religio est alia virtus a pietate: quaꝝ tamē vtraq̄ est circa opationes quasdaz. ¶ Rn. dō. ꝙ oēs virtutes morales que sūt circa opationes: cōueniunt in quadā generali rōne iusticie: que attendit ꝑz debitum ad alterū. distinguūtur aūt ꝑz diuersas speciales rōnes: cui⁹ ratio est. qz in opationibus exterioribus ordo rōnis instituit: sicut dictū est: nō ꝑz ꝓportionē ad effectionē hoīs: sed fm ipam conuenientiam rei in seipa: fm quā cōueniētiam accipit rō debiti ex quo constituit ratio iusticie. Ad iusticiam enī ptinere videt vt quis debituz reddat. vñ omnes huiusmodi virtutes que sunt circa opationes: habent aliquo modo rōnem iusticie: sed debitum non est vnius rōnis in oībus. aliter enīz debetur aliquid equali: aliter superiori: aliter minori: ⁊ aliter ex pacto vel ex ꝓmisso. uel ex beneficio suscepto ⁊ fm has diuersas rōnes debiti sumuntur diuerse virtutes: puta religio est per quā debitū deo redditur: pietas est per quam redditur debitū parentibus vel patrie: gratia est per quā redditur debitum benefactorib⁹: ⁊ sic de alijs. ¶ Ad p̄mum ergo dō. ꝙ iusticia ꝓprie dicta est vna spālis virt⁹ q̄ attendit pfectā rōnem debiti: qđ scōm equiualētiā pōt restitui: dicit tm̄ ampliato noie iusticia scōm quācūqꝫ debiti redditionē: ⁊ sic nō est vna spālis virtus. ¶ Ad scōz dō. ꝙ iusticia que intendit bonū cōe: est alia virtus a iusticia que ordinat ad bonū priuatū alicui⁹: vnde ⁊ ius cōe distinguit a iure priuato. Et Tulli⁹ ponit vnā spālem virtutē pietatem: que ordinat ad bonū patrie: sed iusticia ordinans hoīem ad bonū cōe est generalis per imperium. qz oēs actus virtutū ordinat ad finē suū. s. ad bonum cōe. virtus autē fm ꝙ a tali iusticia imperatur: etiā iusticie nomē accipit: ⁊ sic virtus a iusticia legali nō differt nisi rōne: sicut sola rōe differt virtus operans fm seipam: ⁊ virtus operans ad imperiū alterius. ¶ Ad tertiuz dō. ꝙ in oib⁹ opationibus ad iusticiā spālez ptinētib⁹ est eadē rō debiti: ⁊ ideo est eadē virtus iusticie: ꝑcipue quātuz ad cōmutatiōes. forte enī distributiua est alterius spēi a cōmutatiua: sed de hoc infra queretur.

ℬ quartū sic pro

ceditur. Videt ꝙ circa passiones nō sint diuerse virtutes morales. Eoꝝ enim que cōueniūt in p̄ncipio ⁊ fine vnus est habit⁹: sicut patet maxime in scientijs: sed oīum passionuz vnū est p̄ncipiū. s. amor: ⁊ oēs ad eūdē finē terminant. s. ad delectationē vel trīsticiā: vt supra habitū est: ergo circa oēs passiōes est vna tm̄ moralis virtus. ¶ Preterea si circa diuersas passiones eēnt diuerse virtutes morales: sequeret tot eēnt virtutes morales quot passiones: sed hoc patet esse falsum: qz circa oppositas passiones est vna ⁊ eadez virtus moralis: sicut fortitudo circa timorez ⁊ audacias: tēperantia circa delectatiōes: ⁊ trīsticias ñ ꝙ oz ꝙ circa diuersas opatiōes sint diuerse virtutes morales. ¶ Preterea amor cōcupiscētia ⁊ delectatio sūt passiōes specie differētes: ⁊ habitū est sed circa oēs has est vna virtus. s. tēperantia: ergo virtutes morales non sunt diuerse circa diuersas passiones. ¶ Sed cōtra est ꝙ fortitudo est cir

ca timores ⁊ audacias: temperātia circa concupi scentias: mansuetudo circa iras:. vt dicit in. 3. ⁊. 4 ethicorum. ¶ Rn̄deo dō ꝙ non potest dici ꝙ circa omnes passiones sit vna sola virtus moralis. sunt enim quedam passiōes ad diuersas potētias pertinentes. alie nāq; pertinent ad irascibilē alie ad concupiscibilē: vt supra dictum est. nec tamen oportet ꝙ omnis diuersitas passionū sufficiat ad virtutes morales diuersificandas. ¶ Primo quidē quia quedam passiones sunt que sibi opponūtur ſm cōtrarietatem: sicut gaudiū ⁊ tristicia: timor ⁊ audacia: ⁊ alia huiusmodi: ⁊ circa huiusmōi passiones sic oppositas oportet esse vnam ⁊ eandē virtutem. cum enim virtus moralis in quadā medietate consistat mediū in contrarijs passionib⁹ ſm eandem rationē instituitur: sicut ⁊ in naturalibus idem est medium inter contraria: vt inter album ⁊ nigrum. Secundo q̄ diuerse passiones inueniūtur ſm eundem modū rationi repugnātes puta ſm impulsum ad id qō est cōtra rōnem: vel ſm retractionē ab eo quod est ſm rōnem: ⁊ ideo diuerse passiōes cōcupiscibilis non ptinent ad diuersas virtutes morales: q̄ cor̄ motus ſm quendam ordinē se inuicem cōsequūtur: vtpote ad idē ordinati. ſ. ad consequēdū bonū vel ad fugiendū malū: sicut ex amore ꝓcedit ꝓcupiscētia: ⁊ ex concupiscentia ꝓuenitur ad delectationē. Et eadē rō est de oppositis: q̄ ex odio sequit fuga vel abominatio: que perducit ad tristiciā. Sed passiōes irascibilis nō sunt vnius ordinis: sed ad diuersa ordinantur. nam audacia ⁊ timor ordinātur ad aliqō magnū periculū: spes ⁊ desperatio ad aliqō bonū arduū. ira aūt ad superandū aliqō cōtrariū quod nocumētū intulit: ⁊ ideo circa has passiōes diuerse virtutes ordinātur: vtpote tēperātia circa passiōes cōcupiscibilis: fortitudo circa timores ⁊ audacias: magnanimitas circa spem ⁊ desperationem mansuetudo circa iras. ¶ Ad ꝑmum ergo dō. ꝙ omnes passiones cōueniunt in vno principio ⁊ fine cōi: non aūt in vno ꝑpio principio seu fine: vñ hoc non sufficit ad vnitatem virtutis moralis.

¶ Ad scōm dō ꝙ sicut in naturalibus idē est ꝑn cipium quo receditur ab vno principio ⁊ accedit ad aliud: ⁊ in rōnalibus est eadem ratio cōtrariorum: ita etiam virtus moralis que in modū nature rōnī consentit est eadem contrariarū passionū. ¶ Ad tertiū dicēdū ꝙ ille tres passiones ad idē obiectum ordinātur ſm quendā ordinem: vt dictū est. ⁊ ideo ad eandē virtutē moralem pertinent.

D quintum sic ꝓ

ceditur. Videtur ꝙ virtutes morales non distinguantur ſm obiecta passionum. sicut enī sunt obiecta passionū: ita sunt obiecta operationum: sed virtutes morales que sunt circa opationes: non distinguūtur ſz obiecta operationū. ad eandē enī virtutem iusticie ptinet emere vel uendere domū ⁊ equū: ergo etiaz nec virtutes morales que sunt circa passiones diuersificantur ꝑ obiecta passionū. ¶ Preterea passiōes sunt quidā actus vel motus appetitus sensitiui: ſz maior diuersitas requirit ad diuersitatē habituū q̄ ad diuersitatē actuum: diuersa igitur obiecta q̄ nō diuersificāt spēm passionis non diuersificabūt spēm virtutis moralis: ita. ſ. ꝙ de oībus delectationibus erit vna virt⁹ moralis ⁊ similiter est de alijs ¶ Preterea magis ⁊ minus non diuersificāt speciem: sed diuersa delectabilia nō differunt nisi ſm magis ⁊ minus: ergo omnia ptinent ad vnā spēm virtutis: ⁊ eadē rōne omnia terribilia: ⁊ similiter de alijs. non ergo virtus moralis distinguitur ſm obiecta passionum. ¶ Preterea sicut virtus est operatiua boni: ita est impeditiua mali: sed circa cōcupiscentias bonor̄ sunt diuerse virtutes: sicut tēperantia circa ꝓcupiscētias delectationū tactus ⁊ cutrapelia circa delectatiōes ludi: ergo etiā circa timores malorum debent esse diuerse virtutes. ¶ Sed cōtra est ꝙ castitas est circa delectabilia veneror̄. abstinentia vero est circa delectabilia ciborum ⁊ eutrapelia circa delectabilia ludorum. ¶ Respōdeo dō. ꝙ ꝑfectio virtutis ex ratione dependet. perfectio autem passionis ex ipso appetitu sensitiuo: vnde oportet ꝙ virtutes diuersificentur ſm ordinem ad rationē. passiones aūt ſm ordinem ad appetitum. Obiecta igitur passionum ſm ꝙ diuersimode ordinant ad appetitum sensitiuum: causant diuersas passionū species: ſm vero ꝙ compantur ad rōnem: causant diuersas species virtutum. non est autem idem motus rōnis ⁊ appetitus sensitiui: vnde nihil phibet aliquam oriaz obiectorum causare diuersitatem passionū: q̄ nō causat diuersitatem virtutū: sicut quādo vna virtus est circa multas passiones: vt dictum est: ⁊ aliquā etiā oriam obiectoruz cāre diuersitatē virtutum: que non causat diuersitatē passionū: cum circa vnam passionez: puta delectationē diuerse virtutes ordinentur. Et quia diuerse passiones ad diuersas potentias ptinentes semp ptinent ad diuersas virtutes: ut dictuz est. ideo diuersitas obiectorum que respicit diuersitatem potentiarū semper diuersificat species virtutum: puta ꝙ aliqd sit bonum absolute: ⁊ aliquid bonū cum aliqua arduitate. ⁊ quia ordine quodam ratio inferiores hois partes regit: ⁊ etiā se ad exteriora extendit: ideo etiā ſm ꝙ vnum obiectum passionis apprehenditur sensu uel imaginatione: aut etiam rōne: ⁊ sc̄z etiā ꝙ pertinet ad animam corpus uel exteriores res: diuersam habitudinem habet ad rōnem: ⁊ p cōsequens natum est diuersificare virtutes. bonū igitur hominis qō est obiectum amoris concupiscentie ⁊ delectationis: potest accipi vel ad sensuz corporis pertinēs: uel ad interiorē anime apphensionem: ⁊ hoc siue ordinetur ad bonū hominis in seipso: uel quantū ad corpus: vel quantum ad animā: siue ordinetur ad bonū hominis in ordine ad alios: ⁊ omnis talis diuersitas propter diuersum ordinem ad rōnem diuersificat virtutem. Sic igitur si consideretur aliquod bonū: siquidē sit p sensum tactus apprehensum: ⁊ ad consistentiā humane vite pertinēs in idiuiduo uel in specie: sicut sūt

delectabilia ciboꝝ ⁊ uenereoꝝ: erit pertinens ad virtutem temperatie. delectatiões aũt alioꝝ sensuum: cum non sint vehemẽtes non ꝓstant aliquã difficultatem rõni: ⁊ ideo circa eas non ponit aliqua virtus que est circa difficile sicut ⁊ ars. vt dicitur in .2°. ethi. bonũ aũt nõ sensu: sed iteriori virtute apphensum ad ipm hoiem ptinẽs ſm scipm est sicut pecunia ⁊ honor: quoꝝ pecunia ordinabilis est de se ad bonũ corpis. honor aũt consistit i apphensione aie. ⁊ hec quidẽ bono ꝓsiderari possunt vel absolute ſm q̃ pertinẽt ad cõcupiscibilez vel cũ arduitate quadã ſm q̃ ptinent ad irascibilẽ que quidẽ distinctio non habet locum in bonis q̃ delectãt tactũ: qz huiusmodi sunt quedã infima: ⁊ cõpetũt hoi ſm q̃ cõuenit cũ brutis. Circa bonuz igitur pecunie absolute sumptũ ſm q̃ est obiectuz concupiscentie vel delectatiõis aut amoris est liberalitas. circa bonũ aũt huiusmodi cum arduitate sumptũ ſm q̃ est obiectũ spei est magnificẽtia circa bonũ vero quod est honor: siquidem sit absolute sumptũ ſm q̃ est obiectũ amoris: sic est quedã virtus que vocatur philotimia. i. amor honoris si vero cum arduitate cõsideret ſm q̃ est obiectũ spei: sic est magnanimitas: vnde liberalitas ⁊ philotimia videnꝫ esse in cõcupiscibili. magnificentia vero ⁊ magnanimitas in irascibili. bonũ vero hominis in ordine ad aliũ nõ videtur arduitatẽ habere: sed accipitur vt absolute sumptũ ꝓut est obiectum passionũ ꝯcupiscibilis: quod quidẽ bonuz põt esse alicui delectabile ſm q̃ ꝑbet se alteri: vel i his que serio fiunt. i. in actionibus per rõnez ordinatis ad debitum finem: vel in his que fiunt ludo idest actiõibus ordinatis ad delectationẽ tm̃: que non eodẽ modo se habent ad rõnem sicut ꝓhima. In serijs aũt se exhibet aliquis alteri dupliciter. Uno modo vt delectabilem decentibus verbis ⁊ factis: ⁊ hoc ptinet ad quãdã virtutẽ quã Aristoteles noiat amicitiam: ⁊ põt dici affabilitas. Alio modo põbet se aliquis alteri vt manifestuz per dicta ⁊ facta: ⁊ hoc ptinet ad aliã virtutem quã nominat veritatẽ: manifestatio eni ꝓpinquiꝰ accedit ad rõnem q̃ delectatio: ⁊ seria q̃ iocosa: vñ ⁊ circa delectationes ludoꝝ est virtus quã phs eutrapeliam nominat. Sic igitur patet q̃ ſm Aristotelem sunt vndecim virtutes morales circa passiones. ſ. fortitudo: tẽperãtia: liberalitas: magnificẽtia: magnanimitas: philotimia: mãsuetudo amicitia: veritas: eutrapelia: ⁊ iustitia: ⁊ distinguũtur ſm diuersas materias: vel ſm diuersas passiões: vel ſm diuersa obiecta. Si igitur addat iustitia que est circa opationes: erũt oẽs duodecim. ¶ Ad ꝓmuz ꝯ dõ q̃ oia obiecta eiusdẽ opatiõis ſm spẽm eãdez habitudinẽ habent ad rõnem: nõ aũt oia obiecta eiusdẽ passionis ſm spẽm: qz opationes non repugnant rõni sicut passiones. ¶ Ad scõm dicẽdũ q̃ alia rõne diuersificãtur passiões ⁊ alia virtutes: sicut dictũ est. ¶ Ad tertiuz dõ. q̃ magis ⁊ minꝰ nõ diuersificãt spẽm nisi ꝓpter diuersam hitudinem ad rõnem. ¶ Ad quartũ dõ. q̃ bonũ fortius ẽ ad mouẽdũ q̃ malũ: qz malũ nõ agit nisi virtute bõi vt Biony. dic. 4. c. de di. no. vnde malũ ñ facit difficultatẽ rõni que requirat virtutẽ: nisi sit excellẽs qõ videtur esse vnũ in vno genere passionis: vnde circa iras non ponitur nisi vna virtus scz mansuetudo: ⁊ similiter circa audacias vna sola. ſ. fortitudo: sed bonũ ingerit difficultatẽ: que requirit virtutẽ: etiã si nõ sit excellens in genere talis passiõis ⁊ ideo circa cõcupiscẽtias ponũtur diuerse virtutes morales: vt dictum est. Questio. lxi.

Einde cõsiderandũ est de virtutibꝰ cardinalibꝰ. Et circa hoc querũt quinq̃. Primo vtruz virtutes morales debeãt dici cardinales vel principales. Secũdo de numero eaꝝ. Tertio que sint. Quarto vtrũ differant abiuicẽ. Quinto vtrũ diuidant cõueniẽter in virtutes politicas ⁊ purgatorias: ⁊ purgati animi: ⁊ exemplares.

Primum sic ꝓcedit. Videt q̃ virtutes morales non debeãt dici cardinales seu principales. Que enĩ ex opposito diuidũtur sũt simul natura: vt dicit in ꝓdicamẽtis: ⁊ sic vnum nõ est alterum principalius: sed oẽs virtutes ex opposito diuidũt genus virtutis: ergo nulle earũ debent dici principales. ¶ Preterea finis ꝓncipalioꝝ est his que sunt ad finem: sed virtutes theologice sunt circa finem. virtutes autem morales sunt circa ea que sunt ad finem: ergo virtutes morales non debẽt dici principales seu cardinales: ſz magis theologice. ¶ Preterea principalius est qõ est per essentiã q̃ qõ est ꝑticipationẽ: sed virtutes intellectuales ptinẽt ad rõnale per eẽntiam. virtutes aũt morale ptinẽt ad rõnale ꝑticipationez: vt supra dictum est: ergo virtutes morales non sunt principales: ſz magis virtutes intellectuales. ¶ Sed cõtra est q̃ Ambrosius dicit sup lucam: exponẽs illud. Beati paupes spiritu. Scimus virtutes esse quattuor cardinales. ſ. tẽperãtiã: iusticiã: prudentiã. fortitudinem. he autem sunt virtutes morales ergo virtutes morales sunt cardinales. ¶ Rñ. dõ q̃ cum simpliciter de virtute loq̃mur: intelligimꝰ loqui de virtute humana. virtus autẽ humana: vt supra dictum est: ſm perfectam rõnez virtutis dicitur: que requirit rectitudinem appetitus: huiusmodi enim virtus non solum facit facultatẽ bene agendi: sed ipsum etiam vsum boni operis causat sed ſm imperfectã rationem virtutis dicitur virtus que non requirit rectitudinẽ appetitus: qz solum facit facultatem bene agendi: non autem causat boni operis vsum. constat autem q̃ perfectuz est principaliꝰ imperfecto: ⁊ ideo virtutes que cõtinent rectitudinem appetitus dicuntur principales. huiusmodi autem sunt virtutes morales: ⁊ inter intellectuales sola prudentia: que etiam quodammodo moralis est secunduz materiam: ut ex supra dictis patet: vnde ꝙueniẽter inter virtutes

morales ponũtur ille que dicuntur ꝑncipales seu cardinales. ¶ Ad ꝑmum ergo dō. q̄ qñ gen⁹ vni uocũ diuiditur in suas spēs: tũc ptes diuisionis ex equo se habēt fm rōnem generis: licet fm naturā rei vna spēs sit ꝑncipalior ⁊ pfectior alia: sicut hō alijs animalibus: sed qñ est diuisio alicui⁹ analogi qđ dicitur de pluribus fm prius ⁊ posterius: tunc nihil ꝓhibet vnũ esse principalius altero: etiā scđm cōem rōnez: sicut substātia principalius dicit ens q̄ accñs: ⁊ talis est diuisio virtutū in diuersa genera virtutum: eo q̄ bonū rōnis non fm eundē ordinē inuenitur in oibus. ¶ Ad scđm dō q̄ virtutes theologice sūt supra hoiem: vt supra dictū est: vñ nō ꝓprie dicũtur virtutes humane: sed sup hūane vel diuine. ¶ Ad tertiuz dō. q̄ alie virtutes intellectuales a prudentia ⁊si sint ꝑncipaliores q̄ morales quātū ad subiectū: nō tñ sunt principaliores quātū ad rōnem virtutis: que respicit bonū quod est obiectum appetitus.

ℬ secundū sic ꝓ

ceditur. Videtur. q̄ non sint quattuor virtutes cardinales. ℐ Prudentia enī est directiua aliarum virtutū moraliū: vt ex supra dictis patet: sed id qđ est directiuū alioz ꝑncipalius est: ergo prudentia sola est virtus principalis. ¶ ℐ Preterea virtutes principales sunt aliquo modo morales: sed ad opatiões morales ordinamur per rōnem practicā ⁊ appetitū rectū: vt dicitur in. 6°. ethicoz. ergo sole due virtutes cardinales sunt. ¶ ℐ Preterea inter alias etiā virtutes vna est principalior altera: sed ad hoc q̄ virt⁹ dicatur principalis non requirit q̄ sit principal' respectu oium: sed respectu quarūdam: ergo videt q̄ sint multo plures principales virtutes. ¶ Sed ꝓtra est q̄ Greg. dicit in. 2°. moraliū. In quattuor virtutibus tota bona operis structura consurgit ¶ Rñ. dō q̄ numerus alicuoz accipi pōt aut fm principia formalia: aut fm subiecta: ⁊ vtroq̄ mō inueniũtur quattuor cardinales virtutes. ℐ Principium enī formale virtutis de qua nūc loquimur: est rōnis bonū: quod quidem dupliciter pōt cōsiderari. Uno modo fm q̄ in ipsa cōsideratiõe rōnis consistit: ⁊ sic erit vna virtus principalis q̄ dicitur prudētia. Alio modo fm q̄ circa aliquid ponitur rōnis ordo: ⁊ hoc vel circa opatiões: ⁊ sic ē iusticia: vel circa passiones: ⁊ sic necesse est eē duas virtutes. ordinē enī rōnis necesse est ponere circa passiones: ꝓsiderata repugnātia ipaz ad rōnē que quidē pōt esse dupliciter. Uno mō fm q̄ passio impellit ad aliquid cōtrariū rōni: ⁊ sic necesse est q̄ passio reprimat: ⁊ ab hoc denoīatur tēperātia. Alio modo fm passio retrahit ab eo qđ rō dictat: sicuti timor periculoz vel laboz: ⁊ sic necesse est q̄ homo firmet in eo qđ est rōnis ne recedat ⁊ ab hoc denoīatur fortitudo. Et similiter ꝛ subiecta idem numerus inuenitur. Quadruplex enī inuenitur subiectum huius virtutis: de qua nūc loquimur. s. rōnale per eētiaz qđ prudētia perficit ⁊ rōnale per ptīcipatiōnē qđ diuiditur in tria. i. in volūtatē que est subiectū iusticie: ⁊ in cōcupiscibilem que est subiectū tēperantie: ⁊ in irascibilē que est subiectū fortitudinis. ¶ Ad primū ergo dō q̄ prudētia est simpliciter ꝑncipalioz oībus: ꝛ alie ponũtur principales vnaquęq̄ in suo genere. ¶ Ad scōz dō. q̄ rōnale per ptīcipationē diuidit in tria: vt dictū est. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ omnes alie virtutes quarū vna est principalioz alia reducuntur ad p̄dictas quattuor: ⁊ quātū ad subiectū ⁊ quātum ad rōnes formales.

ℬ tertium sic ꝓ

ceditur. Videt q̄ alie virtutes magis debeāt dici principales q̄ iste. ℐd. n. quod est maximū in vnoquoq̄ genere videt esse ꝑncipalius. sed magnanimitas opatur magnū in omnibus virtutibus. vt dicit in. 4°. ethi. g̃ magnanimitas maxime debet dici principalis virtus. ¶ ℐ Preterea illud per quod alie virtutes firmant videt esse maxime principalis virtus: sed humilitas est huiusmodi. Dicit enī Grego. q̄ qui ceteras virtutes sine humilitate ꝓgregat. quasi paleas in ventum portat: ergo humilitas videt esse maxie principalis. ¶ ℐ Preterea illud videt esse maxime principale qđ est pfectissimū: sed hoc ptinet ad patientiā: fm illud Jacobi ꝑmo. ℐ Patiētia op⁹ pfectum habet. ergo patiētia debet poni principalis ¶ Sz contra est q̄ Tulli⁹ in sua rhetorica. ad has quattuor oēs alias reducit. ¶ Rñ. dō. q̄ sicut supra dictum est. huiusmodi quattuor virtutes cardinales accipiũtur fm quattuor formales rōnes virtutis: de qua loquimur: que quidē in aliquibus actib⁹. vel passiõibus principaliter inueniũtur: sicut bonū cōsistens in cōsideratiõe rōnis principaliter inuenit in ipso rōnis iperio: nō aūt in cōsilio neq̄ in iudicio: vt supra dcm̃ est. Siliter aūt bonū rōnis. put ponitur in opationib⁹: fm rōnem recti ⁊ debiti principaliter inuenit in cōmutatiõib⁹ vl' distributiõib⁹: que sunt ad alterū cū eq̃litate. bonū aūt refrenandi passiones principaliter inuenitur in passiõib⁹ quas maxime difficile est reprimere. s. in delectatiõib⁹ tactus. bonū aūt firmitatis ad stādum in bono rōnis ꝓtra impetū passionū ꝑcipue inuenit in piculis mortis: contra que difficillimuz est stare. Sic igitur p̄dictas quattuor virtutes dupliciter cōsiderare possum⁹. Uno mō fm cōes rōnes formales: ⁊ fm hoc dicũtur principales quasi generales ad oēs virtutes: vtpote q̄ ois virt⁹ q̄ facit bonū in cōsideratiõe rōnis dicat prudētia: ⁊ q̄ ois virtus que facit bonū debiti ⁊ recti in opationib⁹ dicat iusticia: ⁊ ois virtus que cohibet passiones ⁊ deprimit dicat tēperātia: ⁊ ois virtus q̄ facit firmitatem animi contra quascunq̄ passiones dicat fortitudo: ⁊ sic multi loquuntur de istis virtutib⁹: tam sacri doctores q̄ etiā philosophi: ⁊ sic alie virtutes sub ipsis cōtinētur. Unde cessāt oēs obiectiões. Alio vero modo ꝑt accipi fm q̄ iste virtutes denoīant ab eo qđ est principium in vnaquaq̄ materia: ⁊ sic sunt spāles virtutes ꝓtra alias diuise. dicũtur tamen principales respectu

aliarum ꝑpter pncipalitatē materie. puta q̄ ꝓu dētia dicatur que p̄ceptiua est: iustitia que ē circa actiones debitas inter equales: temperātia que re pmit cōcupiscentias delectationum tactus: fortitudo que firmat contra picula mortis. Et sic etiaz cessant obiectiones: q̄ alie virtutes possunt habere aliquas alias principalitates: sed iste dicuntur p̄ncipales rōne materie: vt supra dcm̄ est.

Quartuz sic ꝓcedit. Videt. q̄ quattuoꝛ predicte virtutes non sint diuerse virtutes ad inuicem distincte. Dicit enī Greg. in. 22°. moraliuz ¶ Prudentia vera non est que iusta et temperās et fortis non est: nec pfecta temperātia que fortis iusta et prudens non est: nec fortitudo integra q̄ prudens temperās et iusta non est: nec vera iusticia: q̄ prudens et fortis et temperās non est. hoc aūt non ꝓtingeret si p̄dicte quattuoꝛ virtutes essent adinuicem distincte. diuerse enī spēs ciusdem generis non denoiant se inuicem. ergo p̄dicte virtutes nō sunt abinuicez distincte. ¶ Preterea coꝝ que ab inuicē sunt distincta: quod est vnius non attribuit alteri: sed illō quod est temperātie attribuit fortitudini. Dicit enī Ambroſius in primo libro de offi. Jure ea fortitudo vocatur quādo vnuſq̄sq̄ se ipm vincit: nullis illecebris emollitur atq̄ inflecti tur. De temperātia etiam dicit q̄ modum vel oꝛdinem seruat oium que uel agenda uel dicēda arbitramur: ergo videtur q̄ huiusmodi virtutes nō sunt adinuicem distincte. ¶ Preterea pbus dicit in. 2°. ethi. q̄ ad virtutē hec requirunt. Primum si sciens: deinde si eligēs: et si eligens ꝓter hoc quidē tertiū si firme et ūmobiliter habeat et operat: ſz hoꝝ primū videt ad prudentiā ptinere: que est recta ratio agibiliuz. Secūdū. s. eligere ad temperātiam: vt aliquis non ex passione: sed ex electione agat passionibus refrenatis. Tertiū ut aliquis ꝑ debitum finem operetur rectitudinē quandā continet: que videtur ad iusticiā ptinere: aliud. s. firmitas et ūmobilitas ptinet ad fortitudinē: ergo quelibet harū virtutū est generalis ad oēs virtutes: ergo non distinguuntur adinuicem. ¶ Sed ꝛ̄ est q̄ aug. dicit in li. de moribꝰ ecclesie: q̄ quadripartita dicitur virtus ex ipsiꝰ amoris vario affectu: et sub iungit de p̄dictis quattuoꝛ virtutibꝰ. p̄dicte ergo quattuoꝛ virtutes sunt abinuicē distincte. ¶ Rñdeo dō q̄ sicut supra dictū ē: p̄dicte quattuoꝛ virtutes dupliciter a diuersis accipiūtur. Quidā enī accipiūt eas ꝓut significāt quasdā generales cōditiones humani animi: que inueniūtur in omnibus virtutibus: ita. s. q̄ prudentia nihil sit aliud q̄ quedam rectitudo discretiōis in quibuscūq̄ actibus: vel materijs. iustitia vero sit quedā rectitudo animi per quam homo opatur q̄ debet in quacūq̄ materia. tēperantia vero sit quedā dispositio animi que modū quibuscūq̄ passionibus uel opationibus ponit ne vltra debitū efferant. fortitudo vero sit quedā dispositio aie per quā firmet in eo q̄ est fm rōnem cōtra quoscūq̄ ūpetꝰ passionū vel opationū labores. hec aūt quattuoꝛ sic distincta ñ ipoꝛtant diuersitatē hituū virtuosoꝝ quātū ad iusticiam: temperantiā: et fortitudinē. cuilibet enim virtuti morali ex hoc q̄ est habitus cōuenit quedam firmitas vt a cōtrario non moueat: q̄ dcm̄ est ad fortitudinē ptinere. ex hoc vero q̄ est virtꝰ habet q̄ oꝛdinet ad bonū in quo ipoꝛtat rō recti vel debiti: q̄ dicebatur ad iusticiā ptinere. in hoc vero q̄ est virtus moralis rōneꝝ ptcipans: habet q̄ modū rōnis in oibus seruet: et vltra se non extē dat: q̄ dicedat ptinere ad tēperātiā. solū aūt hoc q̄ est discretionē habere: q̄ attribuebat prudentie: videt distingui ab alijs tribus inquātū hoc est ipsius rōnis per eēntiam. alia vero tria ipoꝛtat quandā ptcipationē rōnis per modum applicationis cuiusdam ad passiones vel opationes. Sic igit fm p̄dicta prudentia quidem esset virtus distincta ab alijs tribus: sed alie tres nō essent virtutes distincte abinuicē. Manifestum est enī q̄ vna et eadem virtus et est habitus: et est virtus: et ē moralis. Alij vero et melioꝰ accipiūt has quattuoꝛ virtutes fm q̄ determinātur ad materias spāles: vna queq̄ quidē illarū ad vnā materiā in qua p̄cipaliter laudatur illa generalis conditio a qua nomē virtutis accipitur: vt supra dictum est: et fm hoc manifestū est q̄ p̄dicte virtutes sunt diuersi habitus fm diuersitatez obiectoꝝ distincti. ¶ Ad primū g̃ dō. q̄ Greg. loquit de p̄dictis quattuoꝛ virtutibus ꝑz p̄mā acceptionē. Uel potest dici q̄ iste q̄ttuoꝛ virtutes denoiantur adinuicē per redundantiā quandā. id enī q̄ō est prudentie redundat i alias virtutes inquātū a prudētia dirigūtur. vna queq̄ vero aliaꝝ redūdat in alias ea rōne q̄ qui potest q̄ō est difficilius potest et id q̄ō minꝰ est difficile. vnde qui potest refrenare cōcupiscētias delectabiliū fm tactum ne modū excedant: q̄ō ē difficilimū: ex hoc ipso redditur habilioꝛ vt refrenet audaciā in piculis mortis: ne vltra modū ꝓcedat q̄ō est longe facilioꝰ: et fm hoc fortitudo dicit tēperata. temperātia etiā dicitur fortis ex redūdantia fortitudinis in tēperantiaz: inquātum. s. ille qui ꝑ fortitudinē habet aūm firmū contra picula mortis q̄ō est difficilimuz: est habilioꝛ vt retineat animi firmitatē cōtra impetus delectationū: q̄ vt dicit Tullius in primo de officijs. Non est consentaneū vt qui metu non frangitur: cupiditate frangatur: nec qui iunctū se a laboꝛe p̄stiterit: vinci a voluptate aliquādo possit. Et per hoc etiā patet responsio ad secūdū. Sic enī tēperātia in oibus modū seruat: et fortitudo cōtra illecebras voluptatū animū seruat inflexū. vel inquātū iste virtutes denominānt quasdā generales conditiones virtutuz vel per redūdantiā predictā. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ ille q̄ttuoꝛ generales virtutū cōditiones quas ponit phs nō sunt ꝓpie predictis virtutibꝰ: sed possunt eis appꝛopꝛiari fm modum iam dictum.

Quintum sic ꝓceditur. Videt. q̄ incōuenienter huiꝰ modi quattuoꝛ virtutes diuidant in

virtutes exemplares: purgati animi: purgatorias ⁊ politicas. vt enim ⁊Macrobius dicit in .2°. super somniū Scipionis. virtutes exemplares sunt que in ipsa diuina mente consistūt: sed phs in .x. ethicorum dicit. q ridiculū est deo iusticiā: fortitudinē temperantiā: ⁊ prudentiā attribuere: ergo virtutes huiusmodi non pnt esse exemplares. ¶Preterea vrtutes purgati animi dicunt que sūt absq passionibus. Dicit enim ibidem ⁊Macrobius q tēperātie purgati animi est terrenas cupiditates nō reprimere: sed penitus obliuisci. fortitudinis autē passiones ignorare: non vincere. dictum est autem supra q huiusmodi virtutes sine passionibus esse nō possunt: ergo huiusmodi virtutes purgati animi esse non possunt. ¶Preterea virtutes purgatorias dicit esse eorū qui quadam humanorū fuga solis se inserunt diuinis: sed hoc videtur vitiosum Dicit enim Tullius in primo de officijs. q qui despicere se dicunt ea que plerisq mirātur scilicet imperia ⁊ magistratus: his non modo laudi: verum etiam vitio dandum puto.: ergo nō sunt alique virtutes purgatorie. ¶Preterea virtutes politicas esse dicit: quibus boni viri reipublice consulūt: vt bestq tuentur. sed ad bonū cōmune sola iusticia legalis ordinatur: vt phus dicit in .5°. ethicorū. ergo alie virtutes non debent dici politice. ¶Sed cōtra est quod ⁊Macrobius ibidem dicit Plotinus inter phīce pfessores cum platone princeps. Quatuor sunt inquit quaternarū genera virtutum: ex his prime politice uocantur secunde purgatorie. tertie aūt iam purgati animi. quarte exemplares. ¶Respōdeo dō. q sicut Aug. dicit in libro de moribus ecclesie: oportet q anima aliquid sequatur ad hoc q ei possit virtus innasci: ⁊ hoc deus est: quem si sequimur bene viuim⁹. Oportet igitur q exemplar humane virtutis in deo pexistat: sicut ⁊ in eo pexistunt oium rerum rōnes. Sic igit virtus potest psiderari vel prout est exemplariter in deo: ⁊ sic dicūtur virtutes exemplares: ita. s. q ipa diuina mens in deo dicatur prudentia. temperantia vero cōuersio diuine intētionis ad seipm: sicut in nobis tēperantia dicitur per hoc q cōcupiscibilis conformatur rationi. fortitudo aūt dei est eius īmutabilitas. iusticia uero dei est obseruatio legis eterne in suis opibus: sicut Plotinus dixit. Et q homo fm suam naturam est animal politicū: virtutes huiusmodi, put in homine existunt: fm cōditionē sue nature politice vocātur: put. s. homo fz has virtutes recte se habet in rebus humanis gerendis: fm quez modū hactenus de his virtutib⁹ locuti sumus: Sed q ad hoiem ptinet ut etiaz ad diuina se trahat quantum potest: ut etiā phs dicit in .x°. ethi. ⁊ hoc nobis in sacra scriptura cōmēdatur multipliciter: ut est illud ⁊Matth. 5°. Estote pfecti sicut ⁊ pater vester celestis pfectus est: necesse est ponere quasdam virtutes medias inter politicas: que sunt virtutes humane ⁊ exēplares: que sunt virtutes diuine: que quidē virtutes distinguūtur fm diuersitatē motus ⁊ termini: ita. s. q quedā sunt virtutes transcēdentiū ⁊ in diuinā similitudinem tendentium: ⁊ he vocantur virtutes purgatorie: ita. s. q prudentia omnia mundana diuinorum contemplatione despiciat: oēmq anime cogitationem in diuina sola dirigat. tēperātia vero relinquat inquātū natura patitur que corpis vsus requirit. fortitudinis aūt est ut anima non terreat ꝓpter recessum a corpore ⁊ accessuz ad superna. iusticia uero est vt tota anima cōsentiat ad huiusmodi ꝓpositi viam. Quedam uero sunt virtutes iam assequentiū diuinā similitudinē: que vocātur virtutes iam purgati animi: ita. s. q prudētia sola diuina intueatur: tēperantia terrenas cupiditates nesciat: fortitudo passiones ignoret: iusticia cū diuina mente perpetuo federe societur: eam. s. imitādo: quas quidem virtutes dicimus esse beatorum vel aliquorū i hac vita pfectissimorū. ¶Ad pmū ergo dicendum q phs loquitur de his virtutibus fz q sunt circa res hūanas: puta iusticia circa emptiones vel venditiones: fortitudo aūt circa timores: tēperantia circa cōcupiscētias. sic enī ridiculū est eas deo attribuere. ¶Ad scōm dō. q virtutes hūane sunt circa passiones. s. virtutes hominū in hoc mūdo cōuersantiū: sed virtutes eorū qui plenam beatitudinē assequūtur sunt absq passiōib⁹. vnde Plotin⁹ dicit q passiones politice virtutes molliunt. i. ad mediū reducunt: scde. s. purgatorie auferunt. tertie que sūt purgati animi obliuiscunt quartas. s. exemplares nefas est noiari q̄is dici possit q loquit hic de passionib⁹ fm q significant aliquos inordinatos motus. ¶Ad tertium dō. q deserere res humanas vbi necessitas imponit vitiosum est: alias est virtuosum. vnde parū s Tulli⁹ pmittit. His forsitan cōcedēdū est rēpublicā non capescētibus qui excellenti ingenio doctrine se dederunt: ⁊ his qui aut valitudinis ībecillitate: aut aliqua grauiori cā ipediti: a republica recesserunt cū eius administrande ptātez alijs laudēq concederent: qđ consonat ei qđ aug. dicit. 19°. de ci. dei. Ociū sanctū querit charitas veritatis: negocium iustū suscepit necessitas charitatis: quā sarcinam si nullus imponit pcipiende atq intuende vacandum est veritati. si aūt imponitur: suscipienda est ꝓpter charitatis necessitatē. ¶Ad quartū dō. q sola iusticia legalis directe respicit bonum cōe: sed per imperiū omnes alias virtutes ad bonū cōmune trahit: vt in .5°. ethicorū dicit phs. Est enī considerandū q ad politicas virtutes fm q hic dicuntur: ptinet non solū bene operari ad cōe: sed etiaz bene operari ad ptes cōis. s. ad domū vel aliquaz singularem personam. Questio. lxij.

Einde cōsidē

rādum est de virtutib⁹ theologicis. Et circa hoc querūtur quattuor. Primo vtrū sint aliq̄ virtutes theologice. Secūdo vtrum virtutes theologice distinguant ab intellectualibus ⁊ moralib⁹. Tertio quot ⁊ que sint. Quarto de ordine earum.

ℬ primum sic pro

ceditur. Videt q̄ non sint aliqua virtutes theologice. Ut enim dicit in. 6. ethi. virtus est dispositio pfecti ad optimuz. dico aūt pfectum quod est dispositū fm naturā: sed id qō est diuinū est supra naturā hominis: ergo virtutes theologice nō sunt virtutes hoīs. ¶ Preterea virtutes theologice dicūtur quasi virtutes diuine: sed virtutes diuine sunt exemplares: dcm̄ est que quidē nō sunt in nobis: sed in deo: ergo virtutes theologice non sunt virtutes hoīs. ¶ Preterea virtutes theologice dicūtur quib⁹ ordinamur in deum qui est pmū p̄ncipiū ⁊ vltimus finis: sz homo ex ipsa natura rōnis ⁊ volūtatis habet ordinē ad p̄mū p̄ncipiū ⁊ ad vltimū finē: nō ergo requirūtur aliqui habitus virtutū theologicaruz quibus ratio ⁊ volūtas ordinetur in deū. ¶ Sed cōtra est q̄ precepta legis sunt de actibus virtutū sed de actibus fidei: spei: ⁊ charitatis dantur precepta in lege diuina. Dicit enī Eccl'. 2°. Qui timetis deum credite illi. Item sperate in illū. Itē diligite illū. ergo fides spes ⁊ charitas sunt virtutes ī deum ordinantes: sunt ergo theologice. ¶ Rñ. dicendū. q̄ per virtutem pficitur homo ad act⁹ quibus i beatitudinē ordinatur: vt ex supradictis patet. est aūt duplex hoīs beatitudo siue felicitas: ut supra dictū est. Una quidem ꝓportionata humane nature: ad quā. s. homo puenire pōt p p̄ncipia sue nature. Alia aūt est btitudo naturā hoīs excedens: ad quā homo sola diuina virtute peruenire pōt fm quādam diuinitatis pticipationē fm q̄ dicitur. 2. Pe. 2°. q̄ per xp̄m facti sumus cōsortes diuine nature. Et q̄ huiusmodi btitudo ꝓportionē humane nature excedit p̄ncipia naturalia hominis: ex quibus ꝓcedit ad bene agendū: fm suā proportionē nō sufficiūt ad ordinādū hoīem in btitudinē p̄dictā: vnde oportet q̄ supaddant hoī diuinitus aliqua p̄incipia per que ita ordinet ad beatitudinē supnaturalē: sicut p p̄incipia naturalia ordinātur ad finē cōnaturalē: nō tñ absq; adiutorio diuino: ⁊ huiusmodi p̄ncipia virtutes dicunt theologice: tñ q̄ habēt deū p obiecto inq̄tū p eas recte ordinamur in deū. tum q̄ a solo deo nobis infundunt. tū q̄ sola diuina reuelatiōe in sacra scriptura huiusmodi virtutes traduntur. ¶ Ad p̄mū g̃ dō q̄ aliqua natura pōt attribui alicui rei dupliciter. Uno modo eēntialiter: ⁊ sic huiusmodi virtutes theologice excedūt hoīs naturā. Alio mō pticipatiue: sicut lignū ignitū pticipat naturā ignis ⁊ quodāmodo fit homo pticeps diuine nature: ut dictum est. ⁊ sic iste virtutes conueniūt hoī fm naturā pticipatā. ¶ Ad scām dicēdū q̄ iste virtutes nō dicūtur diuine sicut quib⁹ deus sit virtuosus: sz sicut quib⁹ nō efficimur virtuosi a deo ⁊ in ordine ad deū: vñ nō sunt exēplares sed exēplate. ¶ Ad tertiū dicēdū. q̄ ad deū naturaliter rō ⁊ volūtas ordinat, put est nature p̄ncipiū ⁊ finis: ſz tñ ꝓportionē nature: sed ad ip̄m fm q̄ est obiectū btitudinis supnaturalis ratio ⁊ volūtas fm suā naturaz non ordinant sufficienter.

ℬ secundū sic pro

ceditur. Videtur q̄ virtutes theologice non distinguātur a moralibus ⁊ intellectualib⁹. Uirtutes enī theologice si sunt in aīa hūana oz q̄ pficiāt ip̄am vel fm ptē intellectiuam vel fm ptē appetitiuā: sed virtutes q̄ pficiūt ſz ptē intellectiuā dicūtur intellectuales. virtutes autez que pficiūt ptē appetitiuā sūt morales: ergo virtutes theologice nō distinguūt a virtutib⁹ moralib⁹ ⁊ intellectualib⁹. ¶ Preterea virtutes theologice dicūtur q̄ ordināt nos ad deū: sed inter intellectuales virtutes ē aliqua que ordinat nos ad deū scz sapiētia que est diuinis: vtpote cām altissimaz pſiderans: ergo virtutes theologice ab intellectualib⁹ virtutib⁹ non distinguūt. ¶ Preterea aug. in li. de moribus ecclesie māifestat in quattuor virtutib⁹ cardinalib⁹ q̄ sūt ordo amoris: sed amor ē charitas que ponit virt⁹ theologica: ergo virtutes morales nō distinguūtur a theologicis. ¶ Sz contra id qō est supra nām hoīs distinguit ab eo qō est fm nām hoīs: sed virtutes theologice sūt super naturā hoīs: cui ſz naturā ꝓueniūt virtutes intellectuales ⁊ morales: vt ex supradictis pz: ergo distinguūtur abinuicē. ¶ Respondeo dō. q̄ sicut supra dictum est: habit⁹ specie distinguūt fm formalē oriam obiecto ⁊. obiectū aūt theologicaruz virtutū est ipse deus qui est vltim⁹ rerū finis: put nostre rōnis cognitionē excedit. obiectū aūt virtutū intellectualiū ⁊ moraliū est aliqd qō hūana rōne cōprehendi potest. vñ virtutes theologice specie distinguūtur a moralibus ⁊ intellectualibus. ¶ Ad primū ergo dō q̄ virtutes intellectuales ⁊ morales pficiūt intellectū ⁊ appetitū hoīs fm ꝓportionē nature humane: sed theologice supnaturaliter. ¶ Ad scām dō q̄ sapientia que a philosopho ponitur intellectualis virtus cōsiderat diuina fm q̄ sūt inuestigabilia rōne humana: sed theologica virtus est circa ea fm q̄ rōnez humanā excedunt. ¶ Ad tertiū dō. q̄ ſz charitas sit amor. non tñ oīs amor est charitas. Cū ergo dicit q̄ oīs virtus est ordo amoris: potest intelligi. vel de amore cōiter dicto: vel de amore charitatis. si de amore cōiter dicto: sic dicit quelibet virt⁹ esse ordo amoris inquantum ad quamlibet cardinaliū virtutuz requirit ordinata affectio. omnis aūt affectionis radix ⁊ p̄ncipiū est amor: vt supra dictum est. si aūt intelligat de amore charitatis: nō datur p hoc intelligi q̄ quelibet alia virtus eēntialiter sit charitas: sed q̄ oēs alie virtutes aliqualiter a charitate dependeant: vt infra patebit.

ℬ tertium sic pro

cedit. Videt q̄ inconuenienter ponāt tres virtutes theologice fides: spes: ⁊ charitas. Uirtutes enī theologice se habēt i ordine ad beatitudinē diuinaz: sicut inclinatio nature ad finem cōnaturalē: sed inter virtutes ordinatas ad finem cōtra naturalē ponit vna sola virtus na

turalis.s.intellectꝰ ꝓncipioꝝ: ergo debet pꝰi vna sola virtus theologica. ¶ Preterea theologice virtutes sunt pfectioresꝫ virtutibus intellectualibꝰ ꝛ moralibꝰ:sed inter intellectuales virtutes fides nō ponitur:sed est aliquid minꝰ virtute.siliter autem inter virtutes morales nō ponitur spes:ꝫ est aliquid minus virtute cum sit passio: ergo multo minus debent poni virtutes theologice. ¶ Preterea virtutes theologice ordinant aiam hoīs ad deum:sed ad deū non potest aīa hoīs ordinari nisi per intellectiuam ptem in qua est intellectꝰ ꝛ voluntas:ergo nō debent esse nisi due virtutes theologice: vna que pficiat intellectuꝫ:alia que pficiat voluntatem. ¶ Sed ꝫ est qđ Aplꝰ dicit.i.ad Corint.13°. Nūc aūt manēt fides:spes:charitas: tria hec. ¶ Rñdeo dđ ꝙ sicut supra dictuꝫ ē.virtutes theologice hoc modo ordināt hoīem ad beatitudinem supnaturalē:sicut per naturalē inclinationē ordinat homo in finē sibi cōnālem.hoc aūt cōtingit ꝑm duo. Primo quidē ꝑm rōnem vel intellectū inq̄ tū ꝓtinet prima ꝓncipia vlia cognita nobis p naturale lumē intellectꝰ:ex quibꝰ ꝓcedit rō tam in speculādis q̄ in agendis.Secūdo per rectitudinē volūtatis naturaliter tendētis in bonū rōnis.Sed hec duo deficiūt ab ordine beatitudinis supnaturaliter:ꝑm illud.i.ad Corinth.2°. Oculus non vidit:ꝛ auris nō audiuit:ꝛ i cor hoīs nō ascēdit que preparauit deus diligentibꝰ se.vnde oportuit ꝙ q̄ tū ad vtrūq̄ aliquid homini supnaturaliter adderet:ad ordinādū ipm in finē supnaturalē Et ꝓmo quidē q̄ tū ad itellectū adduntur hoī q̄dā ꝓncipia supnaturalia:que dīno lumine capiūtur ꝛ hec sunt credibilia:de quibꝰ est fides. Secundo vero est volūtas que ordinat in illū finē:ꝛ q̄ tū ad motū intentiōis in ipm tendentē: sicut in id qđ est possibile cōseqū:qđ ptinet ad spem: ꝛ q̄ tū ad vnionem qđam spūalem:per quodāmō transformat in illū finē:qđ fit per charitatē.appetitus enī vniꝰ cuiuslibꝫ rei nāliter movet ꝛ tendit in finē sibi ꝓnaturalē:ꝛ iste motꝰ ꝓuenit ex quadā ꝓformitate rei ad suū finē. ¶ Ad primū g đ. ꝙ intellectus indiget spēbus intelligibilibꝰ p quas intelligat: ꝛ ideo oꝝ ꝙ in eo ponatur aliquis hītus naturalis superadditꝰ potentie:sed ipsa natura volūtatis sufficit ad naturalem ordinē in finē:siue q̄ tū ad intentionē finis:siue q̄ tū ad cōformitatē ad ipm:sed in ordine ad ea que supra naturā sunt:ad nihil hoꝝ sufficit natura potentie:ꝛ ideo oportet fieri supadditionē habitꝰ supnaturalis q̄ tuꝫ ad vtrūq̄. ¶ Ad scām đ.ꝙ fides ꝛ spes imfectionē quādā iportant qz fides est de his que nō videt:ꝛ spes de his que nō habent:vnde habere fidem ꝛ spem de his que subduntur humane ptāti deficit a rōne virtutis:sed habere fidem ꝛ spem de his que sunt ꝫ. facultatē nature hūane nature excedit oēm virtutē homini ꝓportionatā.ꝫ illud.i.ad Corinth. ꝓmo Qđ infirmū est dei fortius est hoībus. ¶ Ad tertiū dicēdū ꝙ ad appetitum duo ptinēt.s.motus in finem:ꝛ conformatio ad finem per amorem: ꝛ sic oportet ꝙ in appetitu humano due virtutes theologice ponant.s.spes ꝛ charitas.

Ad quartuꝫ sic pro

cedit. Videt.ꝙ non sit hic ordo theologicarum virtutum ꝙ fides sit prior spe:ꝛ spes prior charitate. Radix enīꝫ est prior eo qđ est ex radice:sed charitas est radix omniuꝫ virtutum:ꝑm illud ad Eph.3°. In charitate radicati ꝛ fūdati.ergo charitas est prior alīs. ¶ Preterea Aug.dicit i primo de doctrina xpiana. Nō potest aliquis diligere quod esse non crediderit: posto si credit ꝛ diligit bene agendo efficit:vt etiā speret.ergo videtur ꝙ fides ꝓcedat charitatem ꝛ charitas spem. ¶ Preterea amor est principium omnis affectionis:vt supra dictuꝫ est:sed spes nominat quandam affectionē.est enim quedam passio:vt supra dictuꝫ est:ergo charitas que est amor est prior spe. ¶ Sed cōtra est ordo quo aplus ista enumerat dicens. Nunc aūt manent fides: spes:ꝛ charitas. ¶ Rñ.dđ ꝙ duplex est ordo.s. generationis ꝛ perfectionis. Ordine quidem generationis quo materia est prior forma:ꝛ imperfectū perfecto:in vno ꝛ eodem fides precedit spe:ꝛ spes charitatem scām actus.nam habitus simul infunduntur.non enim potest in aliquid motus appetitiuus tendere:vel sperādo: vel amādo: nisi quod est apprehensum sensu aut intellectu. per fidē aūt apprehendit intellectus ea que sperat ꝛ amat: vnde oportet ꝙ ordine generationis fides precedat spem ꝛ charitatē. Similiter aūt ex hoc homo aliquid amat ꝙ apphendit illud:vt bonū suum: per hoc aūt ꝙ homo ab aliquo sperat:se bonū ꝓsequi posse:reputat ipm in quo spem habet quoddā bonum suū:vnde ex hocipso ꝙ homo sperat de aliquo:ꝓcedit ad amādū ipsum:ꝛ sic ordine generationis ꝑm actꝰ spes ꝓcedit charitatē. Ordine vero pfectionis charitas ꝓcedit ꝛ fideꝫ ꝛ spem:eo ꝙ tā fides q̄ spes per charitatemꝫ formant:ꝛ perfectionē virtutis acquirit.sic enī charitas est mater omnium virtutū ꝛ radix: inquantū est omnium virtutum forma:vt infra dicetur. Et per hoc patet responsio ad primum. ¶ Ad secundū dđ ꝙ Augustinus loquitur de spe:qua quis sperat ex meritis iam habitis se ad beatitudinemꝫ peruenturū:quod est spei formate que sequitur charitatē.potest aūt aliquis sperare antequā habeat charitatē. non ex meritis que iam habet:sed que sperat se habituꝝ. ¶ Ad tertiū dicendum ꝙ sicut supra dictum est. cum de passionibus ageretur:spes respicit duo. Unum quidem sicut principale obiectum scilicet bonum quod speratur: ꝛ respectu huius semper amor precedit spem:nūquā enī speratur aliquod bonum nisi desideratum ꝛ amatū. Respicit etiam spes illum a quo se sperat posse consequi bonum: ꝛ respectu huiusmodi.primo quidem spes precedit amorem:q̄ uis postea ex ipso amore spes augeatur.per hoc enī ꝙ aliquis reputat per aliquez se posse cōsequi aliquod bonū:incipit amare ipm ꝛ ex hocipo ꝙ ipsum amat: postea fortius de eo sperat.

Einde cõsidẽ rãdum est de causa virtutũ Et circa hoc querũtur quatuor. Primo vtrum virtus sit in nobis a natura. Secũdo vtrũ aliqua virtus causetur in nobis ex assuetudine operum. Tertio vtr̃ alique virtutes morales sint in nobis per infusionem. Quarto vtr̃ virtus quam acquirim⁹ ex assuetudine operũ sit eiusdẽ spẽi cum virtute infusa.

Ad primum sic pro cedit. Videt q̃ virtus sit in nobis a natura. Dicit enim Damascen⁹ in tertio libro. Naturales sunt virtutes ⁊ equaliter insunt oĩbus. Et antonius dicit in sermone ad mõachos. Si naturam voluntas mutauerit puersitas est: conditio seruetur ⁊ virtus est. Et ꝛ Matth. 4°. sup illud. Circuibat Jesus tẽ. dicit glosa. Docet naturales virtutes. s. iusticiam: castitatem: humilitatem: quas naturaliter habet homo. ¶ Preterea bonum virtutis est fm rõnem esse: vt ex dictis patet: sed id quod est fm rõnem est homini: naturale cum ratio sit hominis natura: ergo virtus inest homini a natura. ¶ Preterea illud dicit eẽ nobis naturale qõ nobis a natiuitate inest: sed virtutes quibusdã a natiuitate insunt. Dicitur enim Job 31°. Ab infantia creuit mecũ miseratio. ⁊ de vtero egressa est mecum. ergo virtus inest homini a natura. ¶ Sed ꝓtra id quod inest homini a natura est oĩbus hoĩbus cõe: ⁊ non tollitur per peccatuꝫ qz etiam in demonibus bona naturalia manẽt. vt Bion̄. dicit i. 4. c. de di. no. fz virtus non inest oĩbus hoĩbus ⁊ abĵcitur per peccatũ: ergo nõ inest homini a natura. ¶ Rñ. dd. q̃ circa formas corpales aliqui dixerũt q̃ sunt totaliter ab intrinseco: sicut ponẽtes latitationẽ formar̃: aliqui vero q̃ totaliter sint ab extrinseco: sicut ponẽtes formas corporales esse ab aliqua causa sperata: aliqui vero q̃ ptim sint ab extrinseco: iquãtũ. s. p̃existũt in mã in potẽtia: ⁊ ptim ab extrinseco inq̃tũ. s. reducũt ad actũ per agẽs. Ita etiam circa scientias ⁊ virtutes aliqui quidẽ posuerũt eas totaliter esse ab intrinseco: ita. s. q̃ oẽs virtutes ⁊ sciẽtie naturaliter p̃existunt in aĩa: sed per disciplinã ⁊ exercitiũ impedimẽta scientie ⁊ virtutis tollũtur: que aduenient aĩe ex corpis grauitate: sicut cum ferrũ clarificatur per limationẽ: ⁊ hec fuit opinio platonicor̃. Alĩ vero dixerunt q̃ sunt totaliter ab extrinseco i. ex influentia intelligẽtie agẽtis: vt ponit Auicenna. Alĩ vero dixerunt q̃ fm aptitudinẽz sciẽtie ⁊ virtutes sunt in nobis a natura: nõ aũt fm pfectionem: vt pbus dicit in. 2°. ethi. ⁊ hoc verius est. Ad cuius manifestationẽ oportet ꝛsiderare q̃ aliquid dicit alicui hoi naturale dupliciter. vno mõ ex natura speciei. alio modo ex natura indiuidui. Et qz vnũquodq; habet spẽm fm suam formam: indiuiduatur vero fm materiam. forma vero hois est anima rõnalis: materia vero corpus. Ideo id qõ cõuenit homini fm aĩam rõnalem: est ei naturale fm rõnem spẽi: id vero quod est ei naturale fz de terminatã corpis cõplexionẽ: est ei naturale fz natura indiuidui. qõ enim est naturale homini ex pte corpis fm spẽm quodãmodo refertur ad aĩmaz inq̃tũ. s. tale corpus est tali aĩe ꝓportionatũ. vtro q; aũt modo virtus est homini naturalis fm quãdam inchoationẽ: fm quidẽ naturã specici inq̃tũ in rõne hois insunt naturaliter quedaz principia nãliter cognita: taz scibiliũ q̃ agendo r̃: que sũt q̃dam seminaria intellectualiũ virtutum ⁊ moraliũ: ⁊ inq̃tũ in voluntate inest quidã naturalis appetitus boni qõ est fm rõnem: fm vero naturam indiuidui inq̃tum ex corpis dispositione aliq̃ sũt dispositi vel melius vel peius ad quasdã virtutes ꝓput. s. vires quedã sensitiue actus sunt quarũdam ptium corpis: ex quarũ dispositione adiuuãtur vl impediũtur huiusmodi vires in suis actibus: ⁊ p cõsequens vires rõnales quibus huiusmodi sensitiue vires deseruiunt: ⁊ fm hoc vnus homo habz naturalẽ aptitudinez ad sciam: alius ad fortitudinem: alius ad temperantiã: ⁊ hiis modis tam virtutes intellectuales q̃ morales fm quandã aptitudinis inchoationẽ sunt in nobis a natura. nõ autẽ consummatio earum: quia natura determinatur ad vnum. cõsummatio aũt huiusmodi virtutum non est fm vnum moduꝫ actionis: sed diuersimode fm diuersas materias in quibus virtutes operantur: ⁊ fm diuersas circũstantias. Sic ergo patet q̃ virtutes in nobis sunt a natura fm aptitudinem ⁊ inchoationem: non aũt fm pfectionẽ: preter virtutes theologicas que sunt totaliter ab extrinseco. Et per hoc patet rũsio ad obiecta. Nam ꝓme due rõnes ꝓcedunt fm q̃ seminaria virtutum insunt nobis a natura inquãtum rõnales sumus. Tertia vero ratio procedit fm q̃ ex naturali dispositione corpis quam habet ex natiuitate vnus habet aptitudinem ad miserendũ: alius ad temperate viuentiũ alius ad aliam virtutem.

Ad secundũ sic pro cedit. Videt q̃ virtutes in nobis causari non possint ex assuetudine operũ: qz sup illud Ro. 14°. Omne quod nõ est ex fide peccatum est. dicit glosa. Aug. Omnis infidelium vita peccatum est: ⁊ nihil est bonũ sine summo bono: vbi deest cognitio veritatis falsa est virtus: etiam in optimis moribus. sed fides nõ põt acquiri ex operibus: sed causatur in nobis a deo: scdm illud Eph. 2°. Gratia estis saluati per fidẽ. ergo nulla virtus potest in nobis acq̃ri ex assuetudine operum. ¶ Preterea peccatum cum cõtrarietur virtuti nõ compatitur secum virtutem: sed homo nõ potest vitare peccatum nisi per gratiã dei: scdm illud Sap. 8°. Sidici q̃ non possum esse aliter continens nisi deus dederit. ergo nec virtutes alique possunt in nobis causari ex assuetudine operũ: fz solum dono dei. ¶ Preterea actus qui sunt sine virtute deficiunt a perfectiõe virtutis: sed effect⁹

non potest esse perfectior causa: ergo virtus non potest causari ex actibus precedentibus virtutez ¶Sed cōtra est quod Diony. dicit. 4°. ca. de di. no. q̄ bonū est virtuosius q̄ malum: sed ex malis actibus causantur habitus vitiorum: ergo multo magis ex bonis actibus possunt causari habitus virtutum. ¶Respondeo dō. q̄ de generatiōe habituum ex actibus in generali supra dictū est: nūc aūt specialiter quantum ad virtutem considerandum est q̄ sicut supra dictum est. virtus hominis perficit ipm ad bonum. cum autem ratio boni cōsistat in modo: specie: z ordine: vt augu. dicit in libro de natura boni: siue in numero pōdere: z mēsura: vt dicitur Sap. xi°. Oportet q̄ bonum hois fm aliquam regulam consideretur: que quidē est duplex: vt supra dictum est. s. ratio humana z lex diuina. Et quia lex diuina ē superior regula: ideo ad plura se extendit: ita q̄ quicquid regulat rōne humana: regulatur etiam lege diuina: sed non conuertitur. Virtus igitur hominis ordinata ad bonum quod modificatur fm regulam rōnis humane: potest ex actibus humanis causari inquantum huiusmodi actus ꝓcedunt a rōne: sub cuius potestate z regula tale bonū cōsistit. virtus vero ordinans hoiem ad bonū fm q̄ modificatur per legē diuinā z non per rōnem humanā: non potest causari per actus humanos: quoꝝ principiū est ratio sed catur solum in nobis per opationē diuinaz: z ideo huiusmodi virtutem diffinies aug. posuit in diffinitione virtutis. quā deus in nobis sine nobis operatur. Et de huiusmodi etiam virtute prima rō ꝓcedit. ¶Ad scōz dō q̄ virtus diuinitus infusa: maxime si in sua pfectione cōsideret: non cōpatitur secum aliquod peccatuz mortale: sed virtus humanitus acquisita potest secum cōpati aliquez actum peccati etiā mortalis: q̄ vsus habitus i nobis est nostre volūtati subiectus: vt supra dictum est. non aūt per vnū actum peccati corrūpit habitus virtutis acquisite. habitui enim non cōtraria tur directe actus: sed habitus: z ideo licet sine gratia homo non possit peccatum mortale vitare: ita q̄ nunquā peccet mortaliter: non tamen impedit quin possit habitū virtutis acq̄rere: p quā a malis operibus abstineat vt in plurib⁹: z ꝑcipue ab his que sunt valde rōni ꝓtraria. Sunt etiā quedā peccata mortalia que homo sine gratia nullo mō pōt vitare: que. s. directe opponūtur virtutibus theologicis: que ex dono gratie fūt in nobis. hoc tamē infra manifestius fiet. ¶Ad tertiū dō. q̄ sicut dictum est: virtutum acquisitaꝝ ꝑexistūt in nobis q̄dam semina siue ꝓncipia fm naturā: que quidem principia sunt nobiliora virtutibus eoꝝ virtute acquisitis: sicut intellectus principioꝝ speculabilium est nobilior scientia conclusionū: z naturalis rectitudo rationis est nobilior rectificatione appetitus: que fit per pticipationē rōnis: que quidez rectificatio pertinet ad virtutē moralē. Sic igitur actus humani inquātū ꝓcedunt ex altioribus ꝓncipijs possunt causare virtutes acq̄sitas hūanas.

B tertium sic pro

ceditur. Videtur q̄ preter virtutes theologicas non sint alie virtutes nobis infuse a deo. Ea enīz que possunt fieri a causis secundis non fiunt imediate a deo: nisi forte aliqñ miraculose: q̄ vt Diony. dicit. Lex diuinitatis est vltima per media adducere. sed virtutes intellectuales z morales possunt in nobis causari p nostros actus: vt dictū est. non ergo cōuenienter causantur in nobis per infusionem. ¶Preterea i opibus dei multo minus est aliquid superfluū: q̄ in operibus nature: sed ad ordinādū nos in bonū supnaturale sufficiūt virtutes theologice: ergo non sunt alie virtutes supnaturales quas oporteat in nobis causari a deo. ¶Preterea natura non facit p duo quod pōt facere per vnū z multo minus de⁹ sed deus inseruit aie nostre semina virtutuz: vt dicit gl. Heb. ꝑmo. ergo non oportet q̄ alias virtutes in nobis p infusionē causet. ¶Sz cōtra est qđ dicitur Sap. 8°. Sobrietatē z iusticiā docet prudētiam z virtutē. ¶Rñ. dō. q̄ oportet effectus esse suis causis z principijs ꝓportionatos. oēs autem virtutes tam intellectuales q̄ morales que ex nostris actibus acquirūtur. ꝓcedūt ex quibusdā nātalibus ꝓncipijs in nobis ꝑexistentibus: vt supra dictū est: loco quoꝝ naturaliū ꝓnciporum cōferūt nobis a deo virtutes theologice: quib⁹ ordīamur ad finē supnaturalē: sicut supra dictū est. vnde oportet q̄ his etiā virtutibus theologicis ꝓportionabiliter respondeāt alīq̄ habitus diuinitus cāti i nobis qui sic se habeāt ad virtutes theologicas sicut se habēt virtutes morales z intellectuales ad ꝓncipia naturalia virtutū. ¶Ad primū ergo dō. q̄ alique quidē virtutes morales z itellectuales ꝓnt causari in nobis ex nostris actibus: tñ ille nō sunt ꝓportionate virtutibus theologicis: z ideo oportet alias eis ꝓportionatas imediate a deo causari. ¶Ad scōm dicēdū q̄ virtutes theologice sufficienter nos ordināt in finē supnaturalē fm quādā inchoationē: q̄ tū. s. ad ipz deū imediate: sed oportet q̄ per alias virtutes infusas pficiatur aīa circa alias res: in ordine tñ ad deum. ¶Ad tertiuz dō q̄ virtus illoꝝ ꝓncipioꝝ naturaliter inditoꝝ nō se extendit vltra ꝓportionē nature: z ideo in ordine ad finē naturalē indiget homo perfici per alia ꝓncipia superaddita.

B quartuz sic pro

cedit. Videt q̄ virtutes infuse nō sint alterius spēi a virtutibus acquisitis. Virtus enī acquisita z virtus infusa fm ꝓdicta nō videntur differre nisi fm ordinē ad vltimū finem sed habitus z actus humani non recipiūt spēz ab vltimo fine: sed a ꝓximo: non ergo virtutes morales vel intellectuales infuse differunt specie ab acquisitis. ¶Preterea habitus per actus cognoscūtur: sed idē est actus temperātie infuse z acquisite sez moderari cōcupiscētias tactus ergo non differūt specie. ¶Preterea virtus acq̄sita z virtus in

fusa differūt fm illud qđ est imediate a deo factuz z a creatura: sed idem est specie hō quē deꝰ formauit z quem generat natura: z oculꝰ quem ceco nato dedit z quē virtus formatiua causat: ergo videtur ꝙ est eadem specie virtus acquisita z infusa.

¶ Sed ꝫ quelibet oria in diffinitiōe posita mutata diuersificat spēm: sed in diffinitiōe virtutis ponitur. Quā deus in nobis sine nobis opatur: vt supra dictuz est: ergo virtus acquisita cui hoc nō cōuenit non est eiusdē spēi cū infusa. ¶ Rñ. dđ ꝙ dupliciter habitus distinguūtur specie. Uno modo sicut p dictū est fm spāles z formales rōnes obiectorum. obiectū aūt virtutis cuiuslibet est bonum ꝓsideratū in materia ꝓpria: sicut temperātie obiectum est bonū delectabiliū in cōcupiscētijs tactus cuius quidē obiecti formalis rō est a rōne: que ipsi tuit modū in his cōcupiscētijs: materiale aūt est id qđ est ex pte ꝓcupiscētiarū. Manifestuz est aūt ꝙ alterius rōnis est modus qui imponit in huiusmodi cōcupiscētijs fm regulā rōnis humane: z scōm regulam diuinā: puta in sumptione ciboꝝ rōne hūana modꝰ statuit: vt nō noceat valitudini corporis nec impediat rōnis actum: fm aūt regulam legis diuine requirit ꝙ homo castiget corpꝰ suū: z in seruitutē redigat per abstinētiā cibi z potus: z alioꝝ huiusmodi. vnde manifestū est ꝙ temperātia infusa z acquisita differūt specie: z eadē rō est de alijs virtutibus. Alio habitꝰ distinguūtur specie scōm ea ad que ordināt. Non enī est eadē specie sanitas hois z equi ꝓpter diuersas naturas ad quas ordinant. z eodē modo dicit phs in. 3°. politicoꝝ. ꝙ diuerse sunt virtutes ciuiū fm ꝙ bene se habēt ad diuersas politias. Et per hūc etiam modū differunt specie virtutes morales infuse per quas hoies bñ se habent in ordine ad hoc ꝙ sint ciues sanctoꝝ z domestici dei: z alie virtutes acqsite fm quas homo se bene hz in ordine ad res humanas. ¶ Ad pmū g dđ. ꝙ virtus infusa z acquisita nō solū differunt fm ordinē ad vltimū finē: sed etiā fm ordinē ad ꝓpria obiecta: vt dictū est. ¶ Ad secundū dđ. ꝙ alia rōne modificat ꝓcupiscētias delectabiliuz tactus temperātia acquisita z tēperantia infusa: vt dictum est: vnde non habēt eūdem actum. ¶ Ad tertiū dicēdū ꝙ oculū ceci nati deus fecit ad eūdē actū ad quē formāt alij oculi fm naturaz deo fuit eiusdem speciei: z eadem rō esset si deus vellet miraculose cāre in hoie virtutes quales acquirūtur ex actibus: sed ita non est in ꝓposito: vt dictū est.

Questio. lxiij.

Einde cōsiderandū est de ꝓprietatibꝰ virtutū. z primo qđē de medio virtutum. Secūdo de cōnexione virtutū. Tertio de ēqlitate earū. Quarto de ipsaꝝ duratione. Circa primū q̄runtur q̄ttuor. Primo vtꝝ virtutes morales sint in medio. Scđo vtꝝ mediū virtutis sit mediū rei vel rōnis. Tertio vtꝝ intellectuales virtutes cōsistant in medio. Quarto vtꝝ virtutes theologice.

ceditur. Uidetur q̄ vitium non contrarietur virtuti. Uni. n. vnū est cōtrarium: vt ꝓbatur in. x°. metaphice. sed virtuti ꝓrariantur peccatuz z malicia: non ergo contrariat ei vitium: q: vitium dicit etiā si sit indebita dispositio membroꝝ corpalium vel quarūcunq; rerum. ¶ Preterea virtus notat quādam pfectionē potentie: sed vitium nihil notat ad potētiā ptinens. g̃ vitiū non ꝓtrariatur virtuti. ¶ Preterea Tullⁱ dicit in. 4°. de tusculanis qōnibus: q̄ virt⁹ est q̄dā sanitas aīe. sanitati aūt oppōit egritudo vel morbus magis q̄ vitium. ergo virtuti nō cōtrariat vitium. ¶ Sed cōtra est qō dicit aug. in libro de pfectione iusticie: q̄ vitiū est qualitas fm quā malus est animꝰ. virtus aūt est qualitas que facit bonum habentē: vt ex supra dictis patet. g̃ vitiū ꝓtrariat virtuti. ¶ Rñ. dō. q̄ circa virtutē duo possumus cōsiderare. s. ipam cētiam virtutis: z id ad quod est virtus. In cētia quidem virtutis aliquid considerare pōt directe: z aliquid ex cōsequēti. Directe quidem virtus importat dispōnem quādā alicuius cōuenienter se habētis fz modū sue nature Unde phūs dicit in. 7°. phicoꝝ. q̄ virtus est dispositio perfecti ad optimū. dico aūt pfecti qō est disposituz fm naturā. Ex cōsequēti aūt sequit q̄ virtus sit bonitas quedam: in hoc enī consistit vnius cuiusq; rei bonitas q̄ cōueniēter se habet fm modum sue nature. Id autē ad qō virtus ordinat est actus bonus: ut ex supra dictis patet: fm hoc igit

tria inueniunt opponi virtuti quoꝝ vnū est peccatū: qđ opponit sibi ex pte eius ad quod virtus ordinatur: nam peccatum proprie nominat actū inordinatū sicut actus virtutis est actꝰ ordinatus & debitus. Sm aūt q ad rōnem virtutis consequitur q sit bonitas quedā: oppōit virtuti malicia: sz sm id quod directe est de rōne virtutis: opponit virtuti vitium. vitiū enī vniuscuiusqz rei esse videt q non sit dispositа sm q pueniat sue nature. Vñ aug. dicit in. 3. de liꝰ. arbitrio. Vō pfectioni nature deesse pspexeris: id voca vitiū. ¶ Ad pmū ergo dđ q illa tria nō cōtrariāt virtuti sm idem: sed peccatum quidē cōtrariat sm q virtus est operatiua boni. malicia aūt secundum q est bonitas quedā. vitium autem pprie scōm q est virtus. ¶ Ad secundum dđ. q virtus non solū importat pfectōez potentie: que est pncipiū agēdi: sed etiā importat debitā dispōnem eius cuius est virtus: & hoc ideo qz vnūqđqz opatur sm q actu est. requirit g q ali quid sit in se bene dispositum quod debet esse boni opatiuū: & sm hoc virtuti vitiū opponit. ¶ Ad tertiū dđ q sicut Tullius dicit in. 4ꝰ. de tusculanis qōnibus morbi & egrotationes ptes sunt vitiositatis. in corpibus enī morbū appellat totius corpis corruptionē: puta febrem vel aliquid huiusmodi erogationē vero morbū cum imbecillitate: vitiū autem cum ptes corpis inter se dissident. Et q̄uis in corpe qñqz sit morbus sine erogatione: puta cū aliquis est interius male dispositus non tamē exterius ꝓditur a solitis opatiōibus. Jn aio tū vt ipse dicit hec duo nō possunt nisi cogitatiōe secerni. Necesse est enī q qñqz aliquis interius est male dispositus habens inordinatū affectū q ex hoc imbecillis reddatur ad debitas opatiōes exercēdas qz vnaqueqz arbor ex suo fructu cognoscit. i. homo ex opere: vt dicitur Matth. 12ꝰ. sed vitiū animi: vt Tullius ibidē dicit: est habitus aut affectio animi in tota vita inconstans: & a seipsa dissentiēs quod quidē inuenitur etiā absqz morbo vel egrotatione: vtpote cum aliquis ex infirmitate vel ex passione peccat: vnde i plus se habet vitiū q̄ egrotatio vel morbus: sicut etiam virtus in plus se habet q̄ sanitas. nā sanitas etiā quedā virtus ponit in. 7ꝰ. phisycoꝝ. & ideo virtuti cōuenientius opponitur vitium q̄ egrotatio vel morbus.

Ad secundū sic pro

cedit. Videt q vitiū nō sit cōtra naturam. Vitium enī cōtrariat virtuti: vt dictū est: sed virtutes non sunt in nobis a natura: sed causantur in nobis per infusionem: aut ab assuetudine: vt dictū est: ergo vitia non sunt contra naturam. ¶ Preterea ea que sunt cōtra naturam non pñt assuefieri: sicut lapis nunq̄ assuescit ferri sursum: vt dicit in. 2ꝰ. ethi. sed aliqui assuefiunt ad vitia: ergo vitia nō sūt cōtra naturā. ¶ Preterea nihil qđ est cōtra naturā inuenitur in habētibꝰ illā naturā vt in pluribus: sed vitia inueniūtur in hoibus vt in pluribus: qz sicut dicit Matth. 7ꝰ. Lata est via que ducit ad perditionē & multi vadūt per eam. ergo vitiū non est contra naturā. ¶ Preterea peccatū cōpatur ad vitiū sicut actus ad habitum: vt ex supradictis patet: sed peccatū diffinitur esse dictū vel factum vel cōcupitū contra legē dei vt patet per augustinū. 22ꝰ. contra Faustū. lex aūt dei est supra naturā. magis ergo dicendū est q vitium sit contra legē q̄ q sit cōtra naturā. ¶ Sed ꝯ ē qđ aug. dicit in. 3ꝰ. de li. arbi. Omne vitium eo ipso q vitiū est: cōtra naturā est. ¶ Rñdeo dđ. q sicut dictū est vitiū virtuti cōtrariat. virtus autem vniuscuiusqz rei ꝓsistit in hoc q sit bene dispositа sm cōuenientiā sue nature: vt supra dictum est: vñ oportet q in qualibet re vitiū dicat ex hoc q ē dispositа contra id qđ pueniat nature. vnde & de hoc vnaqueqz res vituperatur. a vitio aūt nomē vituperationis detractum credit. vt aug. dicit in. 3ꝰ. de li. arbitrio. Sed cōsiderandū est q natura vniuscuiusqz rei potissime est forma sm quā res speciez sortitur: homo aūt in specie cōstituit per aiam rōnalem: & ideo id qđ est cōtra ordinē rōnis pprie ē contra naturā hois inquātum est homo: qđ autem est sm rōnem est sm naturā hois inquātum est homo. bonū aūt hois est sm rōnem esse: & malū hoīs est ꝓter rōnem esse: vt Dion. dicit. 4. c. de di. no. vnde virtus humana que hoiem facit bonū & opꝰ ipsius bonū reddit: intantū est sm naturā hois in quātum conuenit rationi. vitium aūt intantum est contra naturam hominis inquantū est contra ordinem rōnis. ¶ Ad pmū g dđ. q virtutes & si nō causentur a natura sm suū esse perfectum: tñ inclinant ad id qđ est sm naturā idest sm ordinē rōnis Dicit enī Tulliꝰ in sua rhetorica: q virtus est habitus in modū nature rationi consentaneꝰ: & hoc modo virtus dicitur esse sm naturā: & per contrarium intelligit q vitiū sit contra naturā. ¶ Ad secundum dđ. q phs ibi loquitur de his que sunt contra naturā sm q esse contra naturā opponit ei qđ est esse a natura: nō autem sm q est cōtra naturam opponitur ei quod est esse sm naturam eo mō quo virtutes dicūtur esse sm naturā: inq̄tum inclinant ad id qđ nature conuenit. ¶ Ad tertiū dicendum q in hoie est duplex natura, scz rōnalis & sensitiua Et quia p opationē sensus homo pueniat ad actus rōnis: ideo plures sequūtur inclinationes nature sensitiue q̄ ordinem rationis. plures enīm sunt qui assequuntur pincipiū rei q̄ qui ad consumationē perueniunt. ex hoc autē q vitia & peccata in hoibus pueniunt q sequūtur inclinationem nature sensitiue contra ordinem rationis. ¶ Ad quartū dđ q quicquid est contra rationem artificiati est etiam contra naturam artis qua artificiatū producitur. lex autem eterna comparatur ad ordinē rōnis hūane sicut ars ad artificiatū. vnde cuiusdē rōnis est q vitiū & peccatū sit ꝯ ordinem rōnis hūane & q sit contra legē eternā. Unde aug. dicit in. 3ꝰ li. arbitrio. q a deo habent omnes nature q natura sunt: & intantum sunt vitiose in quātū ab eiꝰ qua facte sunt arte discedunt.

Ad tertium sic pro

cedit. Videt q̄ vitiū. i. habitus malꝰ sit peiꝰ q̄ pctm̄ idest actus malus. Sicut enim bonū qđ est diuturnius est melius: ita malum quod est diuturnius est peius. sed habitus vitiosus est diuturnior q̄ actꝰ vitiosi qui statim transcūt: ergo habitus vitiosus est peior q̄ actus vitiosus. ¶ Preterea plura mala sunt magis fugienda q̄ vnum malum: sed habitus malus virtualiter est causa multorum malorum actuū. ergo habitus vitiosus est peior q̄ actꝰ vitiosus. ¶ Preterea causa est potior q̄ effectus sed habitus perficit actū tam in bonitate q̄ in malicia: ergo habitus est potior actu ⁊ in bonitate: ⁊ in malicia. ¶ Sed cōtra pro actu vitioso aliquis iuste punitur. non autem pro habitu vitioso si nō p̄cedat ad actum. ergo actus vitiosus est peior q̄ habitus vitiosus. ¶ Rñ. dđ. q̄ habitus medio modo se habet inter potentiam ⁊ actum. Manifestū est autem q̄ actus in bono ⁊ malo p̄eminet potentie: vt dicitur in nono metaphysice. melius est enī bene agere q̄ posse bene agere. ⁊ similiter vituperabilius est male agere q̄ posse male agere. vnde etiam sequitur q̄ habitꝰ in bonitate ⁊ in malicia medium gradum obtineat inter potentiā ⁊ actū: vt sc̄z sicut habitus bonus vel malus p̄eminet in bonitate vel malicia potentie: ita etiam subdit actui: quod etiā ex hoc apparet q̄ habitus non dicitur bonus vel malus nisi ex hoc q̄ inclinat ad actum bonum vel malum. vnde p̄pter bonitatē vel malitiam actus dicitur habitus bonus vel malus: ⁊ sic potior est actus in bonitate vel malicia q̄ habitus: q̄ p̄pter quod vnūq̄q; tale ⁊ illud magis est ¶ Ad primū ergo dđ q̄ nihil p̄hibet aliquid esse simpliciter altero potius: quod tñ fm quid ab eo deficit. simpliciter enī potius iudicatur qđ p̄eminet quātum ad id qđ per se cōsideratur in vtroq; fm quid autē qđ p̄eminet fm id quod per accidens se habet ad vtrūq;. ostensum est autē ex ipsa ratione actus ⁊ habitus q̄ actus est potior in bonitate ⁊ malicia q̄ habitus: q̄ autē habitus sit diuturnior q̄ actus: accidit ex eo q̄ vtrūq; inuenitur in tali natura que nō pōt semper agere ⁊ cuius actio est in motu transeunte. vnde simpliciter actus est potior tam in bonitate q̄ in malicia: sed habitus est potior fm quid. ¶ Ad scđm dicēdum q̄ habitus non est simpliciter plures actus sed fm quid. i. virtute vnde ex hoc non pōt cōcludi q̄ habitus sit simpliciter potior in bonitate vel malicia q̄ actꝰ. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ habitus est causa actus in genere cause efficiētis: sed actus est causa habitus in genere cause finalis: ꝛ quam consideratur ratio boni ⁊ mali: ⁊ ideo in bonitate ⁊ malicia actus p̄eminet habitui.

D quartus sic pro

cedit. Videt. q̄ actꝰ vitiosus sine peccatum non possit simul esse cū virtute. Contraria enim non potest esse simul in eodē sed peccatum quodāmodo cōtrariatur virtuti: vt dictum est. ergo peccatū non potest simul esse cū virtute. ¶ Preterea peccatū est peius q̄ vitium. i. actus malus q̄ habitus malus: sed vitium nō potest simul esse in eodē cum virtute. ergo neq; peccatum. ¶ Preterea sicut peccatum accidit in rebus voluntarijs: ita ⁊ in rebus naturalibus: vt dicitur in. 2°. phicoꝝ. sed nunq̄ in rebus naturalibꝰ accidit peccatum nisi per aliquam corruptionem virtutis naturalis: sicut monstra accidunt corrupto aliquo p̄incipio in semine: vt dicit in. 2°. phicorum. ergo etiam in rebus voluntarijs non accidit peccatum nisi corrupta aliqua virtute anime: ⁊ sic peccatum ⁊ virtus non possunt esse in eodē ¶ Sed cōtra est q̄ phs dicit in. 2°. ethi. q̄ per contraria virtꝰ generatur ⁊ corrūpitur: sed vnꝰ actus virtuosus non causat virtutē: vt supra habitū est: ergo neq; vnus actꝰ peccati tollit virtutē: possūt ergo simul in eodem esse. ¶ Rñ. dđ q̄ peccatū cōparatur ad virtutē sicut actus malus ad habitum bonum. aliter autē se habet habitus in anima ⁊ forma in re naturali. forma enī naturalis ex necessitate p̄ducit operationem sibi conuenientem. vñ nō potest esse simul cum forma naturali actus forme contrarie: sicut non potest esse cum calore actus infrigidationis: neq; simul cum lenitate motus descēsionis nisi forte ex violentia exterioris mouentis sed habitus in anima non ex necessitate p̄ducit suam opationem: sed homo vtitur eo cum voluerit vnde simul habitu in homine existente potest non vti habitu aut agere cōtrariū actum: ⁊ sic pōt habens virtutem p̄cedere ad actum peccati. actꝰ vero peccati si cōpetur ad ipsam virtutem p̄ut est habitus quidam: non potest ipsam corrumpere si sit vnus tm̄. sicut enī non generatur habitus p̄ vnum actum: ita nec per vnū actū corrumpit: vt supra dictum est. Sed si cōparetur actus peccati ad causā virtutum: sic possibile est q̄ per vnum actum peccati alique virtutes corrūpantur. quodlibet enim peccatum mortale contrariatur charitati: que est radix oīum virtutū infusarum inquantū sunt virtutes: ⁊ ideo per vnum actum peccati mortalis excluſa charitate excluduntur per consequens omnes virtutes infuse inquātum sunt virtutes: ⁊ hoc dico p̄pter fidem ⁊ spem: quarum habitus remanent in formes post peccatū mortale: ⁊ sic nō sunt virtutes: sed peccatum veniale quod nō cōtrariatur charitati nec excludit ipsam: per consequēs etiam non excludit alias virtutes. virtutes vero acquisite non tollunt per vnum actum cuiuscūq; peccati. Sic igitur peccatum mortale nō potest simul esse cum virtutibus infusis: potest tamē simul esse cum virtutibus acquisitis. peccatum vero veniale potest simul esse ⁊ cum virtutibus infusis: ⁊ cum acquisitis. ¶ Ad p̄mū g̃ dicendū q̄ peccatum nō contrariatur virtuti fm se: sed fm suum actum: ⁊ ideo peccatum non potest simul esse cum actu virtutis: potest tamen simul esse cum habitu. ¶ Ad scđm dicendum q̄ vitium directe contrariat virtuti: sicut ⁊ peccatum actui virtuoso: ⁊ ideo vitium excludit virtutem sicut peccatū excludit actū virtutis. ¶ Ad tertiū dicendum q̄ virtutes naturales agunt ex necessitate: ⁊ ideo integra existen-

te virtute nunquam peccatum potest in actu inue niri: sed virtutes anime non ꝓducunt actus ex ne cessitate. vnde non est similis ratio.

℣ quintum sic ꝓcedit

ditur. Videtur ꝙ in quolibet pecca to sit aliquis actus. Sicut enim meri tum comparatur ad virtutem: ita peccatuꝫ ad vi tium comparatur: sed meritū nō potest esse absq; aliquo actu. ergo nec peccatum potest esse absq; a liquo actu. ¶ Preterea aug. dicit in libro de li°. arbitrio. ꝙ omne peccatum adeo est volūtarium quod si non sit uolūtariū non est peccatum. sed nō potest esse aliquid voluntariū nisi per actum vo luntatis. ergo omne peccatū habet aliquē actum. ¶ Preterea si peccatum esset absq; aliquo actu sequeretur ꝙ ex hoc ipo ꝙ aliquis cessat ab actu ō bito peccaret: sed continue aliquis cessat ab actu debito: ille. s. qui nūquā actum debituꝫ opat. ergo sequeretur ꝙ continue peccaret: quod est falsū. nō ergo est aliquod peccatū absq; actu. ¶ Sed ꝓtra est qđ dicitur Jacobi. 4°. Sciēti bonū facere ⁊ nō facienti peccatū est illi. sed non facere non ꝑtat aliquē actum. ergo peccatū potest esse absq; actu. ¶ Respondeo dō. ꝙ questio ista ꝓncipaliter mo uetur ꝓpter peccatū omissionis: de quo aliqui di uersimode opinantur. Quidam enī dicūt ꝙ in oi peccato omissionis est aliquis actus: vel interior vel exterior: interior quidem sicut cū aliquis vult non ire ad ecclesiam quādo ire tenet. exterior aūt sicut cum aliquis illa hora qua ad ecclesiam ire te netur: vel etiam ante occupat se talibus quib⁹ ab eundo ad ecclesiam impedit: ⁊ hoc quodāmō vi detur in ꝓmū redire. qui enim vult aliq̄d cū quo aliud simul esse non potest ex cā sequenti vult illo carere: nisi forte nō ꝓpendat ꝙ per hoc ꝙ vult fa cere impedit ab eo qđ facere tenet: i quo casu pos set per negligentiā culpabilis iudicari. Alū vero dicūt ꝙ in peccato omissionis nō requirit aliquis actus. ipm enim non facere qđ quis facere tenetur peccatū est. Utraq; aūt opinio fm aliq̄d veritatem habet. Si enī intelligat in peccato omissiōis illud solū qđ per se pertinet ad rōnem peccati. sic qñq; omissionis peccatū est cum actu interiori: vt cum aliquis vult non ire ad ecclesiam. qñq; vero absq; omni actu vel interiori vel exteriori: sicut cū aliq̄s hora qua tenet ire ad ecclesiaꝫ: nihil cogitat de cū do vel non eundo ad ecclesiam. Si vero in pecca to omissionis intelligant etiam cause vel occasio nes omittendi: sic necesse est in peccato omissiōis aliquē actum esse. non enī est peccatū omissiōis ni si cū aliquis ꝑtermittit qđ potest facere ⁊ nō face re: ꝙ aūt aliquis declinet ad nō faciendū illud qđ potest facere ⁊ non facere: nō est nisi ex aliqua cā: vel occasione coniūcta vel ꝓcedente: ⁊ siquidem causa illa non sit in potestate hois: omissio nō ha bet rōnem peccati: sicut cū aliquis ꝓpter infirmi tatem ꝑtermittit ad ecclesiam ire. Si vero causa vel occasio omittēdi subiaceat volūtati: omissio habet rōnem peccati: ⁊ tūc semp oportet ꝙ ista cā inquātū est voluntaria habeat aliquē actū ad mi nus interiorem voluntatis: qui quidē actus quan doq; directe fertur in ipam omissionē: puta cū ali quis vult non ire ad ecclesiā vitans laborez: ⁊ tūc talis actus per se ptinet ad omissionē. volūtas. n. cuiuscūq; peccati per se ptinet ad peccatuꝫ illud: eo ꝙ volūtariū est de rōne peccati. qñq; aūt actus volūtatis directe fertur in aliud per qđ homo im peditur ab actu debito: siue illud in quo fertur vo luntas sit coniunctū omissioni: puta cū aliq̄s vult ludere quādo ad ecclesiam deberet ire: siue etiam sit ꝓcedens: puta cum aliquis vult diu vigilare de sero ex quo sequit ꝙ non vadat hora matutinali ad ecclesiam: ⁊ tūc actus iste interior vel exterior per accns se habet ad omissionē: q; omissio sequi tur ꝓter intentionē: hoc aūt dicim⁹ per accns esse qđ est ꝓter intentionē: vt patet in. 2°. phyco. vn de manifestū est ꝙ tunc peccatū omissionis habet quidē aliquem actum cōiunctū vel ꝓcedentē: q̄ ta men per accns se habet ad peccatū omissionis. iu dicium aūt de rebus dandum est fm illud qđ est p se ⁊ non fm illud quod est per accns. Unde veri⁹ dici pōt ꝙ aliquod peccatū possit esse absq; omni actu: alioquin etiam ad eēntiam alio⁹ peccato⁹ actualium ptinerēt actus ⁊ occasiones circūstan tes. ¶ Ad primum ergo dō. ꝙ plura requirūtur ad bonum q̄ ad malum eo ꝙ bonū cōtingit ex to ta ⁊ integra causa. malum aūt ex singularibus de fectibus: vt Dion⁹. dicit. 4. ca. ō di. no. ⁊ ideo pec catū potest contingere: siue aliquis faciat qđ non debet: siue non faciendo qđ debet: sed meritu nō potest esse nisi aliquis faciat volūtarie qđ debet: ⁊ ideo meritum non potest esse sine actu: sed pec catum potest esse sine actu. ¶ Ad scām dō ꝙ ali quid dicitur voluntariū: non soluꝫ q; cadit super ipm actus voluntatis: sed q; est in ptāte nostra vt fiat vel non fiat: vt dicitur in. 3°. ethi. vnde etiam ipm non velle potest dici voluntariū: inquantū in ptāte hominis est velle ⁊ non velle. ¶ Ad tertiū dicēdū ꝙ peccatū omissionis contrariatur ꝓcep to affirmatiuo qđ obligat semper: sed nō ad sem per: ⁊ ideo solum ꝓ tempore illo aliquis cessan do ab actu peccat: ꝓ quo ꝓceptum affirmati uum obligabat.

℣ sextuꝫ sic ꝓcedit

ditur. Videt ꝙ inconuenienter diffi niatur peccatum cum dicitur. Pec catum est dictum vel factum vel concupitum con tra legem eternam. Dictum enim vel factum vel concupitum impōrtat aliquem actum: sed nō om ne peccatum impōrtat aliquem actum: vt dictum est: ergo hec diffinitio non includit omne peccatū ¶ Preterea aug. dicit in libro de duab⁹ animali bus. Peccatum est voluntas retinendi vel conse quendi quod iustitia vetat. sed voluntas sub con cupiscentia comprehenditur: fm ꝙ concupiscen tia largo modo sumitur pro omni appetitu. ergo suffecisset dicere. Peccatuꝫ est concupitū contra legem eternam. nec oportuit addere dictuꝫ vel fa

ctum. ¶ Preterea peccatum ꝓprie consistere videtur in auersione a fine: nam bonū ⁊ malum ꝑncipaliter ꝯsiderātur ꝑz finez: vt ex supra dictis ꝑz vnde ⁊ Aug. in primo de libero arbitrio. per comparationem ad finē diffinit peccatū: dicens ꝙ peccare nihil est aliud ꝙ neglectis rebus eternis temporalia sectari. Et in libro. 83. questionum dicit ꝙ omnis hūana puersitas est vti fruendis ⁊ frui vtēdis. sed in ꝓmissa diffinitione nulla fit mentio de auersione a debito fine. ergo insufficienter diffinit peccatum. ¶ Preterea ex hoc dicitur aliquid eē ꝓhibitum qz legi cōtrariatur: sed non omnia peccata sunt mala quia ꝓhibita: sed quedā sunt ꝓhibita qz mala: non ergo in cōi diffinitiōe peccati debuit poni ꝙ sit contra legem dei. ¶ Preterea peccatum significat malū hois actū vt ex dictis ꝑz sed malū hominis est contra rōnē esse: vt Diony. dicit. 4. c. de di. no. ergo potius debuit dici ꝙ peccatum sit contra rōnem quā ꝙ peccatū sit cōtra legem eternam. ℑn cōtrariū sufficit auctoritas aug. ¶ Rñdeo dō. ꝙ sicut ex dictis patet: peccatuz nihil aliud est ꝙ actus humanus malus: ꝙ autē aliquis actus sit humanus habet ex hoc ꝙ est voluntarius: sicut ex supra dictis patet: siue sit volūtarius quasi a voluntate elicitus: vt ipm velle vel eligere: siue quasi a voluntate imperatus: vt exteriores actus vel locutionis vel opationis. Habet aūt actus humanus ꝙ sit malus ex eo ꝙ caret debita cōmensuratiōe. oīs aūt cōmensuratio cuiuscunq; rei attenditur per cōpationē ad aliquā regulam: a qua si diuertat incōmensurata erit. Regula autem voluntatis humane est duplex. Una ꝓpīqua ⁊ homogenea scz ipsa humana ratio. Alia vero est prima regula scz lex eterna que est quasi rō dei. Et iō aug. in diffinitiōe peccati posuit duo. Unū qō pertinet ad substātiā actus humani: qō est quasi materiale in peccato cum dixit. dictum vel factū vel cōcupitum. Aliud aūt qō pertinet ad rōnē mali: qō est mali formale in peccato: cum dixit. Contra legem eternam. ¶ Ad ꝑmū ergo dō ꝙ affirmatio ⁊ negatio reducūtur ad idem genus: sicut in diuinis genitum ⁊ ingenitū ad relationez: vt aug. dicit in. 5ᵐ. de trini. ⁊ ideo ꝓ eodē est accipiēdū dictuz ⁊ non dictū: factū ⁊ non factum. ¶ Ad secunduz dō. ꝙ prima causa peccati est in voluntate: que imperat oēs actus voluntarios: in quibus solum inuenitur peccatum: ⁊ ideo Aug. quādoq; per solā voluntatē diffinit peccatū: sed qz etiam ipsi exteriores actus pertinent ad substantiā peccati cū sint ꝑm se mali: vt dictuz est: necesse fuit ꝙ in diffinitione peccati poneretur etiaz aliquid pertinēs ad exteriores actus. ¶ Ad tertiū dō. ꝙ lex eterna primo ⁊ principaliter ordinat hoiem ad finem cōsequenter autē facit bene se habere circa ea que sūt ad finem: ⁊ ideo in hoc ꝙ dicit contra legem eternam: tāgit auersionem a fine: ⁊ omnes alias inordinationes. ¶ Ad quartū dicendū ꝙ cum dicitur ꝙ non omne peccatum ideo est malum: qz est ꝓhibitum: intelligitur de ꝓhibitione facta per ius positiuum: si autem referatur ad ius naturale: qō continetur primo quidem in lege eterna: secundario vero i naturali iudicatorio rationis humane: tunc omne peccatum est malum quia ꝓhibitum ex hoc enim ipso ꝙ est inordinatum iuri naturali repugnat. ¶ Ad quintū dicendū ꝙ a theologicis consideratur peccatum ꝓcipue ꝑm ꝙ est offensa contra deum: a philosopho autē morali ꝑm ꝙ cōtrariatur rationi: ⁊ ideo augu. conuenientius diffinit peccatum ex hoc ꝙ est contra legem eternaz ꝙ ex hoc ꝙ est contra rationem: ꝓcipue cuz per legem eternā regulemur in multis que excedūt rōnem humanam: sicut in his que sunt fidei.

Questio. lxxꝙ.

Einde cōsiderandum est de distinctione peccatorum velvitiorū. Et circa hoc querunt nouem. Primo vtrum peccata distinguātur specie ꝑm obiecta. Secūdo de distinctiōe peccatorum spūalium ⁊ carnalium. Tertiuz vtrū ꝑm causas. Quarto vtruz ꝑm eos in quos peccat Quinto vtrum ꝑm diuersitatē reat⁹. Sexto vtrū ꝑm omissiones ⁊ cōmissionem. Septimo vtrum ꝑm diuersum ꝓcessum peccati. Octauo vtrū ꝑm abundantiam ⁊ defectum. Nono vtruz ꝑm diuersas circunstantias.

B primum sic ꝓcedit. Videt ꝙ peccata non differāt specie ꝑm obiecta. Actus enim hūani ꝓcipue dicuntur boni vel mali per comparationem ad finem: vt supra ostensuz est. cum igitur peccatū nihil aliud sit ꝙ actus hominis malus: sicut dictū est: videtur ꝙ ꝑz fines peccata debeāt distingui specie magis ꝙ ꝑm obiecta. ¶ Preterea malū cū sit ꝓuatio distinguit specie ꝑz diuersas species oppositoꝝ: sed peccatū est qōdā malū in genere hūanoꝝ actuū: ergo peccata magis distinguūtur specie ꝑm oppositā ꝙ ꝑm obiecta. ¶ Preterea si peccata specie differant ꝑm obiecta: impossibile esset idem peccatum specie circa diuersa obiecta inueniri: sed inueniuntur aliqua huiusmodi peccata: nam superbia est in rebus spiritualibus ⁊ in corporalibus. vt Greg. dicit i libro. 33ᵐ. Auaritia etiam est circa diuersa genera rerū ergo peccata non distinguūtur specie ꝑm obiecta. ¶ Sed contra est ꝙ peccatum est dictum vel factum vel concupitum contra legem dei. sed dicta vel facta vel concupita distinguūtur specie ꝑm diuersa obiecta: quia actus per obiecta distinguunt vt supra dictum est: ergo etiam peccata ꝑm obiecta specie distinguuntur. ¶ Rñ. dō. ꝙ sicut dictuz est: ad rationem peccati duo concurrunt scilicet actus voluntarius: ⁊ inordinatio eius: que est per recessum a lege dei. Horum autem duorum vnuz per se comparatur ad peccantem: qui intendit talem actum voluntarium exercere in tali materia. Aliud autem scilicet inordinatio actus per acci-

dens se habet ad intentionem peccantis. nullꝰ enī intendens ad malum operatur. vt Dionysius dicit. 4°. ca. de di. no. Manifestum est autem q̄ vnū quodq̄ consequitur speciē fm illud quod est p se: non aūt fm id quod est per accidens: quia ea que sunt per accidens sunt extra rōnē speciei: ⁊ ideo peccata specie distinguūtur ex parte actuum voluntariorū magis q̄ ex pte in ordinationis in peccato existentis. actus autem voluntarij distinguūtur specie fm obiecta: vt in superioribus ostensum est: vnde sequitur q̄ peccata ꝓprie distinguāt specie fm obiecta. ¶ Ad primū ergo dō q̄ finis p̄ncipaliter habet rōnem boni: ⁊ ideo comparat ad actum voluntatis: qui primordialis in peccato sicut obiectum. vnde in idem redit q̄ peccata differant scōm obiecta vel scōm fines. ¶ Ad scōm dicē dum q̄ peccatū non est pura priuatio: sed est actus debito ordine priuatus: ⁊ ideo peccata magis distinguūtur specie scōm obiecta actuum q̄ fm oppositā: quāuis etiam si distinguātur fm oppositas virtutes in idem rediret. virtutes enim distinguūtur specie fm obiecta: vt supra dictum est. ¶ Ad tertiū dicendum q̄ nihil ꝓhibet in diuersis rebus specie vel genere differentibus inuenire vnam formalem rationem obiecti a qua peccatum speciem recipit: ⁊ hoc modo superbia circa diuersas res excellentiam querit. auaricia vero abundantia eorum que vsui humano accōmodantur.

Ad secundū sic ꝓceditur.

Videt q̄ inconueniēter distinguātur peccata spūalia a carnalibus. Dicit enī Apostolus ad Gal. 5°. Manifesta sunt opera carnis que sunt fornicatio: immūdicia: impudicitia: luxuria: idolorū seruitꝰ: veneficia ⁊c. ex q̄ videtur q̄ omnia peccatorum genera sunt opera carnis: sed peccata carnalia dicuntur opera carnis: ergo non sunt distinguenda peccata carnalia a spiritualibus. ¶ Preterea quicunq̄ peccat fm carnem ambulat: fm illud Ro. 8°. Si secundū carnē vixeritis morieminī: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis. sed viuere vel ambulare secundū carnem videtur pertinere ad rōnem peccati carnalis: ergo omnia peccata sunt carnalia: non ergo sunt distinguenda peccata carnalia a spiritualibus. ¶ Preterea superior pars anime q̄ est mēs vel ratio spiritꝰ nominat. fm illud Eph. 4°. Renouamini spiritu mentis vestre. vbi spiritꝰ ꝓ ratione ponitur: vt ibi gl. dicit: sed omne peccatum quod secundū carnem committitur a ratione deriuatur per consensum: quia superioris rationis est consentire in actū peccati: vt infra dicetur ergo eadem peccata sunt carnalia ⁊ spiritualia: nō ergo sunt distinguenda adinuicem. ¶ Preterea si aliqua peccata specialiter sint carnalia: hoc potissime intelligendum videtur de illis peccatis quibus in corpus suum peccat aliquis: sed sicut Apostolus dicit. i. ad Corinth. 6°. Omne peccatum q̄cunq̄ fecerit homo extra corpus est. qui aūt fornicatur in corpus suum peccat. ergo sola fornicatio esset peccatum carnale: cuius tamen Apostolus ad Eph. 5°. etiam auariciam carnalibus peccatis annumeret. ¶ Sed cōtra est quod Grego. 31°. Moral. dicit. q̄ septem capitaliū vitiorum quinq̄ sūt spūalia: ⁊ duo sunt carnalia. ¶ Rn. dō. q̄ sicut dictum est peccata recipiunt speciem ex obiectis. omne autē peccatum in appetitu consistit alicuius cōmutabilis boni quod inordinate appetitur: ⁊ per consequens in eo in habito inordinate aliquis delectatur. vt autem ex superioribus patet duplex est delectatio. Una quidem animalis que consumat in sola apprehensione alicuius rei ad votum habite: ⁊ hec etiam potest dici delectatio spiritualis sicut cum aliquis delectatur in laude humana: vel in aliquo huiusmodi. Alia vero delectatio est corporalis siue naturalis: que in ipso tactu corporali perficitur: que potest etiam dici delectatio carnalis. Sic igitur illa peccata que perficiuntur in delectatione spūali vocātur peccata carnalia: sicut gula que perficitur in delectatiōe ciborum ⁊ luxuria que perficitur in delectatione venereorum: vnde ⁊ Apostolus dicit. i. ad Corinth. 7°. Emundemꝰ nos ab omni inquinamento carnis ⁊ spiritus. ¶ Ad ꝓmū g̃ dō. q̄ sicut glo. ibidem dicit. illa vitia dicuntur opera carnis: nō q̄ in voluptate carnis perficiātur: sed caro sumitur ibi ꝓ homine: qui dum fm se viuit secūdum carnem viuere dicit vt etiam Augustinus dicit. 14. de ciui. dei. Et huiusmodi ratio est ex hoc q̄ omnis rationis humane defectus ex sensu carnali aliquo modo initium habet. Et per hoc etiam patet responsio ad secundum. ¶ Ad tertium dicēdum q̄ in peccatis etiam carnalibꝰ est aliquis actus spiritualis scilicet actꝰ rationis: sed finis horum peccatorū a quo denominātur est delectatio carnis. ¶ Ad quartum dicendum q̄ sicut glo. ibidem dicit: specialiter in fornicationis peccato seruit anima corpori: intātum vt nihil aliud in ipso momento cogitare homini liceat. delectatio autem gule ⁊ si sit carnalis nō ita absorbet rationem: vel potest dici q̄ in hoc peccato etiam quedā iniuria fit corpori dum inordinate maculatur: ⁊ ideo per hoc solum peccatū dicit specialiter homo in corpus peccare. auaricia vero que carnalibus peccatis cōnumeratur: ꝓ ad ulterio ponitur quod est iniusta usurpatio vxoris aliene. Vel potest dici q̄ res in qua delectatur auarus corporale quiddā est. ⁊ quatum ad hoc cōnumeratur peccatis carnalibus: sed ipsa delectatio non ptinet ad carnē. sed ad spiritum: ⁊ ideo Grg. dicit q̄ est spūale peccatum.

Ad tertium sic ꝓceditur.

Videt q̄ peccata distinguantur specie secundū causas. Ab eodem enim habet res speciem a quo habet esse: sed peccata habent esse ex suis causis: ergo ab eis etiā speciem sortiuntur. differunt ergo specie secundum diuersitatem causarum. ¶ Preterea inter alias cās minus videtur pertinere ad speciē causa materialis: sed obiectū in peccato est sicut causa materia

lis: cum ergo fm obiecta peccata specie distinguã tur: videtur q peccata multo magis fm alias cau sas distinguãt specie. ¶ Preterea Aug. sup illud ps. Incensa igni ⁊ suffossa dicit q omne peccatuz est ex timore male: humiliante vel ex amore male inflãmante. Dicitur enim. i. Jo. 2°. q omne qđ est i mundo aut est in concupiscentia carnis: aut cõcu piscentia oculorum: aut superbia vite. Dicit autẽ aliquid esse in mundo ꝓpter peccatum fm q mũ di nomine amatores mundi significantur: vt aug. dicit super Jo. Gregorius etiam. 31°. Mozal. di stinguit omnia peccata fm septem vitia capitalia omnes autẽ huiusmodi diuisiones respiciunt cau sas peccatorum. ergo videtur q peccata differãt specie fm diuersitatem causarum. ¶ Sed ꝓtra est qz scõz hoc omnia peccata essent vnius speciei cũ ex vna causa causentur. Dicit enim Eccl. x°. q initi um omnis peccati est supbia. Et. i. ad Timoth. vl timo. q radix oium malorum est cupiditas Ma nifestũ est autem esse diuersas species peccatorum non ergo peccata distinguũtur specie fm diuersi tates causarum. ¶ Respondeo dõ. q cum q̃ttuor sint cãrum genera diuersimode diuersis attribuũ tur. causa enim formalis ⁊ materialis respiciunt ꝓ prie substantiã rei: ⁊ ideo substantie scõm formaz ⁊ materiã specie ⁊ genere distinguũt. agens autez ⁊ finis respiciunt directe motum ⁊ opationem: ⁊ ideo motus ⁊ operationes scõm huiusmodi cau sas specie distinguũtur: diuersimode tamen. nam principia actiua naturalia sunt determinata semp ad eosdez actus: ⁊ ideo diuerse species in actibus naturalibus attendũtur non solũ scõm obiecta q̃ sunt fines vel terminí: sed etiã fm ꝓncipia actiua: sicut calefacere ⁊ infrigidare distinguuntur specie fm calidũ ⁊ frigidum: sed principia actiua in acti bus voluntarijs cuiusmodi sunt actus peccatorũ non se habẽt ex necessitate ad vnũ: ⁊ ideo ex vno principio actiuo vel motiuo possunt diuerse spẽs peccatoꝝ ꝓcedere sicut ex timore male humiliãte potest procedere q homo furetur: ⁊ q occidat ⁊ q deserat gregem sibi cõmissum: ⁊ hec cadẽ pñt ꝓcedere ex amore. Unde manifestũ est q peccata non differunt specie fm diuersas cãs actiuas vel motiuas: sed solũ fz diuersitatẽ cause finalis. finis autem est obiectum voluntatis. ostensum est enim supra q actus humani habent spẽz ex fine. ¶ Ad primum ergo dõ. q ꝓncipia actiua in actibus vo luntarijs cuz non sint determinata ad vnum: non sufficiũt ad ꝓducẽdũ humanos actus: nisi deter minetur voluntas ad vnum per intentionez finis vt pz per phm in. 9°. metaphice. ⁊ ideo a fine pficí tur ⁊ esse ⁊ species peccati. ¶ Adscõm dicenduz q obiecta fz q cõparãtur ad actus exteriores ha bent rõnem materie circa quam: sed scõm q com parãtur ad actum interiorẽ volũtatis hñt rõnem finium: ⁊ ex hoc habent q dent spẽm actui: q̃uis etiam fm q sunt materia circa quã habeãt rõnem terminoꝝ a quibus motus specificantur: vt dicit in. 5°. phicorum. ⁊ in. x. ethi. sed tñ etiã terminí mo tus dant spẽm motibus inquãtum habent rõnem finis. ¶ Ad tertiũ dõ q ille diuisiones peccatorũ non dantur ad distinguendas spẽs peccatoꝝ: sed manifestãdas diuersas cãs eorum.

Quartus sic pro

cedit. Videtur q incõueniẽter pec catum distinguatur per peccatuz qđ est in deum: in ꝓximũ: ⁊ in seipm. Illud enĩ quod est cõmune omni peccato nõ debet poní quasi ps in diuisione peccati: sed cõmune est omni peccato q sit contra deum. ponitur enim in diffinitiõe pec cati q sit contra legem dei vt supra dictuz est. non ergo peccatum in deum debet poni quasi ps in di uisione peccatoꝝ. ¶ Preterea omnis diuisio de bet fieri per opposita: sed ista tria genera peccato rum non sunt opposita. quicunq; enim peccat in ꝓximũ peccat in seipm ⁊ in deuz: non ergo pecca tum cõuenienter diuiditur scõm hec tria. ¶ Pre terea ea que sunt extrinsecus non conferũt speciẽ sed deus ⁊ ꝓximus sunt extra nos. ergo per hec distinguũtur peccata fm speciẽ: inconueniẽter igi tur scõm hec tria peccatum diuidit. ¶ Sed cõtra est quod Jsidorus in libro de summo bono distin guens peccata: dicit q homo dicitur peccare in se in deum ⁊ in ꝓximũ. ¶ Rñ. dõ q sicut supra dcm̃ est. peccatum est actus inordinatus: triplex autez ordo in homine debet esse. Unus quidem scõm cõ parationem ad regulaz rõnis: ꝑt. s. omnes actio nes ⁊ passiones nostre debent scõm regulam rõ nis cõmensurari. Alius autem ordo est per cõpa rationẽ ad regulã diuine legis: per quã homo in oĩ bº dirigi debet: ⁊ siquidem homo naturaliter essz animal solitariũ: hic duplex ordo sufficeret: sed qz homo est naturaliter animal politicum ⁊ sociale vt probatur in primo politicorũ: ideo necesse est q sit tertius ordo quo homo ordinet ad alios ho mines quibus conuiuere debet. Horum autem or dinum primus continet secundũ ⁊ excedit ipsum quecunq; enim continentur sub ordine rõnis: con tinentur sub ordine ipsius dei: sed quedam conti nentur sub ordine ipsius dei que excedunt rõnem humanã: sicut ea que sunt fidei ⁊ que debentur so li deo. vnde qui in talibus peccat: dicitur in deum peccare: sicut hereticus ⁊ sacrileg⁹ ⁊ blasphem⁹. Similiter etiam secũdus ordo includit tertium: ⁊ excedit ipm: qz in omnibus in quibus ordinamur ad ꝓximuz: oportet nos dirigi scõm regulã rõnis sed in quibusdã dirigimur scõm rõnem quãtũ ad nos tãtum: non autem quãtum ad ꝓximũ: ⁊ quã do in his peccatur: dicitur homo peccare in seipz sicut patet de guloso: luxurioso ⁊ prodigo quãdo vero peccat homo in his quibus ad proximũ or dinatur: dicitur peccare in proximũ sicut pz de fu re ⁊ homicida. Sunt autez diuersa quibus homo ordinatur ad deum: ad proximum: ⁊ ad seipsum vnde hec distinctio peccatorum est secundum ob iecta secundum que diuersificantur species pecca torum. vnde hec distinctio peccatorum ꝓprie est scõm diuersas peccatorum species. nam ⁊ virtu tes quibus peccata opponuntur secũdũ hanc dif

ferentiã specie distinguũtur. ℳanifestum est enĩ ex dictis q̃ virtutibus theologicis homo ordinatur ad deum.temperantia vero ꝛ fortitudine ad se ipsum.iustícia autem ad ꝓximum. ℂAd ꝑmum ergo dñ q̃ peccare in deum fm q̃ ordo qui est ad deum includit omnẽ humanũ ordinẽ cõmune est omni peccato:sed quantum ad id q̃ ordo dei excedit alios duos ordines:sic peccatum in deũ est speciale genus peccati. ℂAd scõm dñ. q̃ quãdo aliqua quorum vnum includit alterum ab inuicẽ distinguũtur:intelligitur fieri distinctio non scõm illud q̃ vnum continetur in altero:sed fm illud.s. q̃ vnum excedit alterum:sicut patet in diuisione numeroꝝ ꝛ figurarum.non enĩ triangulus diuidi tur contra quadratum fm q̃ cõtinetur in eo:sz secundũ q̃ exceditur ab eo:ꝛ similiter est de ternario ꝛ quaternario. ℂAd tertiũ dñ. q̃ deus ꝛ proximus q̃uis sint exteriora respectu ipsius peccantis:non tñ sunt extranea respectu actus peccati:sz cõparatur ad ipsa sicut ad ꝓpria obiecta ipsius.

ℬ quintum sic ꝓ

ceditur.Videt q̃ diuisio peccatorum que est scõm reatum diuersificet speciem.puta cum diuiditur fm veniale ꝛ mortale. Ea enim que in infinitum differunt non possunt esse vnius speciei nec etiam vnius generis:sed veniale ꝛ mortale peccatum differunt in infinitũ. veniali enim debetur pena talis mortali pena eterna.mẽsura aũt pene respondet q̃titati culpe fm illud ℬeutero.25ª.fm mensurã delicti erit ꝛ plagarum modus.ergo veniale ꝛ mortale non sunt vnius generis nec dicitur q̃ sint vnius speciei. ℂPreterea quedã peccata sunt mortalia ex genere sicut homicidiũ ꝛ adulterium:quedã vero ex suo genere sunt peccata venialia:sicut verbũ ociosum ꝛ risus superfluus:ergo peccatũ veniale ꝛ mortale specie differũt. ℂPreterea sicut se habet actus virtuosus ad ꝑmiũ:ita se habet peccatum ad penam sed ꝑmiũ est finis virtuosi actus. ergo ꝛ pena est finis peccati:sed peccata distinguũtur specie scõm fines:vt dictũ est:ergo etiã distinguũtur specie fm reatum pene. ℂSed contra ea que constituũt speciem sunt ꝓpria:sicut differẽtie specifice:sed pena sequitur culpã:sicut effectus eius:ergo peccata ñ differunt specie fm reatũ pene. ℂRñ.dñ.q̃ eorum que specie differunt duplex differẽtia inuenitur. Una quidẽ que cõstituit diuersitatem specieꝝ:ꝛ talis differẽtia nunquã inuenitur nisi in speciebus diuersis:sicut rõnale ꝛ irrõnale:aiatum ꝛ inaiatum Alia aũt dria est consequens diuersitatẽ spẽi: ꝛ talis differẽtia ꝛ si in aliquibus cõsequat diuersitatẽ speciei.in alijs tñ potest inueniri in alia specie:sicut albũ ꝛ nigrum consequũtur diuersitatẽ speciei corui ꝛ cigni:tamẽ inuenit huiusmodi dria in eadem hois specie.Dicendũ est ergo q̃ differẽtia venialis ꝛ mortalis peccati:vel quecunq; alia differentia sumit penes reatũ:nõ pot eẽ differẽtia constituẽs diuersitatẽ speciei.nũq̃ enĩ id quod per accidens constituit spẽz:id aũt qõ est ꝓter intentionez agentis ꝛ per accidens vt patet in.2ª.phicorũ ℳanifestũ est aũt q̃ pena est ꝓter intentionẽ peccantis.vnde per accidens se habet ad peccatum ex parte te ipius peccãtis.ordinatur tamẽ ad peccatum ab exteriori.s.ex iustícia iudicãtis: qui fm diuersas cõditiones peccatorum diuersas penas infligit:vnde differentia que est ex reatu pene:pot cõsequi diuersam spẽm peccatoꝝ:non aũt constituit diuersitatem spẽi.differẽtia autem peccati venialis ꝛ mortalis consequitur diuersitatẽ inordiationis:que complet rõnem peccati.Duplex enim est inordinatio:vna per subtractionẽ ꝓncipij ordinis:alia qua etiam saluato ꝓncipio ordinis fit inordinatio circa ea que sunt post ꝓncipiũ: sicut in corpore animalis.Quãdoq; quidẽ inordinatio complexionis ꝓcedit vsq; ad destructionẽ ꝓncipij vitalis:ꝛ hec est mors.Quandoq; vero saluo ꝓncipio vite fit deordinatio quedam in humoribus ꝛ tunc est egritudo.Principiũ autẽ actus totius ordinis in moralibus est finis vltimus:qui ita se habet in operatiuis sicut ꝓncipium indemonstrabile in speculatiuis: vt dicitur in.7ª. ethicoꝝ. vnde quando anima deordinatur per peccatum vsq; ad auersionez ab vltimo fine scilicet deo: cui vnimur per charitatem tunc est peccatum mortale:quando vero fit deordinatio circa auersionem a deo:tunc est peccatum veniale.sicut enim in corporibus deordinatio mortis que est per remotionem ꝓncipij vite est irreparabilis fm naturã. inordinatio autem egritudinis reparari potest ꝓpter id quod saluatur ꝓncipiuz vite:similiter est in his que pertinẽt ad animã. Vaz in speculatiuis qui errat circa ꝓncipia:impsuasibilis est:qui autez errat saluatis principijs:per ipsa principia reuocari potest.Et similiter in operatiuis qui peccãdo auertitur ab vltimo fine:quantũ est ex natura peccati habet lapsum irreparabilem:ꝛ ideo dicit peccare mortaliter eternaliter puniendus:qui vero peccat citra auersionem a deo:ex ipsa ratione peccati reparabiliter deordinatur:quia saluatur ꝓncipium:ꝛ ideo dicitur peccare venialiter:quia scilicet non ita peccat vt mereatur interminabilẽ penam. ℂAd ꝑmũ g̃ dicendũ q̃ peccatum mortale ꝛ veniale differunt in infinitum exꝑte auersionis:non autem ex parte conuersionis per quã respicit obiectum:vnde peccatum speciẽ habet vnde nihil ꝓhibet in eadem specie inueniri aliquod peccatum mortale ꝛ veniale:sicut primus motus in genere adulterij est peccatum veniale:ꝛ verbũ ociosum quod plerũq; est veniale potest etiam eẽ mortale. ℂAd fm dñ.q̃ ex hoc q̃ inuenitur aliquod peccatum mortale ex genere ꝛ aliquod peccatum veniale ex genere:sequitur q̃ talis differẽtia consequatur diuersitatẽ peccatorum fm speciem:non autẽ q̃ causet eam.talis autem differentia potest inueniri etiaz in his que sunt ciusdẽ spẽi vt dictum est. ℂAd tertium dñ.q̃ ꝑmiũ est de intentione merentis vel virtuose agentis: sed pena nõ est de intentione peccantis:sed magis est cõtra volũtatem ipius.vnde nõ est similis ratio.

Sextus sic proce

dit. Videt q̄ pctm̄ p̄missionis & omissi nis specie differāt. Delictū .n. p̄ pctm̄ diuidit Eph. 2°. vbi dicit. Cū essetis mortui delictis & pctis vestris. Et expōit ibi gl. Delictis. i. dimittē do q̄ iubēt: & peccatis. s. agēdo, p̄hibita. Ex q̄ p3 q̄ p delictū intelligit peccatū omissionis: p peccatum p̄missionis: differūt ḡ specie cū ex oppositō diuidā tur taq̄ diuerse spēs. ¶ Preterea peccato p se cō uenit q̄ sit p̄ legē dei. ponit enī in eius diffinitione: vt ex supra dictis p3: sed in lege dei alia sūt p̄cepta affirmatiua p̄ que est peccatū omissionis & alia pec cata negatiua cōtra que est peccatū p̄missionis. ergo peccatū omissionis & peccatū p̄missionis differūt specie. ¶ Preterea omissio & cōmissio differunt sicut affirmatio & negatio: sed affirmatio & nega tio nō pñt esse vnius spēi: q̄ negatio nō habet spe ciē. nō entis enī nō sūt spēs neq̄ differētie: vt phūs dicit. ḡ omissio & p̄missio non pñt esse vnius spēi. ¶ Sed cōtra in eadē specie peccati inuenit omis sio & p̄missio. auarus enī & aliena rapit: qđ est pec catū p̄missionis: & sua nō dat quib⁹ dare debet: qđ est peccatū omissionis: ḡ omissio & p̄missio non dif ferūt specie. ¶ Rñ. dđ. q̄ i peccatis inuenit duplex differentia: vna materialis: & alia formalis. Ma terialis quidē attendit fm naturalē spēm actuum peccati. formalis aūt fm ordinē ad vnū finē. p̄ncipiū qđ est obiectū p̄ncipiū. vnde inueniūtur aliq̄ act⁹ ma terialiter specie differētes: qui tn formaliter sūt in eadē specie peccati: q̄ ad idē ordināt: sicut ad eādē spēm homicidij ptinet ingulatio: lapidatio: & p fōratio: q̄uis act⁹ sint specie differētes fm spēs na ture. Sic ḡ si loquamur de specie peccati omissio nis & p̄missionis materialiter differūt specie: large tn loquēdo de specie fm q̄ negatio vel p̄uatio spe ciē habere pōt. Si aūt loquamur de specie pecca ti omissionis & p̄missionis formaliter sic nō differūt specie: q̄ ad idē ordinātur: & ex eodē motiuo pro cedūt. auar⁹ enī ad congregādū pecuniā & rapit: & n̄ dat ea que dare debet: & similiter gulosus ad satis faciendū gule: & superflua comedit & iciunia debita ptermittit & idē est videre in ceteris. Semp enī in rebus negatio fūdat sup aliqua affirmatōe que est quodāmō cā eius. vñ etiā in rebus naturalib⁹ eius dē rōnis est q̄ ignis calefaciat & q̄ non infrigider. ¶ Ad primū ergo dđ q̄ illa diuisio q̄ est p cōmis sionē & omissionē: non est fm diuersas spēs forma les: sed materiales tm̄: vt dictum est. ¶ Ad scām dđ. q̄ necesse fuit in lege dei p̄poni diuersa p̄cepta affirmatiua & negatiua: vt gradatim homines intro ducerētur ad virtutē: p̄us quidē abstinēdo a ma lo ad qđ inducimur p p̄cepta negatiua: & postmo dū faciēdo bonū: ad qđ inducimur p p̄cepta affir matiua: & sic p̄cepta affirmatiua & negatiua nō p tinēt ad diuersas virtutes: sed ad diuersos grad⁹ virtutis: & per consequēs non oportet q̄ p̄rientur diuersis peccatis fm spēm. Peccatū etiam nō ha bet spēm ex pte auersionis: q̄ fm hoc est negatio vel p̄uatio: sed ex pte cōuersionis fm q̄ est act⁹ q̄ dam. vnde fm diuersa p̄cepta legis non diuersifi cantur peccata fm spēs. ¶ Ad tertium dicēdū. q̄ obiectio illa p̄cedit de materiali diuersitate spēi. Sciendū est tamen q̄ negatio & si p̄prie non sit in specie: cōstituit tamē in specie per reductionez ad aliquā affirmationē quam sequitur.

Septimū sic pro

ceditur. Videt q̄ incōueniēter diui datur peccatū in peccatū cordis: oris & operis. Aug. enī in. 12°. de tri. ponit tres grad⁹ pec catī quoꝝ p̄mus est cum carnalis sensum illece brā quandā ingerit: quod est peccatū cogitatiōis. Secūdus gradus est qñ sola cogitationis delecta aliquis contentus est. Tertius gradus est quando faciendū discernitur per cōsensum: sed tria hec p tinēt ad peccatū cordis: ergo incōueniēter pecca tum cordis ponitur quasi vnum genus peccati. ¶ Preterea Greg. in. 4°. Moral. ponit quattu or gradus peccati: quoꝝ primus est culpa latens in corde: secūdus cū exterius publicat: tertius est cū cōsuetudine roborat: quart⁹ est cū vsq̄ ad p̄e sumptionē diuine misericordie: vel ad desperatio nem homo p̄cedit. vbi nō distinguit peccatū opis a peccato oris: & addūtur duo alij peccatoꝝ gra dus. ḡ incōueniēs fuit p̄ma diuisio. ¶ Preterea ñ pōt esse peccatū in ore vel in ope nisi fiat p̄ius in corde. ḡ ista pctā specie nō differūt: nō ḡ debēt p̄ se inuicem diuidi. ¶ Sz p̄ ē qđ Hiero. dicit sup Eze ch. Tria sūt generalia delicta qb⁹ hūanū subiacet gen⁹. aut enī cogitatiōe aut sermōe: aut ope pecca m⁹. ¶ Rñ. dđ q̄ aliq̄ inueniūtur differre specie du pliciter. Uno mō ex eo q̄ vtrūq̄ h3 spēm p̄pletaz sicut equ⁹ & bos differūt specie. Alio mō sicut fm diuersos grad⁹ in aliqua generatiōe vel motu ac cipiūt diuerse spēs: sicut edificatio est p̄pleta gene ratio dom⁹. collatio aūt fundamēti & erectio pie tis sunt spēs icomplete: vt p3 per phm in. x. ethico rū & idē etiā pōt dici i generatiōib⁹ aialiū. Sic igit peccatū diuidit p hec tria. s. pctm̄ oris: cordis: & o peris: nō sunt p diuersas spēs cōpletas: nā p̄ūma tio pcti est in ope vñ pctm̄ opis h3 spēm p̄pletam: sed p̄ima inchoatio eius est quasi fundatio in cor de. Secūdus aūt grad⁹ ei⁹ est in ore fm q̄ hō p̄ pit facile ad manifestandū cōceptū cordis. Terti⁹ aūt gradus iam est in cōsūmatiōe opis. Et sic hec tria differunt fm diuersos grad⁹ peccati: p3 tamē q̄ hec tria ptinent ad vnā p̄fectam peccati speciē: cū ab eodē motiuo p̄cedāt. Tracūdus enī ex hoc q̄ appetit vindictā. p̄mo quidē p̄turbat in corde secūdo in verba cōtumeliosa p̄rūpit. tertio vero p̄cedit vsq̄ ad facta iniuriosa: & idē p3 in luxuria & in quolibet alio pctō. ¶ Ad p̄mū ḡ dđ. q̄ oē pec catū cordis cōuenit in rōne occulti: & fm hoc po nitur vnus gradus. qui tamē per tres gradus di stinguitur sc3 cogitationis: delectationis: & cōsen sus. ¶ Ad secundum dicendum q̄ peccatuz oris & operis cōueniūt in manifestatione: & p̄pter hoc ea. Greg. sub vno cōputauit. Hiero. aūt distinguit

ea: qz in peccato oꝛis est manifestatio tm̃ z pncipaliter intenta: in peccato vero opis est pncipaliꝛ expletio interioꝛis ꝓceptus coꝛdis: sed manifestatio est ex consequēti: ꝓsuetudo vero z desperatio sunt gradus ꝓntes post speciē pfectā pcti sicut adolescētia z iuuētus post pfectā hois generationē. ¶ Ad tertiū dicendū q peccatū coꝛdis z oꝛis nō distinguūtur a peccato opis qñ simul cū eo coniunguntꝫ sꝫ put qōlibet hoꝛ p se inuenit: sicut etiā pars motus nō distinguit a toto motu qñ motꝰ est ꝓtinuus: sꝫ solum qñ motus sistit in medio.

¶ octauuꝫ sic ꝓcedit. Uidet q supabūdātia z defectus nō diuersificēt spēs peccatoꝝ.

cedit. Videt q̃ i sensualitate possit ee peccatũ mortale. Actus enim ex obiecto cognoscit: sed circa obiecta sensualitatis ꝓtingit peccare mortaliter: sicut circa delectabilia carnis: ergo actus sensualitatis potest ee peccatũ mortale: z ita in sensualitate peccatũ mortale inuenit. ¶ ℙreterea peccatũ mortale contrariat virtuti sz virt⁹ põt esse in sensualitate: tẽperãtia enim z fortitudo sunt virtutes irrationabiliũ partiũ: vt pbs dicit in. 3° ethicoꝝ: g̃ in sensualitate põt ee peccatũ mortale: cum contraria sint nata fieri circa idem. ¶ ℙreterea veniale peccatũ ẽ diſpositio ad mortale: sz diſpositio z habitus sunt in eodẽ: cũ igitur veniale peccatũ sit in sensualitate ut dictũ est: etiã mortale peccatũ esse poterit in eadẽ. ¶ Sed ꝓtra est qõ aug⁹ dicit in libro retractationũ: z habet in glosa ro. 7ᵐ. Inordinatus ꝓcupiscẽtie motus q̃ est peccatũ sensualitatis põt etiaz esse in his q̃ sunt in gratia: in qbus tñ peccatũ mortale nõ inuenit: g̃ inordinatus motus sensualitatis nõ est peccatũ mortale. ¶ Respõdeo dicendũ q̃ sicut inordinatio corrumpẽs p̃ncipiũ vite corporalis causat corporalẽ mortẽ: ita etiã inordinatio corrumpẽs p̃ncipiũ spiritualis: qõ est finis vltimus: causat mortem spũalem pcti mortalis: vt. ꝯ. dictũ est: ordinare autẽ aliquid in finẽ nõ est sensualitatis sz solũ rõnis: inor-

dinatio aũt a fine nõ est nisi eⁱ⁹ cuius est ordinare i finẽ: vñ peccatũ mortale nõ põt esse in sensualitate sz solũ in rõne. ¶ Ad primũ g dicendum q actus sensualitatis põt cõcurrere ad peccatũ mortale: sz tñ actus peccati mortalis non habet q sit peccatũ mortale ex eo q est sensualitatis: sz ex eo q est rõnis: cuius est ordinare in finẽ: 7 ideo peccatũ mortale nõ attribuit sensualitati: sz rõni. ¶ Ad secundũ dicendũ q actus virtutis nõ pficit p id q ẽ sensualitatis tm̃: sed magis p id qõ est rõnis 7 volũtatis cuius est eligere: nã actus virtutis moralis non est sine electione: vñ semp cũ actu virtutis moralis q̃ pficit vim appetitiuã: est etiã actus prudẽtie q̃ p ficit vim rõnalem: 7 idẽ est etiã de peccato mortali sicut dictũ est. ¶ Ad tertiũ dicendum q dispositio tripliciter se habet ad id ad qõ disponit. Quãq enim est idẽ 7 in eodẽ: sicut scientia inchoata dicit esse dispositio ad scientiã pfectã. Quãq aũt est i eodem sz nõ idẽ: sicut calor est dispositio ad formam ignis. Quãq vero nec idẽ nec in eodẽ: sicut in his q̃ habẽt ordinẽ adinuicẽ ut ex vno pueniat in aliud: sicut bonitas imaginatiõis ẽ dispositio ad scientiã que est in intellectu: 7 hoc mõ veniale peccatũ qõ est in sensualitate põt esse dispositio ad peccatum mortale quod est in ratione.

¶ quintum sic proceditur.

Videt q peccatum nõ possit ẽ in rõne. Cuiuslibet enī potẽtie peccatũ est aliquis defectus ipsi⁹: sz defectus rõnis nõ est peccatũ: sz magis excusat peccatũ: excusat enīz aliqs a peccato ꝓpter ignorantiã: g in rõne nõ põt esse peccatũ. ¶ Preterea ꝑmũ subiectũ peccati ẽ volũtas: ut dictũ est: sz ratio ꝓcedit voluntatẽ cuz sit directiua ipsius: g peccatũ esse nõ põt in ratiõe. ¶ Preterea nõ põt esse peccatũ nisi circa ea q̃ sũt in nobis: sz pfectio 7 defectus rõnis nõ est cozuz q̃ sunt in nobis. quidã enī sunt naturaliter rõne defi cientes uel rõne solertes: g in rõne non est peccatũ. ¶ Sed ꝓtra est qõ aug⁹ dicit in li⁹ .12⁹ de tri. q pec catum est in rõne inferiori 7 in ratione superiori. ¶ Respondeo dicendũ q peccatũ cuiuslibet potẽ tie cõsistit in actu ipsi⁹: sicut ex dictis patet. Habet aũt ratio duplicẽ actũ. Unũ quidẽ fm se in cõpara tione ad ꝓpriũ obiectũ: qõ est cognoscere aliqõ ve rum. Alius aũt actus rõnis est inq̃tũ est directiua aliaz virium. Utroqz igit mõ ꝓtingit esse peccatũ in rõne. Et ꝑmo quidẽ inq̃tũ errat i cognitõe veri quod quidẽ tũc imputat ei ad peccatũ qñ hz ignorantiã vel errorẽ circa id qõ põt 7 debet scire. Secũdo qñ ordinatos actus inferioz virium vel imperat uel etiam post deliberationẽ non cohercet. ¶ Ad primũ ergo dicendũ q ratio illa ꝓcedit de defectu rõnis q̃ ptinet ad actũ ꝓpriũ respectu ꝓpriũ obiecti 7 hoc quãdoqz est defect⁹ cognitõis ei⁹ quod quis nõ põt scire: tunc enī talis defectus rõnis nõ est peccatũ: sz excusat a peccato: sicut patet in his q̃ furiosos cõmittunt. Si vero sit defectus rationis circa id quod hõ potest 7 debet scire: non omo homo excusat a peccato: sz ipse defect⁹ imputatur ei ad peccatũ: defectus autẽ qui est solũ in dirigẽdo alias vires: semp imputat ei ad peccatũ: q huic defectui occurrere potest per ꝓpriũ actuz. ¶ Ad secundũ dicendũ q sicut .s. dictũ est: cuz de actibus volũtatis 7 rõnis ageret volũtas quodãmodo mouet 7 ꝓcedit rationẽ: 7 rõ quodãmodo voluntatẽ: vñ 7 motus volũtatis dici põt rõnalis 7 actus rõnis potest dici volũtarius: 7 fm hoc in rõne inuenit ꝓccatũ: uel ꝓput est defectus eius vo lũtarius: uel ꝓut actus rõnis est ꝓncipiũ actus vo luntatis. ¶ Ad tertiũ patet resp̃sio ex dictis.

¶ sextum sic ꝓcedit.

Uidetur q peccatũ morose delectatiõis nõ sit in rõne. Delectatio enī importat motũ appetitiue virtutis: ut .s. dictuz est sed vis appetitiua distinguit a rõne que est vis ap ꝓhensiua: ergo delectatio morosa nõ est in ratiõe. ¶ Preterea ex obiectis cognosci põt ad quã po tentiaz actus ptineat p quẽ potentia ordinatur ad obiectũ: sz delectatio qñq̃ est morosa circa bona sensibilia 7 nõ circa bona rõnis: g pctm̃ delectatio nis morose nõ est in rõne. ¶ Preterea morosum dicitur aliquod ꝓpter diuturnitatẽ tẽporis: sz diu turnitas temporis non est ratio q aliquis actus p tineat ad aliquaz potentiam: g delectatio morosa nõ ptinet ad rõnem. ¶ Sed contra est qõ aug⁹ di cit .12⁹ de tri. q ꝓsensus illecebre si sola cogitatione delectationis ꝓtentus est sic habendũ existimo ve lut cibũ vetitũ mulier sola comederit: p mulierem autẽ intelligit ratio inferior: sicut ibidẽ ipse expo nit: ergo peccatũ morose delectatiõis est in ratiõe. ¶ Respondeo dicendũ q sicut iam dictũ est pctm̃ cõtingit esse in rõne: quandoqz quidẽ inq̃tũ est directiua humanoz actuũ. Manifestũ est aũt q rõ nõ solũ est directiua exterioz actuũ: sz etiã interio rum passionũ: 7 ideo qñ deficit rõ in directiõe interiorũ passionũ: dicit esse pctm̃ in rõne: sicut etiam quãdo deficit in directõe exterioz actuũ. Deficit autẽ in directione passionũ interiorũ dupliciter. Uno mõ quãdo imperat illicitas passiones: sicut qñ hõ ex deliberatione ꝓuocat sibi motũ ire uł cõ cupiscẽtie. Alio mõ quãdo nõ reprimit illicitũ pas sionis motũ sicut cũ aliquis postq̃ deliberauit q motus passionis insurgẽs est inordinatus: nihilo minus circa ipsum imoratur 7 ipsum nõ expellit: 7 fm hoc dicit peccatũ delectationis morose eẽ in ratione. ¶ Ad primũ g dicendũ q delectatio q̃dẽ est in vi appetitiua sicut in ꝓximo ꝓncipio: sz in ra tione est sicut in ꝓmo motiuo fm hoc quod .s. dictũ est: q actiones que nõ trãseunt in exterioꝛẽ ma teriam sũt sicut in subiecto in suis ꝓncipijs. ¶ Ad secundũ dicendũ q rõ actũ ꝓpriũ illicitũ habz circa ꝓpriũ obiectũ: sz directionẽ habet circa oĩa ob iecta inferioz virium q̃ p rõnem dirigi pñt: 7 fm hoc etiã delectio circa sensibilia obiecta ptinet ad ratiõnẽ. ¶ Ad tertiũ dicenduz q delectatio dicit mo rosa nõ ex mora tpis sz ex eo q rõ deliberãs circa eã ĩmorat: nec tm̃ eã repellit tenẽs 7 voluẽs libẽter q̃ statim ut attingerũt animũ respui debuerunt: vt

aug⁹. dicit. 12° de tri.

ℬ septimū sic pro

cedit. Videt q̄ peccatū ꝓsensus i actū nō sit in rōne supioꝛi. ℂ Cōsentire enim est actus appetitiue virtutis: ut. ā. habitū est: ſz rō est vis apphensiua: g̃ pctm̄ ꝓsensus in actū non est in rōne supioꝛi. ℂ Preterea rō superioꝛ intēdit rōnibus eternis ispiciēdis ⁊ ꝓsulēdis: ut aug⁹. dicit i 12° de tri. sed q̄nq̄ ꝓsentit in actū nō ꝓsultis rōnib⁹ eternis: nō enim semp hō cogitat de rebus diuinis q̄n ꝓsentit in aliquē actū: g̃ peccatū ꝓsensus in actū nō semp est in rōne supioꝛi. ℂ Preterea sicut p rationes eternas potest hō regulare act⁹ exteriores ita etiā interiores delectatiōes vel alias passiones ſz ꝓsensus in delectationē absq̄ hoc q̄ ope statuat implēdū est rōnis inferioꝛis: ut dicit aug⁹ 12° de tri. g̃ etiā ꝓsensus in actū peccati debet interdum attribui rōni inferioꝛi. ℂ Preterea sicut ratio supioꝛ excedit inferioꝛē: ita rō excedit vim imaginatiuaz ſz q̄nq̄ ꝓcedit hō in actū p apphensionez virtutis imaginatiue absq̄ oī deliberatiōe rōnis: sicut cuz aliquis ex impmeditato mouet manū aut pedē: g̃ etiā q̄nq̄ pōt ratio inferioꝛ ꝓsentire in actū peccati absq̄ rōne supioꝛi. ℂ Sed cōtra est qđ aug⁹. dicit 12. de tri. Si in ꝓsensione male vtēdi reb⁹ q̄ p sensuz coꝛporis sentiunt: ita decernit qđ cū q̄ peccatū: vt si potestas sit etiā coꝛpoꝛe cōpleat: intelligēda est mulier cibū illicitū viro dediſſe: p quē superioꝛ rō significat: g̃ ad rōnem superioꝛē ptinet cōsentire in actū peccati. ℂ Respōdeo dicendū q̄ ꝓsensus imporꝛtat iudiciū quoddā de eo in qđ consentit: sicut enim ratio speculatiua iudicat ⁊ sentētiat de reb⁹ intelligibilib⁹: ita ratio practica iudicat ⁊ sentētiat de agendis. Est aūt ꝓsiderandū q̄ in oī iudicio vltima sentētia ptinet ad supremū iudicatoꝛiū: sicut videmus in speculatiuis q̄ vltima sentētia de aliq̄ ꝓpositione dat p resolutionē ad p̄ma p̄ncipia: q̄ diu enī remanet aliqđ p̄ncipiū alti⁹: adhuc p ipsuz pōt examinari id de quo querit: vñ adhuc ē suspē sum iudiciū quasi nondū data finali sentētia. ℂ Manifestum est aūt q̄ actus humani regulari possunt ⁊ regula rōnis humane q̄ sumit in reb⁹ creatis q̄s naturaliter hō cognoscit: ⁊ vlteri⁹ ex regula legis diuine: ut. ā. dictū est: vñ cuz regula legis diuine sit superioꝛ: ꝓsequēs est ut vltima sentētia p quā iudiciū finaliter terminat ptineat ad rōnem superioꝛē q̄ intēdit rōnibus eternis. cū aūt de plurib⁹ occurrit iudicandū: finale iudiciū est de eo qđ vltimo occurrit: in actibus aūt humanis vltio occurrit ipse actus: p̄ambulū autez est ipsa delectatio q̄ inducit ad actū: ⁊ ideo ad rōnez superioꝛē ꝓpie ptinet cōsensus in actū ad rōnem vero inferioꝛē q̄ habet inferius iudiciū ptinet iudiciū preambulū: qđ est de delectatione: q̄uis etiā ⁊ de delectatione superioꝛ ratio iudicare possit: qz quicqđ iudicio subdit inferioris: subdit etiā iudicio superioris ſz nō quertit. ℂ Ad p̄imū g̃ dicendū q̄ ꝓsentire est actus appetitiue virtutis nō absolute: ſz ꝓsequēs ad actū rationis deliberātis ⁊ iudicantis: ut. ā. dictū est: in hoc enim terminat ꝓsensus: quia volūtas tēdit in id qđ est iam rōne iudicatū: vñ ꝓsensus pōt attribui voluntati ⁊ rationi. ℂ Ad secundū dicendū q̄ ex hoc ipso q̄ rō superioꝛ nō dirigit actus humanos fm legē diuinā impediēs actū peccati dicit ipsa ꝓsentire: siue cogitet de lege eterna siue nō: cū enī cogitat de lege dei actu eā contēnit cū vero nō cogitat: eā negligit p modū omissionis cuiusdā: vñ oībus modis consensus in actū pcti ꝓcedit ex superioꝛi ratione: quia ut aug⁹ dicit. 12° de tri. nō pōt peccatuz efficaciter ppetrandū mēte decerni: nisi illa mentis intētio penes quā summa potestas est membra in opus mouēdi vel ab ope cohibēdi male actioni cedat aut seruiat. ℂ Ad tertiū dicenduz q̄ rō superioꝛ p considerationē legis eterne: sicut pōt dirigere vel cohibere actū exteriorē: ita etiā delectationez interiorē: ſz tñ anteq̄ ad iudiciū supioris rōnis deueniatur statiz ut sensualitas ꝓponit delectationē inferioꝛ ratio p rōnes temporales deliberās: q̄nq̄ huiusmodi delectionē acceptat: ⁊ tūc ꝓsensus i delectationē ptinet ad inferiorē rationē. Si vero etiā consideratis rationib⁹ eternis: hō in eodē cōsensu pseueret: iam talis ꝓsensus ad superiorē rationē p tinebit. ℂ Ad quartū dicendū q̄ apprehēsio virtutis imaginatiue est subita ⁊ sine deliberatione: ⁊ ideo pōt aliquē actū causare anteq̄ superioꝛ vel inferioꝛ ratio etiā habeat tēpus deliberādi: sed iudiciū rōnis inferioris est cuz deliberatione que indiget tempoꝛe in quo etiam ratio superioꝛ deliberare potest: vñ si non cohibeat ab actu pcti p suā deliberationem ei imputatur.

ℬ octauuz sic pro

ceditur. Videt q̄ consensus i delectationē non sit peccatū mortale. Cōsentire enim in delectationē ptinet ad rationē inferiorem: cui⁹ nō est intēdere rationib⁹ eternis vel legi diuine ⁊ p consequēs nec ab eis auerti: ſz oē pctm̄ mortale est p auersionē a lege diuina: ut patet per diffinitionē aug. de pctō mortali data: q̄ supra posita est: g̃ ꝓsensus in delectationē nō est pctm̄ mortale. ℂ Preterea ꝓsentire in aliquid nō est maluz nisi quia illud est malū in quod consentitur: sed p pter qđ vnūquodq̄ illud magis: vel saltem nō minus: nō ergo illud in quod consentit pōt esse mi⁹ malū q̄ consensus. ſz delectatio sine opere nō est peccatū mortale sed veniale tm̄: ergo nec cōsensus in delectationē est peccatū mortale. ℂ Preterea delectationis differūt in bonitate ⁊ malicia scōm differentiā operationū: ut dicit phs in. x° ethicoꝛ ſz alia operatio est interioꝛ cogitatio: ⁊ alius act⁹ exterioꝛ: puta fornicationis: ergo delectatio cōsequēs actū interioris cogitationis tm̄ differt a delectatione fornicationis in bonitate vel malicia q̄ tū differt cogitatio interioꝛ ab actu exterioꝛi: ⁊ p ꝓsequēs etiā eodē modo differt ꝓsentire in vtrūq̄: ſz cogitatio interioꝛ nō est pctm̄ mortale: nec etiā cōsensus in cogitationē: ergo p consequēs nec cōsensus in delectationē. ℂ Preterea exterioꝛ act⁹ fornicationis uel adulterij nō est pctm̄ mortale rōne

delectatōis: que etiā inuenit in actu matrimoniali sed rōne inordinationis ipsius actus: ꝫ ille q̄ psentit in delectationē nō ꝓpter hoc ꝓsentit in deordinationē actus: ergo non videt moraliter peccare. ¶ Preterea peccatū homicidij est grauiꝰ q̄ simplicis fornicationis: sed cōsentire in delectationez que cōsequitur cogitationē de homicidio nō ē peccatum mortale: ḡ multo minus ꝓsentire in delectationē que consequit cogitationē de fornicatione ē peccatū mortale. ¶ Preterea oratio dñica quotidie dicit ꝓ remissione venialiū: ut augꝰ dicit: sed consensum in delectationē augꝰ docet esse abolendum p orationē dñicam. Dicit enim in. iz. de tri. q̄ hoc est lōge minus peccatū q̄ si opere statuat implendū: ⁊ ideo ō talibꝰ quoq; cogitationibꝰ venia petēda est: pectusq; pcutiendū atq; dicendum. Dimitte nobis debita nostra: ḡ consensus in delectationē est peccatū veniale. ¶ Sed ꝑ ē qō augꝰ post pauca subdit. Totus hō dānabitur nisi hec que sine volūtate operādi: ꝫ tamē cum volūtate animū talibus oblectādi: soliꝰ cogitationis sentiūtur cē peccata: ꝓ mediatoris gratiā remittant. ꝫ nullus dānatur nisi ꝓ peccato mortali: ergo ꝓsensus i delectationē est pctm̄ mortale. ¶ Respōdeo dicendū q̄ circa hoc aliqui diuersimode opinati sunt. Quidam enim dixerūt q̄ consensus in delectationē nō est peccatū mortale sed veniale tm̄. Alij vero dixerunt q̄ est peccatū mortale. ⁊ hec opinio est coior ⁊ verisimilior. Est enim ꝓsiderandū q̄ cū oīs delectatio cōsequat aliquā operationez: vt dicit in. xᵐ. ethicoꝝ: ⁊ itez cū oīs delectatio habeat aliquod obiectū: delectatio q̄libet: potest ꝓparari ad duo: s. ad operationē quā consequit ⁊ ad obiectū i quo quis delectat. Cōtingit autē q̄ aliqua operatio sit obiectū delectationis sicut ⁊ aliqua alia res: quia ipsa operatio pōt accipi ut bonū ⁊ finis in quo q̄s delectatus requiescit: ⁊ quādoq; q̄dē ipsamet operatio quā consequit delectatio est obiectū delectationis: inq̄tum. s. vis appetitiua cuius est delectari reflectitur in ipsam operationē: sicut in quoddā bonum: puta cum aliquis cogitat ⁊ delectat de hoc ipso q̄ cogitat: inq̄tū sua cogitatio placet. Aliq; vero delectatio consequēs vnā operationez: puta cogitationē aliquā habet ꝓ obiecto aliā operationem quasi rem cogitatā: ⁊ tūc talis delectatio ꝓcedit ex inclinatione appetitus nō quidē in cogitationem sed in operationē cogitatā. Sic igit aliq̄s de fornicatōe cogitās de duobꝰ potest delectari: vno modo de ipsa cogitatione: alio modo de ipa fornicatione cogitata: delectatio autem de cogitatione ipsa sequitur inclinationē affectus in cogitationez ipsam: cogitatio aūt ipsa fm se nō est peccatū mortale: imo q̄nq; est veniale tm̄: puta cuz aliq̄s inutiliter cogitat de ea: q̄nq; aūt sine peccato oīno: puta cuz aliquis vtiliter de ea cogitat: sicut cū vult de ea p̄dicare vel disputare: ⁊ ideo p consequēs affectio ⁊ delectatio que sic est de cogitatione fornicationis nō est de genere peccati mortalis: sed quādoq; est peccatū veniale quādoq; nullū: vñ nec consensus in talē delectationē est peccatū mortale: ⁊ fm hoc

prima opinio habet veritatē: q̄ autē aliquis cogitans de fornicatione delectet ō ipso actu cogitato hoc cōtingit ex hoc q̄ affectio eius inclinata est in hunc actum. vnde q̄ aliquis cōsentiat in talē delectationē hoc nihil aliud est q̄ q̄ ipse ꝓsentiat i hoc q̄ affectus suus sit inclinatus in fornicationē: nullꝰ enim delectat nisi in eo qō est conforme appetitui eius: q̄ aūt aliquis ex deliberatione eligat q̄ affectus suus cōformet his q̄ fm se sunt peccata mortalia est peccatū mortale: vñ talis consensus in delectatione peccati mortalis est peccatum mortale: vt secūda opinio ponit. ¶ Ad primū ergo dicēdum q̄ cōsensus in delectationē pōt esse nō solum rōnis inferioris ꝫ etiā superioris: ut dictū est: ⁊ tñ ipsa ratio inferior pōt auerti a rōnibus eternis: qz etsi nō intēdit eis: ut fm eas regulās quod est proprium superioris rōnis intēdit tamē eis: ut fm eas regulata: ⁊ hoc modo ab eis se auertēs pōt peccare moraliter: nam ⁊ actus inferioꝝ viriū ⁊ etiam exterioꝝ mēbroꝝ possunt esse peccata mortalia fm q̄ deficit ordinatio superioris rōnis regulātis eos fm rationes eternas. ¶ Ad secundū dicendū q̄ consensus in peccatū quod est veniale ex genere est veniale peccatū: ⁊ fm hoc pōt concludi q̄ consensus in delectationē q̄ est de ipsa vana cogitatione fornicationis est peccatuz veniale: ꝫ delectatio que ē i ipso actu fornicationis de genere suo ē peccatum mortale: ꝫ q̄ ante cōsensum sit veniale peccatum tm̄: hoc est p accidēs. s. ꝓpter impfectionez actus que quidē impfectio tollitur p consensuz deliberatū supuenientē: vnde ex hoc adducit in suaz naturā ut sit peccatū mortale. ¶ Ad tertiū dicenduz q̄ ratio illa ꝓcedit de delectatione q̄ habet cogitationē pro obiecto. ¶ Ad quartū dicendum q̄ delectatio q̄ habet actum exteriorē ꝓ obiecto non potest esse absq; complacētia exterioris actus fm se: etiaz si nō statuatur implendū ꝓpter ꝓhibitionē alicuius superioris: vñ actus fit inordinatus: ⁊ p consequēs delectatio erit inordinata. ¶ Ad qn tum dicendū q̄ etiā consensus in delectationē que ꝓcedit ex cōplacētia actus homicidij cogitati est peccatū mortale: nō autē consensus in delectationē q̄ ꝓcedit ex complacētia cogitatiōis de homicidio. ¶ Ad sextū dicendū q̄ oratio dñica nō soluz ꝑ pcta venialia dicēda est: ꝫ etiā ꝓpta mortalia.

Bonuz sic proce

dit. Videt q̄ in supiori rōne nō possit esse peccatū veniale fm q̄ est directiua inferioꝝ viriū. i. fm q̄ consentit in actū peccati Dicit enim augᵘˢ in. iz. dē tri. q̄ ratio superior inhaeret rōnibꝰ eternis: ꝫ peccare moraliter est p auersionē a rationibꝰ eternis: ḡ videtur q̄ in superiori ratione nō possit cē peccatū nisi peccatum mortale. ¶ Preterea superior ratio se habet in vita spirituali tanq̄ principiū: sicut ⁊ cor in vita corporali ꝫ infirmitates cordis sunt mortales: ḡ peccata superioris rationis sunt mortalia. ¶ Preterea peccatū veniale fit mortale si fiat ex contēpto: sed hoc nō videtur esse sine contēptu: q̄ aliquis ex delibe-

ratione peccet etiã venialiter: cum ꝯ ꝓsensus rationis superioris semp sit cum deliberatione legis diuine: videt ꝙ nõ possit eẽ sine peccato mortali ꝓpter contẽptum diuine legis. ¶ Sed ꝛ cõsensus in actum peccati ptinet ad rationẽ superiorẽ: ut.ꝫ. dictũ est: sed cõsensus in actũ peccati venialis est peccatũ veniale: ꝯ in superiori ratiõe potest eẽ peccatum veniale. ¶ Respondeo dicendũ ꝙ sicut aug⁹ dicit in.12. de tri. ratio superior inheret rõnib⁹ eternis cõspiciẽdis aut cõsulẽdis. Conspiciẽdis quidẽ ſm ꝙ eoꝝ veritatẽ speculatur. Cõsulendis autem ſm ꝙ ꝓ rõnes eternas de alijs iudicat ⁊ ordinat: ad qõ ptinet ꝙ deliberãdo ꝓ rationes eternas cõsentit in aliquẽ actũ vel dissentit ab eo. Cõtingit ãt ꝙ inordinatio actus in quẽ cõsentit nõ ꝓtrariatur rationib⁹ eternis: quia nõ est cum auersione a fine vltimo: sicut contrariatur actus peccati mortalis ſz etiã ꝓter eas sicut actus peccati venialis: vñ qñ ratio superior in actum peccati venialis consentit nõ auertitur a rationibus eternis: vnde nõ peccat mortaliter sed venialiter. Et ꝓ hoc patet respõsio ad primũ. ¶ Ad secundũ dicendũ ꝙ duplex est infirmitas cordis. Una que est in ipsa substãtia cordis: ⁊ immutat naturalẽ complexionẽ ipsius: ⁊ talis infirmitas semp est mortalis. Alia est autẽ infirmitas cordis ꝓpter aliquã inordinationẽ vel mot⁹ ei⁹ vel alicuius coꝝ q̃ circumstãt cor: ⁊ talis infirmitas nõ semp est mortalis. Et similiter in ratione superiori semp est peccatũ mortale quãdo tollit totaliter ipsa ordinatio rationis superioris ad ꝓpriũ obiectũ quod est rationes eterne: ſz quãdo est inordinatio circa hoc nõ ẽ peccatũ mortale ſz veniale. ¶ Ad tertiũ dicendum ꝙ deliberatus cõsensus in peccatũ nõ semp ptinet ad contẽptum legis diuine: sed soluz qñ peccatũ legi diuine cõtrariatur.

Decimũ sic ꝓcedit. Videtur ꝙ in superiori rõne nõ possit esse peccatũ veniale ſm seipsaz

i. ſm ꝙ inspicit rationes eternas. Actus enim potentie nõ inuenitur esse deficiẽs nisi per hoc ꝙ inordinate se habet circa suum obiectũ: sed obiectũ superioris ratiõis sunt eterne rationes a quibus deordinari nõ est sine peccato mortali: ꝯ in superiori ratione nõ potest esse peccatum veniale ſm seipsaz. ¶ Preterea cum ratio sit vis deliberatiua actus rationis semp est cum deliberatione: ſz ois inordinatus motus in his que dei sunt si sit cum deliberatione est peccatuz mortale: ꝯ in rõne superiori ſm seipsam nunq̃ est peccatum veniale. ¶ Preterea cõtingit quãdoq; ꝙ peccatũ ex surreptione ẽ peccatũ veniale. peccatũ autẽ ex deliberatiõe est peccatũ mortale ꝓ hoc ꝙ ratio deliberãs recurrit ad aliquod maius bonũ: cõtra qõ homo agẽs grauiꝰ peccat: sicut cuz de actu delectabili inordinato rõ deliberat quod est cõtra legẽ dei: grauiꝰ peccat cõsentiẽdo q̃ si solũ consideraret qõ est ꝓtra virtutẽ moralem: ſz ratio superior nõ potest recurrere ad aliquod altius q̃ sit suum obiectum: ꝯ si motus ex surreptione nõ sit peccatũ mortale: neq; etiam deliberatio superueniẽs faciet ipsum esse peccatum mortale: quod patet esse falsum: nõ ergo in ratiõe superiori ſm seipsam potest esse peccatũ veniale. ¶ Sz ꝛ motus surreptitius infidelitatis est peccatum veniale: sed ptinet ad superiorẽ rationẽ scõm seipsam: ꝯ in ratiõe superiori nõ potest esse peccatum veniale ſm seipsaz: ꝯ in rõne supiori nõ põt eẽ pctũ veniale ſm seipsã. ¶ Respondeo dicendũ ꝙ ratio superior aliter fertur in suũ obiectũ: atq; aliter in obiecta inferioꝝ virium que ꝓ ipsam dirigũtur. In obiecta enim inferioꝝ viriũ nõ fertur nisi inq̃tum de eis cõsulit rationes eternas: vñ nõ fert in ea nisi ꝓ modũ deliberationis: deliberat⁹ autem consensus in his que ex genere suo sunt mortalia ẽ mortale peccatũ: ⁊ ideo ratio superior semp mortaliter peccat: si actus inferioꝝ virium in quos cõsentit sint peccata mortalia. Sed circa ꝓpriũ obiectum habet duos actus. ſ. simplicẽ intuitũ: ⁊ deliberationẽ: ſm ꝙ etiã de ꝓprio obiecto cõsulit rationes eternas: ſm aũt simplicẽ intuitũ potest aliquẽ inordinatũ motũ habere circa diuina: puta cũ ꝺs patitur subitũ infidelitatis motũ: ⁊ q̃uis infidelitas ſm suũ genus sit peccatũ mortale: tamẽ subitꝰ motus infidelitatis est peccatũ veniale: quia peccatum mortale nõ est nisi cõtra legẽ dei. Potest aũt aliquod hoꝝ que ptinẽt ad fidẽ subito rõni occurrere sub quadã alia ratione anteq̃ sup hoc cõsulat: vel cõsuli possit ratio eterna: idest lex dei: puta cũ quis resurrectionẽ mortuoꝝ subito apphẽdit ut impossibile ſm naturã: ⁊ simul apphẽdẽdo remittitur anteq̃ tẽpus habeat deliberãdi ꝙ hoc ẽ nob traditum vt credẽdum ſm legẽ diuinã. Si vero ꝑ hanc deliberationẽ motus infidelitatis maneat: ẽ peccatum mortale: ⁊ ideo circa ꝓpriũ obiectũ: etsi sit peccatũ mortale ex genere: põt ratio superior peecare venialiter in subitis motibus: vel etiã mortaliter ꝑ deliberatum consensum. In his autẽ q̃ ptinet ad inferiores vires semp peccat mortaliꝝ in his que sunt pctã mortalia ex suo genere nõ aũt in his que ſm suum genus sunt venialia peccata. ¶ Ad primũ ꝯ dicendum ꝙ peccatũ quod ẽ contra rationes eternas ⁊ si sit peccatũ mortale ex genere: põt tamẽ esse peccatum veniale propter infectionem actus subitꝰ: ut dictum est. ¶ Ad secundum dicendũ ꝙ in operatiuis ad rationẽ ad quaz pertinet deliberatio pertinet etiam simplex intuitus eoꝝ ex quibus deliberatio procedit: sicut etiã in speculatiuis ad rationẽ ptinet ⁊ syllogizare: et propositiones formare: ⁊ ideo etiam ratio potest habere subitum motum. ¶ Ad tertiũ dicendum ꝙ vna ⁊ eadẽ res potest diuersas cõsiderationes habere: quarum vna est altera altior: sicut deum esse: potest considerari vel inq̃tum est cognoscibile ratione humana vel inq̃tum traditur reuelatione diuina: que est consideratio altior: ⁊ ideo q̃uis obiectum rationis superioris sit quiddam ſm naturam rei altissimum: tamẽ potest etiam reduci in quandã altiorẽ considerationẽ: ⁊ hac ratione qõ in motu subito nõ erat peccatum mortale: per deliberationẽ reducentẽ in altiorẽ considerationem

fit peccatum mortale: sicut supra expositum est.

Questio. lxxv.

Einde cõside

randũ est de causis peccatorũ. Et ꝓmo in generali. scõdo in spali. Circa ꝓmũ querunt quattuor. Primo vtr peccatũ habeat causã. Secundo vtr habeat causam interiorem. Tertio vtrũ habeat causam exteriorem. Quarto vtr peccatũ sit causa peccati.

Bprimum sic pro

cedit. Videt q peccatũ non habeat causam. Peccatũ enim habet rõnem mali: ut dictũ est: sed malũ nõ habet causam ut dio nisius dicit. 4°. c. de di. no. g peccatũ nõ habet causam. Preterea cã est ad quã ō necessitate sequit aliud: sz qō est ex necessitate nõ videt esse peccatũ eo q oē peccatũ est voluntariũ: g pctm nõ hz causam. Preterea si peccatũ habet causã aut hz ꝓ cã bonũ aut malũ: nõ aũt bonũ qz bonũ nõ facit nisi bonũ: nõ enim põt arbor bona fructus malos facere: ut dicit matth. 7°. similiter aũt nec malũ põt esse cã peccati: qz malũ pene sequit ad peccatũ: malũ aũt culpe est idẽ qō pctm: pctm igit nõ hz causã. Sed ꝛ: oē quod fit habet causaz: qz ut dicit iob 5°. Nihil in terra sine cã fit: sz pctm fit. est eni dctm vel factũ vel ꝯcupitũ ꝛ legẽ dei: g pctm habet causam. Respondeo dicendũ q pctm est quidã act⁹ inordinatus. Ex parte igit actus põt habere ꝓ se causam sicut z quilibet alius actus: ex parte autez inordinationis habet causam eo mõ quo negatio uel ꝓuatio põt habere causã. Negationis aũt alicui⁹ põt duplex cã assignari. Primo qdẽ defectus cause. i. ipsi⁹ cãe: negatio est cã negatois sm seipsã ad remotionẽ enim cause sequit remotio effectus sicut obscuritatis cã est absentia solis. Alio modo cã affirmationis ad quã sequit negatio est ꝓ accns cã negationis ꝯsequẽtis: sicut ignis causando calorem ex ꝓncipali intẽtione: ꝯsequẽter causat ꝓuationem frigiditatis: quoz ꝑmũ põt sufficere ad simplicem negationẽ: sed cum inordinatio peccati et quodlibet malũ nõ sit simplex negatio: sed ꝓuatio eius quod quidẽ natũ est z debet habere: necesse ẽ q talis inordinatio habeat causam agentẽ ꝓ accidens quod enim natũ est ineſſe z debet nunq̃ abesset nisi ꝑter causam aliquã impedientẽ: z sm hoc cõsueuit dici qō malũ quod in quadã ꝓuatione ꝯsistit habet causam deficientẽ vel agentẽ ꝓ accidẽs: ois aũt cã p accidẽs reducit ad causam p se. Cum igit pctm ex parte inordinatiõis habeat causã agẽtem p accidẽs: ex parte aũt actus habeat causam agentẽ p se: sequit q inordinatio peccati cõsequat ex ipsa cã actus. Sic igit volũtas carẽs directiõe regule rõnis z legis diuine: intẽdẽs aliqō bonũ cõmutabile: causat actũ quidẽ pcti p se: sz inordinationem actus p accns z ꝑter intentionẽ: puenit eniz defectus ordinis in actu ex defectu directionis in volũtate. Ad primũ ergo dicendũ q pctm non solũ significat ipsam ꝓuationẽ boni q̃ est inordinatio: sed significat actũ sub tali ꝓuatiõe q̃ habet rõnem mali: qō quidẽ qualiter habeat causam: ut dictuz est. Ad secundũ dicendũ q si illa diffinitio cause vniuersaliter debeat verificari oportet vt intelligat de cã sufficiẽti z nõ impedita: contingit eni aliquid esse causaz sufficiẽtẽ alteri⁹: z tñ nõ ex necessitate sequit effectus ꝓpter aliqō impedimentũ supueniẽs: alioqn sequeret q oia ex necessitate cõtingerẽt: ut patet in. 6°. metaphice. Sic igit etsi peccatũ habeat causã: nõ tñ sequit q sit necessaria: qz effectus põt impediri. Ad tertiũ dicenduz q sicut dictũ est: volũtas sine adhibitiõe regule rõnis vel legis diuine est cã pcti: hꝰ autẽ qō ẽ nõ adhibere regulã rõnis uel legis diuine sm se nõ habet rõnẽ mali nec pene nec culpe antecq̃ applicet ad actũ vñ sm hoc pcti ꝓmi nõ est cã malũ aliqō: sed bonũ aliquod cũ absentia alicuius alterius boni.

B secundũ sic pro

cedit. Videt q pctm nõ habeat causã interiorẽ. Jd eniz qō est interi⁹ alicui⁹ rei semp adest ei: si igit peccatũ habeat causam interiorẽ semp hõ peccaret cum posita cã ponat effectus. Preterea idẽ nõ est cã sui ipsius: sed interiores mot⁹ hois sũt pctm: g ñ sũt cã pcti. Preterea quicqd ẽ intra hoiem aut est naturale aut voluntariũ: sed id qō est naturale nõ põt esse pcti cã qz pctm est ꝓtra naturã ut dicit damas. qō autẽ est voluntariũ si sit inordinatũ iam est pctm: nõ ergo aliqd intrinsecũ põt esse cã ꝓmi pcti. Sed ꝓtra est qō aug⁹. dicit q volũtas est cã pcti. Respondeo dicendũ q sicut iã dictũ est: p se causam peccati oportet accipere ex parte ipsius actus: act⁹ autẽ humani potest accipi cã interior z mediata z immediata. Immediata quidẽ cã humani actus est rõ z volũtas sm quã hõ est liber arbitrio: cã aũt remota est apprehẽsio sensitiue partis: z etiã appetitus sensitiuus. Sicut eni ex iudicio rõnis volũtas mouetur ad aliqd sm rõnez: ita etiã ex apprehẽsione sensus appetitus sensitiuus in aliqd inclinat: q̃ quidem inclinatio interdũ trahit voluntatẽ z rõnem: sicut infra patebit. Sic igit duplex cã pcti interior põt assignari: vna ꝓxima ex parte rõnis z volũtatis: alia vero remota ex parte imaginationis vel appetit⁹ sensitiui. Sed qz supra dictũ est q cã pcti est aliquod bonũ apparẽs motiuũ cum defectu debiti motiui. s. regule rõnis uel legis diuine: ipsum motiuũ quod est apparẽs bonum ptinet ad apprehensionẽ sensus z appetitũ: ipsa aũt absentia debite regule ptinet ad rationẽ q̃ nata est huiusmõi regulã ꝯsiderare: sed ipsa ꝑfectio volũtarij act⁹ pcti ptinet ad voluntatẽ: ita q ipse volũtatis act⁹ ꝓmissis suppositis iã est quod dã pctm. Ad ꝓmũ ergo dicendũ q id quod est intrinsecũ sicut potentia naturalis semp ineſt: id aũt quod est intrinsecũ sicut actus interior appetitiue vel apprehensiue virtutis nõ semp ineſt: ipsa autẽ potẽtia volũtatis est causa peccati in potẽtia: sed reducit in actũ ꝓ mo-

tus p̄cedentes ⁊ sensitiue partis p̄mo: ⁊ rōnis consequēter: ex hoc enim q̄ aliq̄d p̄ponit ut appetibile fm sensum: ⁊ appetitus sensitiuus inclinat in illud: ratio interdū cessat a p̄sideratione regule debite: ⁊ sic uolūtas p̄ducit actū pcti: qz igit mot⁹ p̄cedētes nō semp sunt in actu: neq; peccatū semper est in actu. ¶ Ad secundū dicendū q̄ nō oēs mot⁹ interiores sunt de substātia peccati: qō p̄sistit p̄ncipaliter in actu uolūtatis: sed quidā p̄cedūt ⁊ quidā consequunt ipsum peccatū. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ illud quod est cā peccati sicut potētia p̄ducens actū naturale: motus etiā sensitiue partis ex quo sequit peccatū interdū est naturalis: sicut cuz p̄pter appetitū cibi aliquis peccat: sz efficit pctm̄ innaturale ex hoc ipso q̄ deficit regula naturalis: quā hō fm naturā suā debet attendere.

Bertium sic p2o

ceditur. Videt q̄ peccatū non habeat causam exteriorē. ℙ Peccatū enim est actus uolūtarius: uolūtaria aūt sunt coz̄ que sunt in nobis: ⁊ ita nō habēt exteriorē causam: g̃ peccatū nō habet exteriorē causam. ¶ ℙ Preterea sicut natura est p̄ncipiū interius ita etiā uoluntas: sed peccatum in rebus naturalibus nunq̄ accidit nisi ex aliqua interiori cā: utpote monstruosi partus p2ouenīunt ex corruptione alicuius p̄ncipij interioris: ergo neq; in moralib⁹ potest p̄tingere peccatū nisi ex interiori cā: nō ergo habet peccatum causā exteriorē. ¶ ℙ Preterea multiplicata cā multiplicatur effectus: sz quāto plura sunt ⁊ maiora exteri⁹ inducētia ad peccandū: tāto minus id quod quis inordinate agit ei imputat ad peccatū: ergo nihil exterius est cā peccati. ¶ Sed p̄tra est qō dicitur numeri. 31⁰. Nōne isti sunt q̄ deceperūt filios isrl̄: ⁊ p̄uaricari vos fecerūt in dño sup peccato phogor: ergo aliquid exteri⁹ potest esse cā faciens peccare. ¶ Respondeo dicendū q̄ sicut. ś. dictū est: cā interior peccati est ⁊ uolūtas ut perficiēs actū peccati: ⁊ ratio q̄tum ad carentiā debite regule ⁊ appetitus sensitiu⁹ inclinās. Sic ergo aliquid extrin secum tripliciter posset esse cā peccati: uel q̄ moueret imediate ipsam uoluntatem: uel q̄ moueret rationem: uel quia moueret appetitū sensitiuum: uoluntatem autem ut. ś. dictū est: interius mouere nō potest nisi deus: qui nō potest esse cā peccati: ut infra ostendet. Unde relinquit q̄ nihil exteri⁹ p̄t esse cā peccati nisi uel inq̄tuz mouet rationē: sicut homo uel demō persuadens peccatū: uel sicut mouens appetitum sensitiuū: sicut aliqua sensibilia exteriora mouēt appetitū sensitiuū. Sed neq; psuasio exterior in reb⁹ agēdis ex necessitate mouet rationem: neq; etiā res exterius ꝓposite ex necessitate mouēt appetitū sensitiuum nisi forte aliquo mō dispositū: ⁊ tamē etiā appetitus sensitiuus non ex necessitate mouet rationē ⁊ uoluntatē: unde aliq̄d exterius potest esse aliqua cā mouens ad peccandū: nō tn̄ sufficiēter ad peccandū inducens: sed cā sufficiēter complēs peccatū ē sola uolūtas. ¶ Ad p̄mū g̃ dicendū q̄ ex hoc ipso q̄ exteriora mouē tia ad peccandū nō sufficiēter ⁊ ex necessitate īducunt: sequitur q̄ remaneat in nobis peccare ⁊ non peccare. ¶ Ad secundū dicendū q̄ p hoc q̄ ponitur interior cā peccati nō excludit̄ exterior: non enim id quod est exterius est cā peccati nisi mediāte cā interiori: ut dictū est. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ multiplicatis exteriorib⁹ causis inclinātibus ad peccandū multiplicant actus peccati: qui plures ex illis causis ⁊ pluries inclināt ad actus peccati: sed tamē minuitur ratio culpe que p̄sistit in hoc q̄ aliquid sit uoluntariū ⁊ in nobis.

Bquartuz sic p2o

cedit. Videt q̄ peccatū nō sit cā peccati. Sunt enim quattuor genera causarum quoz̄ nullus potest ad hoc congruere: q̄ peccatum sit cā peccati: finis enim habet rationez boni quod nō competit peccato quod de sua ratione est malum: ⁊ eadem ratione nec peccatū potest eē cā efficiens: quia malum nō est causa agens: sed infirmū ⁊ impotens: ut dionysius dicit. 4⁰. c. de di. no. cā autem materialis ⁊ formalis uidentur habere solum locum in naturalibus corporibus: q̄ sunt cōpōsita ex materia ⁊ forma: ergo peccatū nō potest habere causam materialē ⁊ formalē. ¶ ℙ Preterea agere sibi simile est rei perfecte: ut dicitur in 4⁰ ethicoz̄: sed peccatū de sui ratione est imperfectum: ergo peccatū nō p̄ōt esse cā peccati. ¶ ℙ Preterea si huius peccati sit cā aliud peccatum: eadez ratione ⁊ illius erit causa aliquod aliud peccatuz: ⁊ sic p̄cedetur in infinitum: quod est inconuenīēs nō ergo peccatū est causa peccati. ¶ Sed p̄tra est quod greg. dicit super ezech. ℙ Peccatū quod p penitentiam citi⁹ nō deletur peccatū est ⁊ cā peccati. ¶ Respōdeo dicendū q̄ cū pctm̄ habeat causā ex pte actus: hoc mō unum peccatū posset esse cā alterius: sicut unus actus humanus potest esse cā alterius. Contingit igitur unū peccatū esse causam alterius fm quattuor genera causaruz. ℙ Primo q̄dem fm modū cause efficientis uel mouentis ⁊ p se ⁊ per accidens. ℙ Per accidens quidem sicut remouens p2ohibens dicitur mouens per accidens cum eni p unū actum peccati homo amittit gratiā uel charitatez uel uerecundiā uel quodcūq; aliud retrahens a peccato: incidit ex hoc in aliud peccatum: ⁊ sic primū peccatuz est causa secundi p accidens. ℙ Per se quidem sicut cum ex uno actu peccati homo disponitur ad hoc q̄ alium actum consimilem facilius cōmittit: ex actibus eniz causantur dispositiones ⁊ habitus inclinātes ad similes act⁹ Secundū uero genus cause materialis unū peccatum est causa alterius inq̄tum p̄parat ei materiā sicut auaritia p̄parat materiam litigio: qō plerūq; est de diuitūs cōgregatis. Secundū uero gen⁹ cause finalis unum peccatū est causa alterius inq̄tum p̄pter finem unius peccati aliquis cōmittit aliud peccatum: sicut cū aliquis cōmittit simoniā p̄pter finem ambitionis: uel fornicationē p̄pter furtum. Et quia finis dat formā in moralib⁹: ut. ś. habituz est: ex hoc etiā sequitur q̄ unū peccatū sit formalis

cā alterius: in actu enīz fornicationis que propter furtū cōmittit: est quidē fornicatio sicut materiale furtū vero sicut formale. ¶ Ad primū g̃ dicendū q̄ peccatū inq̄tū est inordinatū hz rōnez mali: sed inq̄tū est act⁹ q̄dā hz aliq̄ bonū saltez apparēs p fine: z ita ex parte act⁹ pōt cē cā z finalis z affectiua alteri⁹ peccati: lz nō ex parte inordinatōis: materiā aūt habz peccatū nō ex q̄: sz circa quā: formā aūt habet ex fine: z iō fm q̄ttuor genera causaruz peccatuz pōt dici cā peccati: ut dictū est. ¶ Ad 2m dō q̄ peccatū est ipfectū impfectiōe morali ex pte inordinatōis: sz ex parte act⁹ pōt habere pfectionē nature: z fm hoc pōt esse cā pcti. ¶ Ad 3m dō q̄ nō oīs cā pcti est peccatū vñ nō oportet ut ꝓcedat in infinitū: sz pōt pueniri ad aliq̄ peccatū: cui⁹ cā nō est aliud peccatū. Questio. lxxvj.

Einde cōsidē

randū est ō causis pcti i spāli. Et pmo de causis interioribꝰ pcti. Secūdo de exterioribꝰ. Tertio de pctis q̄ sūt cā alioꝝ pctōꝝ. Prima aūt cōsideratio fm p̄missa erit triptita: nā pmo aget de ignorātia q̄ est cā pcti ex parte rōnis. Secūdo de infirmitate seu passione q̄ est cā pcti ex parte appetit⁹ sensitiui. Tertio ō malicia q̄ est cā pcti ex parte volūtatis. Circa pmū q̄runt quattuor. Primo vtrū ignorātia sit cā pcti. Secūdo vtrū ignorātia sit pctm̄. Tertio vtrū totaliter a pctō excuset. Quarto vtrū diminuat pctm̄

Bprimum sic pro

cedit. Videt q̄ ignorātia nō possit cē cā pcti: q: qō nō est: nulli⁹ ē cā: sz ignorātia nō est ens: cū sit p̄uatio quedā scie: g̃ ignorantia est nō cā pcti. ¶ Preterea cause pcti sunt accipiēde ex parte auersionis: ut supra dictis patet: sz ignorātia videt respicere auersionē: g̃ nō debet poni cā pcti. ¶ Preterea oē peccatū in volūtate ꝓsistit: ut. ā. dictum est: sed volūtas non fert nisi in aliquod cognitū: q: bonū apphensum est obiectū volūtatis: g̃ ignorātia nō pōt esse cā pcti. ¶ Sed ꝓtra est qō aug⁹ dicit in li de natura z gratia q̄ quedā p ignorantiā peccant. ¶ Respōdeo dicendū q̄ fm phm in. g° phycoꝝ: cā mouēs est duplex: vna p se: z alia p accidēs. Per se quidē est q̄ ꝓpria virtute mouet: sicut generās est cā mouēs grauia z leuia. Per accidēs aūt sicut remouēs phibēs: vel sicut ipsa remotio phibētis: z hoc mō ignorātia potest esse act⁹ cā pcti. est enī p̄uatio scientie pficientis rationē q̄ phibet actū pcti inq̄tum dirigit actus humanos. Considerandū est aūt q̄ rō fm duplicē scientiam est humanoꝝ actuū directiua. s. fm scientiaz vniuersalē z particularē: conferēs enim de agēdis vtitur quodā syllogismo: cuius cōclusio iudicium est seu electio vel operatio: actiones aūt in singularibus sunt. vñ ꝓclusio syllogismi operatiui est singularis: singularis aūt ꝓpositio nō ꝓcludit ex vniuersali nisi mediāte aliqua ꝓpositione singulari: sicut homo prohibet ab actū patricidij per hoc q̄ scit patrem non esse occidendum: z per hoc q̄ scit hunc esse patrē vtriusq̄: ergo ignorātia potest causare patricidij actum. s. z vniuersalis principij: qō est quedā regula rationis z singularis circūstantie vnde patet q̄ nō quelibet ignorātia peccātis est cā peccati: sz illa tm̄ que tollit scientiā phibentē actū peccati: vnde si volūtas alicuius esset sic disposita q̄ nō prohiberet actu patricidij: etiā si patrē agnosceret ignorātia patris nō est hic causa peccati: sed concomitanter se habet ad peccatuz: z ideo talis nō peccat ꝓpter ignorantiā: sed peccat ignorās fm phm in. 3° ethicoꝝ. ¶ Ad primū ergo dicēdum q̄ nō ens nō potest esse alicui⁹ causa per se: potest tamen esse causa per accidens sicut remotio prohibentis. ¶ Ad secundū dicendū q̄ sicut sciētia quā tollit ignorantia respicit peccatū ex parte conuersionis: ita etiam ignorantia ex parte conuersionis est causa peccati: ut remouens prohibens. ¶ Ad tertiū dicendum q̄ in illud quod est q̄tum ad oīa ignotū nō pōt ferri volūtas: sed si aliq̄d est fm aliquid notum: z fm aliquid ignotū: potest volūtas illud velle: z hoc modo ignorantia est causa peccati: sicut cum aliquis scit hunc quem occidit esse hominem: sed nescit eum esse patrē: uel cū aliquis scit aliq̄s actū cē delectabilez nescit tn̄ eū cē pctm̄

B secundū sic pro

cedit. Videt q̄ ignorantia non sit peccatum. Peccatum enim est dictū vel factum uel concubitū cōtra legē dei: ut. ā. habitum est: sed ignorantia nō importat aliquē actū neq: interiorem neq: exteriorē: ergo ignorantia nō ē peccatū ¶ Preterea peccatū directius opponit gratie q̄ scientie: sed priuatio gratie nō est peccatū: sz magis pena quedaz consequēs peccatū: ergo ignorantia que est priuatio scientie non est peccatum. ¶ Preterea si ignorātia est peccatū hoc nō est nisi inq̄tum est volūtaria: sed si ignorātia sit peccatū inq̄tum est volūtaria: videt peccatuz in ipso actu volūtatis cōsistere magis q̄ ignorātia: ergo i ignorantia nō erit pctm̄: sed magis aliquid consequens ad peccatū. ¶ Preterea omne peccatū per penitentiam tollitur: nec aliquod peccatū transiēs reatu remanet actu nisi solū originale: ignorantia aūt nō tollitur per penitentiā: sz adhuc remanet actu omni reatu per penitentiā remoto: ergo ignorantia nō est peccatū nisi forte sit originale. ¶ Preterea si ipsa ignorātia sit pctm̄ q̄diu remaneret ignorātia in hoīe tādiu actu peccaret: sed cōtinue manet ignorātia in ignorāte: g̃ ignorās ꝓtinue peccaret: quod patet esse falsum: q: sic ignorātia cēt grauissimū: nō g̃ ignorātia est peccatū. ¶ Sed ꝓ: nihil meretur penā nisi peccatū: sed ignorātia meret penam fm illud. j. ad cozinth. i4°. Si q̄s ignorat ignorabitur: g̃ ignorātia est peccatū. ¶ Respondeo dicendū q̄ ignorātia in hoc a nescientia differt: q: nesciētia dicit simplicē sciētie negationē: vñ cuicūq: deest aliqua rez sciētia: pōt dici nescire illā: scōm quē modū Dionysi⁹ in angelis nesciētiā pōit. 6°. c.

ce.hierarchie:ignorãtia vero ipoztat scie ꝑuatiõnẽ.dñi.s.alicui deest scia eoꝝ que aptꝰ natus est scire.Hoꝝ aũt quedã aliqs scire tenet:illa.s.sine qno rũ scia nõ põt debitũ actuꝫ recte exercere: vñ oẽs tenẽt scire cõiter ea que sũt fidei ⁊ vĩa iuris precepta.singuli ãt ea q̃ ad eoꝝ statũ vel officiũ spectãt. Unusqsq; vero scire tenet ea q̃ ad suũ officiuꝫ spectãt.Quedã vero sũt q̃ ⁊si aliqs natꝰ est scire:non tñ ea scire tenet:sicut thoremata geometrie ⁊ ꝓtingentia ꝓticularia nisi in casu. Manifestũ est autez ꝙ quicũq; negligit hẽre vel facere id qõ tenet hẽre vel facere:peccat pctõ omissiõis:vñ pp negligẽtiã ignorãtia eoꝝ q̃ aliquis scire tenet est pctm:nõ autẽ iputat hoi ad negligẽtiã si nesciat ea q̃ scire non potest: vñ hoꝝ ignorãtia inuincibilis dicit:qz studio supari nõ põt:⁊ ꝓpter hoc talis ignorãtia cuꝫ non sit voluntaria eo ꝙ non est in ptate nostra eã repellere non est peccatum:ex quo patet ꝙ nulla ignorantia inuincibilis est peccatum ignorantia autem vincibilis est pctm si sit eoꝝ qui aliqs scire tenet:nõ aũt si sit eoꝝ q̃ quis scire nõ tenet. Ad ꝓmũ ġ dicẽdũ.ꝙ sicut ꝫ dictũ est:i hoc ꝙ dicit dñm vel factũ vel ꝓcupitũ sũt intelligẽde etiã negatiões oppositẽ fm ꝙ omissio hꝫ rõnẽ pcti: ⁊ ita negligẽtia fm quã ignorãtia ẽ pctm cõtinet sub ꝑdicta diffinitiõe pcti:inq̃tũ ptermittit aliqd qõ debuit dici vel fieri vel ꝓcupisci ad sciam debitã acquirẽdaꝫ. Ad scõm dõ.ꝙ ꝑuatio gratie ⁊si fm se non sit pctm:tñ rõne negligẽtie ꝑparãdi se ad gratiã põt habere rõnẽ peccati: sicut ⁊ ignorantia:⁊ tñ q̃tuꝫ ad hoc est dissimile:qz homo põt aliquã sciam acquirere p suos actus.gratia vero nõ acq̃rit ex nostris actibꝰ:sed ex dei munere. Ad tertiũ dõ.ꝙ sicut in pctõ trãsgressiõis pctm ñ ꝓsistit i solo actu volũtatis:sed etiaꝫ in actu volito qui est iperatꝰ a volũtate:ita in pctõ omissiõis nõ solũ actꝰ volũtatis est pctm:sed etiã ipsa omissio inq̃tũ ẽ aliqliter volũtaria:⁊ hoc mõ ipsa negligẽtia sciẽdi vel etiã ipsa incõsideratio est pctm. Ad quartũ dõ ꝙ ꝫ trãseunte reatu p pniam remaneat ignorãtia ꝑ ꝙ est ꝑuatio scie:nõ tñ remanet negligẽtia fm quam ignorãtia pctm dicit. Ad quintuꝫ dõ ꝙ sicut in alĩs pctis omissiõis solo illo tpe hõ actu peccat ꝑ quo ꝓceptũ affirmatiuũ obligat: ita est ⁊ de pctõ ignorãtie.nõ enĩ ꝓtinue ignorãs actu peccat: ꝫ solũ qñ est tps acquirẽdi sciam quã habere tenet.

D tertium ſc pro

cedit. Uidet ꝙ ignorantia ex toto excuset a pctõ:qz vt aug.dicit. oẽ pctm volũtariũ est:sed ignorãtia causat in[illegible]tariũ:ut ꝫ hitũ est.ġ ignorãtia totaliter excusat [illegible]catum. Preterea id qõ aliqs facit ꝓter intẽ[illegible]nẽ per accns agit:sed intentio nõ põt cẽ de eo q[illegible] ignotuꝫ:ġ id qõ p ignorãtiã hõ agit p accns [illegible] actibus hũanis:sed qõ est p accns nõ dat spẽ[illegible]:ñ ġ qõ est per ignorãtiã factũ debet iudicari [illegible] vel virtuosũ in humanis actibus. Ꝑ[illegible]hõ est subiectũ virtutis ⁊ peccati inq̃tũ [illegible] rõnis:sed ignoran[illegible]excusat[illegible]q[illegible]ticiat ergo ignorãtia totaliter excusat a pctõ. Sꝫ cõtra est qõ aug.dicit in li.de li. arbitrio:ꝙ quedam per ignorantiã facta recte imputãt:sed soluꝫ illa recte iputãt que sũt pctã:ġ quedã p ignorãtiã facta sunt pctã.nõ ergo ignorãtia oino excusat peccatũ. Rñ.dõ.ꝙ ignorãtia de se hꝫ ꝙ faciat actũ quẽ causat inuolũtariũ esse:iã aũt dictũ est ꝙ ignorantia dicitur causare actũ quẽ scia opposita prohibebat:⁊ ita talis actus si scia adesset:esset contrarius volũtati:qõ importat nomẽ inuoluntarij si vero scia que per ignorãtiã ꝑuat nõ ꝓhiberet actum ꝓpter inclinationẽ volũtatis in ipm ignorantia huius scie non facit hoiem inuolũtariũ: sed non volentẽ:vt dicitur in.ꝫ.ethicoꝝ.⁊ talis ignorantia que non est causa actus peccati vt dictũ est quia non causat inuolũtariũ:non excusat a peccato.Et eadem ratio est de quacũq; ignorantia non causante sed cõsequẽte vel cõcomitante actuꝫ peccati:sed ignorantia que est causa actus: qz causat inuoluntariũ:de se habet ꝙ excuset a peccato:eo ꝙ volũtariũ est ꝫ rõne peccati.Sed ꝙ aliquando non totaliter excuset a peccato potest contingere ex duobus.Uno modo ex ꝑte rei ipsius ignorãte intantũ enim ignorãtia excusat a peccato inq̃tuꝫ ignoratur aliquid esse peccatũ.potest aũt contingere ꝙ aliquis ignoret quidẽ aliquã circũstantiaꝫ peccati:quam si sciret retraheretur a peccando si ue illa circunstantia faciat ad rationẽ peccati siue non:⁊ tamen adhuc remanet in eius sciẽtia aliqd per qõ cognoscit illud esse actum peccati: puta si aliquis percutiens aliquẽ sciat quidẽ ipm esse hominẽ:qõ sufficit ad rõnẽ peccati:non tamẽ scit eũ esse patrem:quod est circũstantia ꝓstituens nouã speciem peccati:vel forte nescit ꝙ ille se defendẽs repcutiat eum:quod si sciret nõ ꝓcuteret: qõ non ꝓtinet ad rõnem peccati:vnde ꝫ talis ꝓpter ignorantiã peccet:non tamẽ totaliter excusat a peccato:qz adhuc remanet ei cognitio peccati.Alio mõ põt hoc contingere ex ꝑte ipsiꝰ ignorãtie:qz.s. ipa ignorantia est voluntaria vel directe:sicut cũ aliquis studiose vult nescire aliqua vt liberiꝰ peccet: vel indirecte:sicut cũ aliquis ꝓpter laboꝛẽ vel ꝓpter alias occupatiões negligit adiscere id per qõ a peccato retraheret.talis enĩ negligẽtia facit ignorantiã ipam esse volũtariã ⁊ peccatũ:dũmõ sit eorũ que quis scire tenet ⁊ põt:⁊ ideo talis ignorantia ñ totaliter excusat a peccato. Si vero sit talis ignorãtia que oino sit inuolũtaria siue qz est inuincibilis:siue qz est eius qõ quis scire nõ tenet: talis ignorãtia oino excusat a pctõ. Ad ꝓmuꝫ ergo dõ.ꝙ non omnis ignorantia causat inuoluntariũ sicut ꝫ dictũ est.vnde non oĩs ignorantia totaliter excusat a peccato. Ad scõm dõ.ꝙ inq̃tũ remanet ignorante de volũtario:intãtũ remanet de intentione peccati:⁊ fm hoc nõ erit p accidẽs pctm Ad tertium dicẽdũ.ꝙ si eẽt talis ignorantia q̃ totaliter vsuꝫ rõnis excluderet oino a peccato excusaret sicut patet in furiosis ⁊ amentibꝰ:non aũt semper ignorantia causans peccatũ est talis: ⁊ iõ non semp totaliter excusat a peccato.

D quartuz sic pro

ceditur. Videtur q ignorantia nō diminuit peccatū. Illud enī qđ est commune in oī peccato nō diminuit peccatū: sed ignorātia est cōmune in omni peccato Dicit enī pbus in 3°. ethi. q oīs malus est ignorāns: ergo ignorātia nō diminuit peccatū. ¶ Preterea peccatū additum peccato facit maius peccatū: sed ipsa ignorātia est peccatū: vt dictū est: ergo non diminuit peccatuz. ¶ Preterea nō est eiusdem aggrauare z diminuere peccatū: sed ignorātia aggrauat peccatū: qm̄ super illud Apli. Ignorās quoniā benignitas dei z cē dicit Ambrosius. Grauissime peccas si ignoras. g ignorantia nō diminuit peccatū. ¶ Preterea si aliqua ignorātia diminuit peccatū hoc maxime videtur de illa que totaliter tollit vsuz rōnis: sed huiusmodi ignorātia non minuit peccatū: sed magis auget. Dicit enī pbs in 2°. ethi. q ebrius meret duplices maledictiones: g ignorātia non minuit pctm̄ ¶ Sed ꝓtra: quicquid est rō remissiōis peccati alleuiat peccatū. sed ignorātia est huiusmodi: vt patet. i. ad Thimot. ꝑmo. Misericordiā cōsecut⁹ sū q ignorans feci. ergo ignorātia diminuit vel alleuiat peccatum. ¶ Rñ. dō q q omne peccatuz est voluntarium: intantuz ignorantia potest diminuere peccatum inquantū diminuit volūtariū: si autē voluntarium nō diminuat: nullo modo diminuet peccatum. Manifestum est aūt q ignorantia que totaliter a peccato excusat: q totaliter voluntarium tollit peccatū nō minuit: sed oīno aufert: ignorantia vero que non est causa peccati: sed cōcomitāter se habet ad peccatum: nec minuit peccatum nec auget. Illa igitur sola ignorantia potest peccatum minuere que est causa peccati. z tamen totaliter a peccato non excusat. Contingit autē qñq; q talis ignorantia directe z per se est voluntaria: sicut cum aliquis sua sponte nescit aliquid vt liberius peccet: z talis ignorantia videt augere volūtariuz z peccatū: ex intensione enī volūtatis ad peccāduz, puenit q aliquis vult subire ignorātie dānum ꝓpter libertatē peccandi. Qñq; vero ignorātia que est causa peccati non est directe volūtaria sed indirecte vel per accidens: puta cum aliqs nō vult laborare in studio: ex quo sequitur eum esse ignorātem: vel cum aliquis vult bibere vinū īmoderate: ex quo sequitur eum inebriari z discretione carere: z talis ignorātia diminuit voluntarium z per consequēs peccatum. cum enī aliquid nō cognoscitur esse peccatum: non potest dici q voluntas directe z per se feratur in peccatuz: sed per accidens: vnde est ibi minor cōemptus: z per consequens minus peccatum. ¶ Adprimuz ergo dō q ignorantia ꝑm quam omnis malus est ignorās non est causa peccati: sed aliquid cōsequēs ad causam. s. ad passionem vel habituz inclinantē in peccatum. ¶ Ad scōm dicendū q peccatum peccato additū facit plura peccata: non tamē facit semper maius peccatū: q; forte non coincidunt in idē peccatum: sed sunt plura: z potest contingere si ꝑmū diminuat secundū q ambo simul non habeant tātam grauitatē quātam vnuz solū haberet: sicut homicidium grauius peccatuz est si sit a sobrio hoie factum q; si fiat ab ebrio homīe: q; quis hec sint duo peccata: q; ebrietas plus diminuit de rōne sequentis peccati: q; sit sua grauitas. ¶ Ad tertiū dicendū q verbum Ambrosij potest intelligi de ignorātia simpliciter affectata: vel pōt intelligi in genere peccati ingratitudinis in qua summus gradus est q homo etiam beneficia non recognoscat: vel potest intelligi de ignorantia infidelitatis que fundamentum spūalis edificij subuertit. ¶ Ad quartuz dō q ebrius meretur quidem duplices maledictiones ꝓpter duo peccata que cōmittit. s. ebrietatez z aliud peccatum quod ex ebrietate sequit: tamen ebrietas rōne ignorātie adiuncte diminuit sequēs peccatū: z forte plus q; sit grauitas ipsius ebrietatis vt dictum est. Vel pōt dici q illud verbū inducitur ꝑm ordinationē cuiusdā pythaci legislatoris qui statuit ebrios si pcusserint amplius puniēdos non ad venīā respicies quā ebrij debent magis habere: sed ad vtilitatē: q; pluries iniuriātur ebrij q; sobrij: vt patet per pbm in. 2°. politicoꝝ.

Questio. lxxvij.

Einde cōsidē

randū est de cā peccati ex pte appetit⁹ sensitiui: vtz passio aie sit cā peccati. Et circa hoc q̄rūtur octo. ¶ Primo vtz passio appetit⁹ sensitiui possit mouere vel inclinare volūtatē. 2°. vtz possit supare rōnē cōtra ci⁹ scientiā. 3°. vtz peccatū qđ ex passiōe ꝓuenit sit peccatū ex ifirmitate. 4°. vtz hec passio que est amor sui sit cā omnis peccati. 5°. de illis tribꝰ causis que ponūtur. i. Jo. 3. cōcupiscētia oculoꝝ: concupiscētia carnis: z supbia vite. 6°. vtz passio que est cā pcti diminuat ipm̄. 7°. vtz totaliter excuset. 8°. vtrum peccatuz qđ ex passione est possit esse mortale.

D primum sic pro

cedit. Videt q volūtas non moueat a passiōe appetit⁹ sensitiui: nulla enīz potētia passiua mouet nisi a suo obiecto: volūtas aūt est potētia passiua z actiua simul inq̄tū est mouens z mota: sicut pbs dicit i. 3. de aia vliter de vi appetitiua: cū g obiectū volūtatis nō sit passio appetit⁹ sensitiui: sed magis bonū rōnis: videt q passio appetit⁹ sensitiui nō moueat volūtatē. ¶ Preterea superior motor ñ mouet ab inferiori: sicut aia nō mouet a corpe: sed volūtas que est appetit⁹ rōnis cōparat ad appetitū sensitiuū: sicut motor superior ad inferiorē. Dicit enī pbs in. 3. de aia q appetit⁹ rōnis mouet appetitū sensitiuū: sicut in corporibus celestib⁹ spera mouet sperā: g volūtas nō pōt moueri a passiōe appetit⁹ sensitiui. ¶ Preterea nullū īmale pt moueri ab aliq̄ mali: 3 volūtas ē potētia q̄dā īmaterial. nō enī vtit organo corpali cum sit in rōne: vt dicitur in. 3°. de aia. appetitus

aũt sensitiuus est vis mãlis. vtpote fũdata in orga no corpali. ḡ passio appetit⁹ sensitiui nõ põt move re appetitũ intellectiuũ. ¶ Sed cõtra est qđ dicit Daniel. 13. Lõcupiscẽtia subuertit cor tuũ. ¶ Rñ. dđ. q passio appetitus sensitiui nõ põt directe tra bere aut movere volũtatẽ: 3 indirecte põt: 7 hoc dupliciter. Uno quidẽ modo fm quandaz abstra ctionẽ. cum enĩ oẽs potẽtie aie in vna eẽntia aie ra dicentur: necesse est q qñ vna potentia intenditur ĩ suo actu: altera ĩ suo actu remittat: vel etiã totali ter in suo actu impediat: tũ qr ois virtus ad plura dispsa fit minor: vnde econtrario quãdo intendit circa vnum minus põt ad alia dispgi: tuz qr in opi b⁹ ale aialibus requirit quedã intensio: que duz vehementer applicatur ad vnũ non põt alteri ve hementer attendere: 7 fm hunc modũ p quãdam distractionẽ quãdo motus appetit⁹ sensitiui fortificatur fm quãcũq; passionẽ necesse est q remitta tur vel totaliter impediat motus ꝓprius appetit⁹ rõnalis: qui est voluntas. Alio modo ex pte obiecti voluntatis quod est bonũ rõne apphensuz. impeditur enĩ iudicium 7 apphensio rõnis ꝓpter ve hementẽ 7 inordinatã apphensionẽ imaginatiõis 7 iudiciũ virtutis estimatiue: vt patet in amẽti b⁹. ¶ Manifestũ est autem q passionẽ appetitus sensitiui sequitur imaginatiõis apphensio 7 iudicium estimatiue: sicut etiã dispõnem lingue sequitur iudicium gustus: vnde videmus q boles in aliqua passione existentes non facile imaginationẽ auertunt ab his circa que afficiũtur: vnde p cõsequens iudicium rationis plerũq; sequitur passionez appetitus sensitiui: 7 per cõsequens motus volũtatis qui natus est semper sequi iudiciũ ratiõis. ¶ Ad primũ ergo dđ q per passionem appetitus sensitiui fit aliqua ĩmutatio circa iudiciũ de obiecto voluntatis: sicut dictũ est: q̃uis ipa passio appetitus sensitiui nõ sit directe volũtatis obiectum. ¶ Ad scđz dđ. q superius non movetur ab inferiori directe: sed indirecte quodãmodo moueri põt: sicut dictum est. Et similiter dicendũ est ad tertium.

ℬ secundũ sic ꝓceditur. Videt q ratio non possit superari a passione contra suam scientiam. Fortius enim non vincitur a debiliori: 3 scientia ꝓpter suam certitudinẽ est fortissimũ eorum que in nobis sunt. ergo non põt superari a passione que est debilis 7 cito transiens. ¶ Preterea volũtas non est nisi boni vel apparentis boni: sed cum passio trahit voluntatẽ in id qđ est vere bonũ: nõ inclinat rõnem cõtra sciam: cum aũt trahit ea ĩ id qđ est apparens bonũ 7 non existens: trahit eã in id qđ roni videtur. hoc autẽ est in scia rõnis qđ ei videtur: ergo passio nũquã inclinat rõnem ꝓtra suam sciam. Si dicatur q trahit rõnem scientẽ alicuid in vli vt cõtrariũ iudicet in pticulari. Cõtra vlis 7 pticularis ꝓpositio si opponãtur: opponũt fm ꝓtradictionẽ: sicut ois hõ 7 nõ omnis hõ: sed due opiniones que sunt cõtradictorie sunt cõtrarie: vt dicit in. 2°. phiarmenias. si igitur aliqs scies aliquid in vli iudicaret oppositũ in singulari seq̃retur q haberet simul cõtrarias opiniones qđ est impossibile. ¶ Preterea quicũq; scit vle scit etiã pticulare qđ nouit sub vniuersali cõtineri: sicut q scit oẽm mulam esse sterilẽ scit hoc aial esse sterile dũmodo ipm sciat esse mulã: vt patet per id qđ dicitur in ꝑmo posterioꝝ: sed ille qui scit aliquid in vli: puta nullã fornicationẽ eẽ faciẽdã: scit hoc pticulare sub vli cõtineri: puta hũc actũ eẽ fornicariũ ḡ videt q etiã in pticulari sciat. ¶ Preterea ea q̃ sunt in voce sunt signa intellectus aie fm phm: sed hõ in passione existens frequẽter confitetur id qđ eligit esse malum etiam in pticulari: ergo etiã in pticulari habet sciam: sic igitur videtur q passiões non possint trahere rõnem cõtra scism vlem: qr non potest esse q habeat sciam vlem 7 estimet oppositum in pticulari. ¶ Sed ꝑtra est qđ dicit apostolus Ro. 7°. Uideo aliam legem in membris meis repugnantẽ legi mentis mee: 7 captiuantez me in lege peccati. lex aũt que est in mẽbris est concupiscentia: de qua supra locutus fuerat cum igit cõcupiscentia sit passio quedam videt q passio trahat rõnem etiã contra hoc quod scit. ¶ Rñ. dđ q opinio Socratis fuit vt phs dicit in. 7°. ethi. q scientia nunq̃ posset superari a passiõe: vnde ponebat omnes virtutes esse scientias: 7 omnia peccata eẽ ignorantias: in quo quidez aliqualiter recte sapiebat: quia cuz voluntas sit boni vel apparentis boni: nunquã voluntas in maluz moueret nisi qđ nõ est bonum aliqualiter rationi bonum appareat: 7 ꝓpter hoc voluntas nunquaz in malum tenderet nisi cum aliqua ignorãtia vel erroꝛe rationis. vnde dicitur ꝓuer. 14°. Errant qui operantur malz. Sed quia experimẽto patet q multi agunt cõtra ea quoꝝ scientiam habent: 7 hoc etiam auctoritate diuina confirmatur: fm illud Luce. 12°. Seruus qui cognouit voluntatem dñi sui 7 non facit plagis vapulabit multis. Et Jacobi. 4. dicit. Scienti bonũ facere 7 non facienti: peccatũ est illi: nõ simpliciter vez dixit: sed oportet distinguere: vt phs tradit in septimo ethi. Cum enĩ ad recte agẽdum homo dirigatur duplici scia. s. vniuersali 7 pticulari: vtriusq; defectus sufficit ad hoc q impediatur rectitudo voluntatis 7 operis: vt ꝫ dictuz est. Contingit ergo q aliquis habet sciẽtiaz in vniuersali: puta nullã fornicationẽ esse faciendã: sed tamen non cognoscat in pticulari hunc actuz qui est fornicatio: non esse faciendum: 7 hoc sufficit ad hoc q voluntas non sequat vniuersalem sciam rationis. Et itez consideranduz est q nihil prohibet aliquid sciri in habitu quod tamen actu non consideratur. Potest igitur contingere q aliquis etiã rectã scientiaz habeat in singulari 7 non solum in vniuersali: sed tamen in actu non ꝓsiderat: 7 tunc non videtur difficile q preter id quod actu nõ cõsiderat homo agat: q autẽ homo non consideret in particulari id quod habitualiter scit: quãdoq; quidẽ ꝓtingit ex solo defectu intẽtiõis: puta cũ hõ sciẽs geometricã nõ intendit ad ꝓsiderãdũ geometrie cõclusiões: q̃s statim in ꝓmptu hz cõsiderare

qñq; aũt hõ non cõsiderat id qõ hz ĩ habitu pp alĩ qõ impedimẽtũ supueniẽs: puta pp aliquã occupationẽ exteriorẽ: vel ꝓpter aliquã infirmitatez corporalẽ: ⁊ hoc mõ ille qui est in passione ꝓstitut⁹ nõ ꝓsiderat in ptĩculari id qõ scit in vĩi inq̃tũ passio ipedit talẽ cõsiderationẽ. Impedit aũt tripliciter Primo ꝺdẽ p quãdaz distractiõez: sicut supra ex posito est. Scõo p ꝓrietatẽ: qz plerũq; passio inclinat ꝓriũ hui⁹ qõ scia vĩis habet. Tertio p quãdaz ĩmutationẽ corporalẽ: ex qua rõ quodãmõ ligat ne libere in actũ exeat: sicut etiã somn⁹ vel ebrietas q̃dam corporali trãsmutatiõe facta ligãt vsum rõnis ⁊ q̃ hoc cõtingat in passiõib⁹ pz ex hoc q̃ aliquãdo cũ passiões multũ intendunt: hõ amittit totaliter vsum rõnis. multũ enĩ ꝓpter abũdãtiã amoris ⁊ ire sũt in insaniã ꝓuersi: ⁊ p hunc moduz passio trahit rõnẽ ad iudicãdũ in ptĩculari ꝺ sciam quaz habet in vĩi. ¶ Ad ꝑmũ g̃ dicẽdũ. q̃ scia vĩis que est certissima nõ hz ꝓncipalitatẽ in opatiõe: sz magis scia ptĩcularis: eo q̃ opatiões sunt circa singularia: vñ non est miꝝ si in opabilib⁹ passio agit cõtra sciam vĩem abnte consideratione in ptĩculari. ¶ Ad scõm dõ. q̃ hoc ipm q̃ rõni videat in ptĩculari aliquid bonũ: cõtingit ex aliqua passiõe: ⁊ tñ hoc ptĩculare iudiciuz est ꝺ vĩem sciam rõnis. ¶ Ad tertiũ dõ. q̃ nõ posset cõtingere q̃ aliquis haberet simul in actu sciam aut opinionẽ verã de vĩi affirmatiuo: ⁊ opinionẽ falsam de ptĩculari negatiuo: aut ecõuerso: sed bñ põt cõtingere q̃ aliq̃s habeat verã sciaz habitualiter de vĩi affirmatiuo ⁊ falsam opinionez in actu de ptĩculari negatiuo. actus enĩ directe non ꝓriatur habitui sed actui. ¶ Ad quartũ dõ q̃ ille qui hz sciam in vĩi ꝓpter passionez ipedit ne possit sub illa vĩi sumere ⁊ ad cõclusionẽ puenire: sed assumit sub alia vĩi quam suggerit inclinatio passionis ⁊ sub ea cõcludit: vñ phs dicit in. 7°. ethi. q̃ sillogismus incõtinẽtis habet q̃ttuor ꝓpositiões: duas vĩes: quaꝝ vna est rõnis: puta nulla fornicationẽ esse cõmittendã alia ẽ passionis: puta delectationẽ esse sectãdã. Passio igitur ligat rõnem ne assumat ⁊ cõcludat sub prima: vñ ea duráte assumit ⁊ cõcludit sub secunda. ¶ Ad quintũ dõ q̃ sicut ebriꝰ q̃q; ꝑferre potest verba significãtia, pfundas snias: quas tñ mẽte ꝺ iudicare nõ põt ebrietate ꝓhibente: ita in passiõe exñs ⁊ si ore ꝓferat hoc nõ esse faciendũ: tñ interius hoc aio sentit q̃ sit faciẽdũ: vt dicit in. 7°. ethi.

Ꝺ tertium sic pro

ceditur. Videt q̃ pctm̃ qõ est ex passione non debeat dici ex infirmitate. Passio enĩ est quidã vehemẽs mot⁹ appetit⁹ sensitiui: vt dictũ est. vehemẽtia aũt mot⁹ magis attestat fortitudini q̃ infirmitati: g̃ peccatuz qõ est ex passione nõ debz dici ex infirmitate. ¶ Preterea infirmitas hois maxie attẽdit sm illud qõ est i eo fragilius: hoc aũt est caro: vñ dicit in ps. Recordatus est qz caro sũt: g̃ magis dz dici peccatũ ex infirmitate quod est ex aliquo corpis defectu q̃ qõ est ex aie passiõe. ¶ Preterea ad ea nõ videt hõ ẽ infirmus que ei⁹ volũtati subdũtur: sed facere vel non facere ea ad q̃ passio inclinat hois voluntati subditur: sm illud Gen. 4°. Subter te erit appetit⁹ tuus: ⁊ tu ꝺminaberis illi⁹: g̃ peccatũ qõ est ex passione nõ est ex infirmitate. ¶ Sed ꝺ est q̃ Tullius i. 4°. li. de tusculanis qõnib⁹ passiões aie egritudines vocat. egritudines aũt alio noie infirmitates dicũtur: g̃ peccatũ qõ est ex passiõe debet dici ex infirmitate. ¶ Rñ. dõ. q̃ cã peccati ꝓpria est ex pte aie in qua ꝓncipaliter est pctm̃. põt aũt dici infirmitas in aĩa ad silitudinẽ infirmitatis corpis. dicitur aũt corpus hois esse infirmũ qñ debilitat vel ipedit in executiõe ꝓprie opatiõis ꝓpter aliquam inordinationẽ ptiũ corpis: ita. s. q̃ humores ⁊ mẽbra hois non subdãtur regitiue ⁊ motiue corpis: vñ ⁊ mẽbroꝝ dicit esse infirmũ qñ nõ põt pficere opationẽ mẽbri sani: sicut ocul⁹ qñ non põt clare videre: vt dicit phs in. 7°. de histoꝛiis aialiũ. vnde ⁊ infirmitas aie dicit qñ impedit aĩa in ꝓpria opatione pp inordinationẽ ptiũ ipi⁹: sicut aũt ptes corporis dicũt esse inordinate qñ nõ sequũt ordinem nãe: ita ⁊ ptes aie dicũt esse inordinate qñ nõ subdũtur ordini rõnis. rõ enĩ est vis regitiua ptium aie. Sic g̃ qñ extra ordinẽ rõnis vis ꝓcupiscibilis aut irascibilis aliq̃ passiõe afficit: ⁊ p hoc ipedimẽtuz põstatur mõ ꝓdicto debite actioi hois: dicit pctm̃ esse ex infirmitate: vñ ⁊ phs in ꝓmo ethi. ꝓparat ꝺ cõtinentẽ paralytico: cui⁹ ptes mouent incõtrariũ eius qõ ipse disꝓit. ¶ Ad ꝑmũ ergo dõ. q̃ sicut q̃to fuerit mot⁹ fortioꝛ in corpe ꝑter ordinẽ nature: tãto est maioꝛ infirmitas: ita quãto fuerit mot⁹ fortioꝛ passiõis ꝑter ordinẽ rõnis: tãto est maioꝛ infirmitas aie. ¶ Ad scõm dõ. q̃ pctm̃ ꝓncipalr cõsistit in actu volũtatis: qui nõ ipedit p corpis infirmitatẽ. põt enĩ qui est corpe infirm⁹ ꝓmptã habere volũtatẽ ad aliq̃d faciẽdũ. impedit aũt p passionẽ: vt ꝺ dem̃ est. vñ cuz dicit pctm̃ esse ex infirmitate: magis est referẽdũ ad infirmatẽ aie q̃ ad ifirmitatẽ corpis. dicit tñ etiã ipa infirmitas aie infirmitas carnis: inq̃tũ ex ꝓditiõe carnis passiões aie insurgũt in nobis: eo q̃ appetit⁹ sensitiu⁹ est virt⁹ vtens organo corpali. ¶ Ad tertiũ dõ. q̃ in ptate quidẽ volũtatis est assentire vel nõ assentire his i que passio inclinat: ⁊ p tãto dicit noster appetit⁹ sub nobis esse: sed tñ iste assensus vel dissensus voluntatis ĩpeditur per passionẽ mõ ꝓdicto.

Ꝺ quartuz sic pro

cedit. Videt q̃ amoꝛ sui non sit ꝓncipium ois pcti. Jd enĩ qõ ẽ fz se bonũ ⁊ debitũ non est ꝓpria cã pcti: sed amoꝛ sui est sm se bonũ ⁊ debituz. Unde ꝑcipit homini vt diligat ꝓximũ sicut seipm Leuit. 19. g̃ amoꝛ sui nõ põt eẽ ꝓpria cã pcti. ¶ Preterea Aplus dicit Ro. 7°. Occasione accepta peccatũ p mãdatũ opatũ est ĩ me oẽz ꝓcupiscẽtia: vbi glo. dicit: q̃ bona est lex q̃ dum ꝓcupiscẽtia ꝓhibet oẽ malũ ꝓhibet. qõ dicit pp hoc: qz ꝓcupiscentia est cã oĩs peccati: sed ꝓcupiscẽtia est alia passio ab amoꝛe: vt supra habituz est: g̃ amoꝛ sui non est cã oĩs peccati. ¶ Preterea

Aug. sup illud ps. Incensa igni ⁊ suffossa dicit q̄ oē peccatū est ex amore male inflāmante vel ex timore male humiliāte: nō ꝯ solus amor sui est causa peccati. ¶ Preterea sicut homo peccat q̄nq; p̄pter inordinatum sui amorē: ita etiā interdū peccat p̄pter inordinatū amore p̄simi: ꝯ amor sui nō est causa oīs peccati. ¶ Sed ꝓtra est qđ aug. dicit 14°. de ci. dei. q̄ amor sui vsq; ad cōtemptū dei facit ciuitatē babylonis. sed per qđlibet pctm̄ ptinet hō ad ciuitatē babylonis. ꝯ amor sui est cā oīs peccati. ¶ Rn. dō q̄ sicut supra dictū est: ppria ⁊ p se cā peccati accipiēda est ex pte p̄uersionis ad ꝑmutabile bonū: ex qua q̄dē pte oīs actus pcti p̄cedit ex aliquo inordinato appetitu alicui⁹ tpalis boni: q̄ aūt aliquis appetat inordinate aliqđ tpale bonū p̄cedit ex hoc q̄ inordinate amat seipm. hoc enī est amare aliquē velle ei bonū. Unde manifestū est q̄ inordinatus amor sui est cā oīs peccati. ¶ Ad primum ergo dō. q̄ amor sui ordinatus est debit⁹ ⁊ naturalis: ita. ſ. q̄ velit sibi bonū qđ cōgruit: sed amor sui inordinat⁹ qui p̄ducit ad ꝓemptū dei ponitur esse cā peccati fm aug. ¶ Ad scđm dicendū q̄ ꝓcupiscentia q̄ aliquis appetit sibi bonū reducitur ad amorem sui sicut ad cām vt iam dictū est. ¶ Ad tertiū dō. q̄ aliquis dicitur amare ⁊ illud bonū qđ aptat sibi. ⁊ se cui bonū optat. Amor igit fm q̄ dicit eius esse qđ optat: puta q̄ aliquis dicit amare vinū vel pecuniā: recipit p̄ cā timorē: qui ptinet ad fugam mali. oē enī peccatū p̄uenit: vel ex inordinato appetitu alicui⁹ boni: vel ex inordinata fuga alicui⁹ mali: sed vtrūq; horū reducitur ad amorē sui: pp hoc enī hō vel appetit bona vel fugit mala: q̄ amat seipm ¶ Ad q̄rtū dō q̄ amic⁹ est quasi alter ipse: ⁊ ideo qđ peccat p̄pter amorē amici: videtur p̄pter amorē sui peccati.

Ꝺ quintum sic ꝓceditur. Videtur q̄ incōueniēter ponātur cāe peccatorū esse ꝓcupiscētia carnis: ꝓcupiscētia oculorū: ⁊ supbia vite: q̄ scđm Apl'm. i. ad Thimoth. vltimo. Radix oīum malorū est cupiditas. ſz supbia vite sub cupiditate non ptinet: ergo nō debet poni inter cās peccatorum. ¶ Preterea cōcupiscētia carnis maxime ex visione oculorū excitat: fm illud Daniel. 13°. Spēs decepit te: ꝯ nō debet diuidi cōcupiscētia oculorū cōtra ꝓcupiscētiā carnis. ¶ Preterea cōcupiscētia est delectabilis appetit⁹: vt ꝰ hītum est. delectationes aūt ptingūt nō solū fm visū: sed etiā fm alios sensus. ꝯ deberet etiā poni ꝓcupiscētia audit⁹ ⁊ aliorum sensuū. ¶ Preterea sicut hō inducit ad peccandū ex inordinata ꝓcupiscētia boni: ita etiā ex inordinata fuga mali: vt dictum est. sed nihil hic enumerat ptinēs ad fugā mali. ꝯ sufficiēter cāe peccatorū tanguntur. ¶ Sed cōtra est qđ dicit. i. Jo. 2°. Omne qđ est in mūdo: aut est ꝓcupiscētia carnis: aut ꝓcupiscētia oculorū: aut supbia vite. In mūdo aūt dicit aliquid esse p̄pter peccatū: vñ ⁊ ibidem dicit q̄ totus mūdus in ligno positus est: ꝯ p̄dicta tria sunt cāe peccatorū. ¶ Rndeo dō. q̄ sicut iam dictū est. inordinatus amor sui est cā oīs peccati: i amore aūt sui includit inordinatus appetit⁹ boni vnusquisq; enī appetit bonū ei quem amat. Unde manifestū est q̄ inordinatus appetit⁹ boni est causa oīs peccati. bonū aūt dupliciter est obiectū sensibilis appetitus: in quo sunt aie passiōes que sūt cā peccati. Uno mō absolute fm q̄ est obiectū concupiscibilis. Alio mō sub rōne ardui p̄ut est obiectū irascibilis: vt supra dictū est. Est duplex concupiscētia. sicut ꝰ habitū est. Una quidē naturalis q̄ est eorū quibus natura corpis sustentat: siue q̄tuz ad ꝓseruationē indiuidui: sicut cibus ⁊ potꝰ ⁊ alia huiusmodi: siue q̄tū ad ꝓseruationē spēi: sicut i venereis ⁊ horū inordinat⁹ appetit⁹ dicit ꝓcupiscentia carnis. Alia est ꝓcupiscētia aialis: eorū. ſ. q̄ per sensum carnis sustētionē: aut delectationē nō affert: ſz sūt ōlectabilia fz apphēsionē imaginatiōis aut alicui⁹ huiusmōi acceptiōis sicut sūt pecunia ornat⁹ vestitū: ⁊ alia huiusmōi ⁊ hec quidez aialis ꝓcupiscētia vocat ꝓcupiscētia oculorū: siue intelligat ꝓcupiscētia oculorū. i. ipi⁹ visiōis q̄ fit p oculos vt referat ad curiositatē fm q̄ aug. exponit in. x°. ꝑfes. siue referat ad cōcupiscētiā rei que exterius oculo ꝑponit vt referat ad cupiditatē fz q̄ ab aliq̄s exponit. Appetit⁹ aūt inordinat⁹ boni ardui ptinet ad supbiā vite: nā supbia est appetit⁹ inordinatus excellētie. vt iferi⁹ dicet. Et sic pz q̄ ad ista tria reduci pñt oēs passiōes q̄ sūt cā pcti. nā ad duo prima reducūt oēs passiōes ꝓcupiscibilis. ad tertiuz aūt oēs passiōes irascibilis: qđ iō nō diuidit in duo q̄ oēs passiōes irascibilis ꝓformāt ꝓcupiscētie aiali. ¶ Ad primū ergo dō q̄ fz q̄ cupiditas ꝑportat vniuersaliter appetitū cuiuslibet boni: sic etiā supbia vite ptinet sub cupiditate. quō aūtē cupiditas fz q̄ ē spāle vitiū qđ auaricia notat sit radix oīuz peccatorū infra dicet. ¶ Ad scđm dō. q̄ ꝓcupiscētia oculorū nō dicit h ꝓcupiscētia oīum rerū q̄ videri oculis pñt: sed solū earū in qb⁹ nō q̄rit delectatio carnis q̄ est fm tactū: sed solū delectatio oculi i. cuiuscūq; apphēsiue virtutis. ¶ Ad tertiū dicē dū q̄ sensus visus est excellentior inter oēs alios sensus ⁊ ad plura se extēdēs: vt dicit in ꝑmo metaphice: ⁊ iō nomē ei⁹ trāsfert ad oēs alios sensus ⁊ etiā ad oēs interiores apphēsiōes: vt aug. dicit i li°. de verb dñi. ¶ Ad quartū dō. q̄ fuga mali cātur ex appetitu bōi: vt ꝰ dictū est: ⁊ iō ponūt soluz passiōes inclinātes ad bonū tanq̄ cause eaꝝ que faciunt inordinate fugam mali.

Ꝺ sextuz sic ꝓceditur. Videtur. q̄ peccatū nō alleuietur pp passionē. Augmētū enī cāe auget effectū. si enī calidū dissoluit magis calidū magis dissoluit: sed passio est cā pcti: vt hītū ē: ꝯ q̄to ē intēsior passio tāto ē mal⁹ pctm̄: passio igit non minuit pctm̄ sed auget. ¶ Preterea sic se hz passio bōa ad meritū: ita se hz mala passio ad pctm̄: sed bona passio auget meritum. tanto enim aliq̄s magis videt mereri q̄to ex maiori misericordia paupēri subuenit: ergo etiaz mala passio magis aggra

uat peccatū ꝙ alleuiet. ¶ Preterea quāto intensiori voluntate aliquis facit peccatum tanto grauius videtur peccare: sed passio impellens voluntatem facit eam vehemētius ferri in actum peccati: ergo passio aggrauat peccatū. ¶ Sed ꝓtra passio ipsa cōcupiscentie vocatur tentatio carnis: sed quāto aliquis maiori tentatione prosternitur tanto minus peccat: vt per aug. ergo passio diminuit peccatū. ¶ Rñ. dō. ꝙ peccatum essentialiter consistit in actu liberi arbitrij quod est facultas voluntatis ⁊ rōnis. passio aūt est motus appetitus sensitiui. appetitus aūt sensitiuus potest se habere ad liberum arbitrium ⁊ antecedenter ⁊ consequenter Antecedenter quidem fm ꝙ passio appetitus sensitiui trahit vel inclinat rōnem vel voluntatem: vt supra dictum est. Consequenter autem fm ꝙ motus superior⁹ viriuz si sint vehementes redūdant in inferiores. non enim potest volūtas intense moueri in aliquid quin excitetur aliqua passio in appetitu sensitiuo. Si igitur accipiatur passio fm ꝙ precedit actum peccati: sic necesse est ꝙ diminuat peccatum. actus enim intantum est peccatū inquātum est voluntarium ⁊ in nobis existens: esse autē aliquid in nobis dicitur per rationez ⁊ voluntatē vnde quanto ratio ⁊ voluntas ex se aliquid agunt non ex impulsu passionis magis est voluntarium ⁊ in nobis existens: ⁊ fm hoc passio minuit peccatum inquātum minuit voluntarium. passio autem consequens non diminuit peccatū: sed magis auget: vel potius est signuz magnitudinis eius inquātum. s. demonstrat intensionē voluntatis ad actuz peccati ⁊ sic verum est quanto aliquis maiori libidine vel cōcupiscētia peccat: tanto magis peccat ¶ Ad primū ergo dō. ꝙ passio est causa peccati ex pte conuersionis. grauitas autem peccati magis attenditur ex parte auersionis: que quidez ex conuersione sequitur per accidens. i. preter intentionem peccantis: cause aūt per accidens augmētate non augmentant effectus: sed soluz cause per se. ¶ Ad scōz dō. ꝙ bona passio consequens iudicium rationis augmētat meritū: si aūt precedat: vt sc̄z homo magis ex passione ꝙ ex iudicio ratiōis moueatur ad bene agendum: talis passio diminuit bonitatem ⁊ laudem actus. ¶ Ad tertiū dō. ꝙ ⁊ si motus voluntatis sit intensior ex passione incitatus: non tamen ita est voluntatis ꝓpriꝰ: sicut si sola rōne moueretur ad peccandum.

ℬ septimū sic ꝓceditur.

Videt ꝙ passio totaliter excuset a peccato. Quicquid enim causat inuoluntariuz excusat totaliter a peccato: sed concupiscentia carnis que est quedā passio causat inuoluntariū: fm illud Gal. 5ᵒ. Caro concupiscit aduersus spiritum vt non quecunq; vultis illa faciatis. ergo passio totaliter excusat a peccato.
¶ Preterea passio causat ignorantiā quandam in particulari: vt dictum est: sed ignorantia particularis totaliter excusat a peccato: sicut supra habitum est: ergo passio totaliter excusat a peccato.
¶ Preterea infirmitas anime grauior est ꝙ infirmitas corporis: sed infirmitas corporis totaliter excusat a peccato: vt patet in freneticis. ergo multo magis passio que est infirmitas anime. ¶ Sed contra est ꝙ Apostulus Ro. 7ᵒ. vocat passiones peccatorum non nisi quia peccata causant: quod nō esset si a peccato totaliter excusarent: ꝯ passiones non totaliter a peccato excusant. ¶ Rñ. dō ꝙ fm hoc solum actus aliquis qui de genere suo est malus totaliter a peccato excusat ꝙ totaliter ꝛuo lūtari⁹ reddit: vnde si sit talis passio que totaliter inuolūtariū reddat actū sequētem totaliter a peccato excusat: alioquin nō totaliter. Circa qō duo cōsideranda videtur. Primo quidez ꝙ aliqd pōt eē volūtariū vel fm se: sicut qñ volūtas directe in ipm fertur: vel fm suā cām: qñ voluntas fertur in cām ⁊ non in effectū: vt pz in eo qui volūtarie inebriatur. ex hoc eni quasi volūtariū ei iputat qō p ebrietatē ꝓmittit. Scdo cōsiderādū est ꝙ aliquid dicit voluntariū directe ⁊ indirecte. directe quidē id in qō voluntas potuit ꝓhibere sed non ꝓhibet fm hoc igitur distinguēdū est: qz passio qñq; quidem est tanta ꝙ totaliter aufert vsum rōnis. sicut pz in his qui ꝓpter amorē vel iram insaniūt. ⁊ tūc si talis passio a principio fuerit volūtaria: iputat actus ad peccatū qz est volūtarius in sua cā: sicut etiā de ebrietate dictū est. Si vero causa nō fuerit voluntaria sed naturalis: puta cuz aliquis ex egritudine vel aliqua huiusmodi cā incidit in talē passionē que totaliter aufert vsum rōnis: actus oino redditur inuolūtarius: ⁊ per ꝓns totaliter a peccato excusatus. Qñq; vero passio non est tāta ꝙ totaliter intercipiat vsuz rōnis: ⁊ tunc rō pōt passionē excludere diuertendo ad alias cogitatiōes: vel impedire ne suū cōsequatur effectū: qz mēbra non applicātur operi nisi per consensuz rōnis: vt supra dictū est. vnde talis passio non totaliter excusat a peccato. ¶ Ad ꝓmū ꝯ dō. ꝙ hoc qō dicit Ut non quecūq; vultis illa faciatis non est referēdū ad ea que fiunt per exteriorē actum: sed ad interiorē ꝓcupiscētie motum: vellet eni homo nūq; cōcupiscere malum: sicut etiā exponit id qō dicit Ro. 7ᵒ. Quod odi malum illud facio. Vel pōt referri ad volūtatem ꝓcedentē passionez: vt pz in incōtinentibus qui cōtra suū ꝓpositū agunt ꝓpter suam cōcupiscentiā. ¶ Ad secundū dō ꝙ ignorātia pticularis que totaliter excusat ē ignorātia circūstantie: quā quidē quis scire non pōt debita diligentia adhibita: sed passio causat ignorātiā iuris in pticulari dum impedit applicationē cōis sciētie ad pticularē actum quā quidē passionē rō repellere pōt: vt dictum est. ¶ Ad tertium dicēdū. ꝙ infirmitas corpis est inuoluntaria. esset aūt simile si esset voluntaria sicut de ebrietate dictum est: que est quedam corpalis infirmitas.

ℬ octauū sic ꝓceditur.

Videt ꝙ peccatum qō est ex passione nō possit esse mortale. Veniale eni peccatū diuidit ꝓtra mortale: sed peccatuz

qđ est ex infirmitate est veniale/cum habeat in se cām venie: cum igit peccatum qđ est ex passiōe sit ex infirmitate: videt q̄ possit esse mortale. ¶ Preterea causa non est potior effectu: sed passio nō ꝑt esse peccatū mortale. nō enī in sensualitate est peccatum mortale: vt supra habitum est: ergo peccatū quod est ex passione nō pōt esse mortale. ¶ Preterea passio abducit a rōne vt ex dictis patet: sed rationis est conuerti ad deum vel auerti a deo: in quo cōsistit rō peccati mortalis: peccatū ergo qđ est ex passione non potest esse mortale. ¶ Sed ꝯ est quod Aplus dicit Ro. 7°. q̄ passiones peccatorum opantur in mēbris nostris ad fructificandum morti: hoc aūt est ꝓprium mortalis peccati q̄ fructificet morti. ergo peccatum quod est ex passiōe pōt esse mortale. ¶ Rñ. dōm. q̄ peccatum mortale vt supra dictum est: consistit in auersione ab vltimo fine qui est deus: que quidē auersio ptinet ad rōnem deliberantē: cuius etiam est ordinare in finem: hoc igitur solūmodo potest contingere q̄ inclinatio anime in aliquid quod cōtrariat vltimo fini nō sit peccatum mortale: quia ratio deliberās non potest occurrere: quod contingit in subditis motibus. Cum autem ex passione aliquis ꝓcedit ad actum peccati vel ad consensum deliberatum hoc non fit subito: vnde ratio deliberans pōt hic occurrere. potest enim excludere vel saltem impedire passionē: vt dictum est: vnde si non occurrat est peccatū mortale: sicut videm⁹ q̄ multa homicidia ⁊ multa adulteria ꝑ passionē cōmittuntur. ¶ Ad ꝓmū ergo dō q̄ veniale dicitur tripliciter Uno modo ex causa: quia. s. habet aliquam causam venie que diminuit peccatū: ⁊ sic peccatum ex infirmitate vel ignorantia dicitur veniale. Alio modo ex euentu sicut omne peccatum per penitentiam fit veniale. i. veniam consequitur. Tertio modo dicitur veniale ex genere: sicut verbū ociosum ⁊ hoc solū veniale opponitur mortali: obiectio aūt ꝓcedit de ꝓmo. ¶ Ad scām dō. q̄ passio est causa peccati ex pte cōuersiōis: qđ fit mortale est ex pte auersionis: que per accidēs sequit ad cōuersionem vt dictum est: vnde rō non sequitur. ¶ Ad tertiū dō. q̄ ratio nō semp in suo actu totaliter a passiōe impeditur. vnde remanet ei liberum arbitrium vt possit auerti vel cōuerti ad deum: si aūt totaliter tolleretur vsus rōnis iam non esset peccatum nec mortale nec veniale. Questio. lxxviij.

Einde cōside

rādum est de causa peccati que est ex pte voluntatis: q̄ dicit malicia. Et circa hoc querūtur quattuor. Primo vtrū aliquis possit ex certa malicia seu idustria peccare Secdo vtr quicūq; peccat ex habitu peccet ex certa malicia. Tertio vtr quicūq; peccat ex certa malicia peccet ex habitu. Quarto vtr ille qui peccat ex certa malicia grauius peccet q̄ ille qui peccat ex passione.

D primum sic pro

cedit. Videt q̄ nullus peccet ex industria siue ex certa malicia. Ignorantia enī opponit industrie seu certe malicie: sed ois malus est ignorās fm phm. 7 puer. 14°. dicit. Errant qui operātur malū. ergo nullus peccat ex certa malicia. ¶ Preterea Dion. dicit. 4. c. de diui. no. q̄ nullus intendēs ad malū operat: sed hoc videtur esse peccare ex malicia intēdere malū i peccando: quod enī est ꝓter intentionē est quasi ꝑ accidēs ⁊ non denotat actū: ergo nullus ex malicia peccat. ¶ Preterea malicia ipsa peccatum est. si igitur malicia sit causa peccati sequet q̄ peccatum sit causa peccati infinitū: qđ est incōueniēs: nullus igit ex malicia peccat. ¶ Sed cōtra est qđ dicitur Job. 34°. Quasi de industria recesserunt a deo ⁊ vias eius intelligere noluerūt: sed recedere a deo est peccare. ergo aliqui peccāt ex industria seu ex certa malicia. ¶ Rñ. dō q̄ homo sicut ⁊ quelibet alia res naturaliter habet appetitū boni: vñ q̄ ad malū eius appetit⁹ declinet cōtingit ex aliqua corruptiōe seu inordinatiōe in aliquo principiorū hominis: sic enī in actiōibus rerū naturaliū peccatū inuenit. principia aūt humanorū actuū sunt intellect⁹ ⁊ appetit⁹ tā rōnal⁹ q̄ dicit volūtas q̄ sensitiu⁹ Pctm igit i hūanis actib⁹ ꝓtigit qñq; sic ex defectu intellect⁹: puta cū aliq̄s ꝑ ignorātiā peccat: ⁊ ex defectu appetit⁹ sensitiui sic cū aliq̄s ex passiōe peccat. Ita etiā ex defectu volūtatis q̄ ē inordinatio ipi⁹ Est aūt volūtas inordinata qñ min⁹ bonū magis amat ꝓsequēs aūt est vt aliquis eligat pati detrimētum in bono min⁹ amato ad hoc q̄ potiat bono magis amato: sicut cum hō vult pati abscisionem mēbri etiā sciēter vt cōseruet vitam quā magis amat. Ita per hūc modū qñ aliqua inordinata voluntas aliq̄ bonū tpale plus amat: puta diuicias vel voluptatē q̄ ordinē rōnis vel legis diuine vel charitatē dei vel alicuius huiusmodi: sequit q̄ velit dispendiū pati in aliquo spūali bonorū vt potiat aliquo tpali bono: nihil aūt est aliud malū q̄ ꝑuatio alicui⁹ bōi: ⁊ ex hoc aliq̄s sciēter vult aliquod malū spūale qđ est malum simpliciter. per qđ bonum spūale ꝓuat vt bono tpali potiatur. Unde dicit ex certa malicia vel ex industria peccare q̄si scienter malum eligens. ¶ Ad ꝓmū g̃ dicendū. q̄ ignorātia qñq; quidē excludit sciam qua aliq̄s simpliciter scit hoc esse malum qđ agitur: ⁊ tunc dicitur ex ignorātia peccare. qñq; aūt excludit sciam qua homo scit hoc non esse malū: sicut cuz ex passione peccat. qñq; aūt excludit sciam qua aliquis scit hoc malū nō sustinendū esse ꝓpter cōsecutionē illius boni: scit tn simpliciter hoc esse malum: ⁊ sic dicit ignorare q̄ ex certa malicia peccat. ¶ Ad scām dō. q̄ malū nō pōt esse fm se intentū ab aliq̄ pōt tn esse intentū ad vitandū aliud malū: vel ad cōsequēdū aliud bonū: vt dcm est: ⁊ in tali casu aliq̄s eligeret cōsequ bonū p se intentū absq; hoc q̄ pateret detrimētū alteri⁹ boni sicut aliq̄s lasciu⁹ vellet frui delectatione absq; offensa dei: sed duob⁹ com

positis magis vult peccādo īcurrere offensaz dei q̄ delectatione p̄iuetur. ¶ Ad tertiū dō q̄ malicia ex qua aliquis dicitur peccare pōt intelligi malicia habitualis: fm q̄ habitus malus a phō noiatur malicia sicut habitus bonus noiatur virtus: z fm hoc aliquis dicit ex malicia peccare: q3 peccat ex inclinatione habitus. ¶ Potest etiā intelligi malicia actualis siue ipsa mali electio malicia nomiet̄: z sic dicitur aliquis ex malicia peccare in q̄tū ex mali electione peccat: siue etiā malicia dicatur aliqua p̄cedēs culpa ex qua oritur subsequēs culpa: sicut cū aliquis impugnat fraternā gratiā ex inuidia: z tunc idem nō est cā suiipius: sed actus interioz est cā actus exterioris: z vnū peccatū est cā alterius: nō tū in infinitū: q3 est deuenire ad aliq̄d p̄mū peccatū quod nō cātur ex aliquo p̄iori peccato: vt ex supra dictis patet.

¶ Ad secundū sic p̄o

cedit. Videtur q̄ nō ois qui peccat ex habitu peccet ex certa malicia. ¶ Peccatum enim q̄d est ex certa malicia videt esse grauissimū: sed quādoq̄ homo aliq̄d leue peccatū cōmittit ex habitu: sicut cum dicit verbū ociosuz: nō ergo oē pctm̄ q̄d est ex habitu est ex certa malicia ¶ Preterea actus ex habitu p̄cedētes sunt similes actibus ex quibus habitus generant: vt dicit i 2°. ethi. sed actus p̄cedētes habitū vitiosū nō sunt ex certa malicia: g̃ et peccata que sūt ex habitu ñ sūt ex certa malicia. ¶ Preterea in his que aliq̄s ex certa malicia cōmittit gaudet postq̄ cōmisit: fm illud p̄uer. 2°. Qui letant cū male fecerint z exultant in rebus pessimis z hoc ideo: q3 vnicuiq̄ est delectabile cuz cōsequitur id q̄d intendit: z q̄ opatur q̄d est ei quodāmodo cōnaturale fm habituz sed illi qui peccant ex habitu post pctm̄ cōmissum dolēt. penitudine enī replētur p̄aui. i. hītes habituz vitiosum: vt dicit in nono ethi. g̃ peccata que sunt ex habitu nō sunt ex certa malicia. ¶ Sed cōtra peccatū ex certa malicia dicitur esse q̄d est ex electione mali: sed vnicuiq̄ est eligibile id ad q̄d inclinatur per p̄priū habitū: vt dicit in. 6°. ethi. de habitu virtuoso: ergo pctm̄ q̄d est ex habitu ē ex certa malicia. ¶ Respondeo dō. q̄ non est idē peccare hītem habitū: z peccare ex habitu. Uti enī habitu non est necessariū: sed subiacet volūtati habētis: vnde z habitus diffinit esse quo quis vtit cum voluerit: z iō sicut p̄t cōtingere q̄ aliquis habens habitū vitiosum p̄rūpat in actū virtutis: eo q̄ rō non totaliter corrūpit per malū habitū: sed aliq̄d eius integrū manet: ex quo p̄uenit q̄ peccatū aliq̄ opatur de genere bonoz: ita etiam pōt cōtingere q̄ aliquis habens habitū vitiosum: interdū nō ex habitu opetur: sed ex passiōe insurgente vel etiaz ex ignoratia: sed q̃cūq̄ vtitur habitu vitioso necesse est q̄ ex certa malicia peccet: q3 vnicuiq̄ habenti habitū est per se dilīgibile id q̄d est ei cōueniens fm p̄priū habitū: q3 sic fit ei quodāmō cōnaturale fm q̄ cōsuetudo z habitus vertit in naturaz hoc aūt q̄d est alicui cōueniēs fm habitū vitiosuz est id quod excludit bonū spūale: ex quo sequitur q̄ homo eligat malum spūale vt adipiscat bonuz quod est ei fm habitū cōueniēs: z hoc est ex certa malicia peccare. Unde manifestuz est q̄ quicunq̄ peccat ex habitu peccet ex certa malicia. ¶ Ad primum ergo dō. q̄ peccata venialia nō excludūt bonum spūale q̄d est gratia dei vel charitas: vñ ñ dicunt mala simpliciter: sed fm quid z p̄pter hoc nec habitus ipsoz possunt dici simpliciter mali: sz solum fm quid. ¶ Ad scām dicendū q̄ actus q̄ p̄cedunt ex habitib⁹ sunt similes fm spēm actib⁹ ex quibus hītus generātur: differunt tñ ab eis sicut p̄fectum ab imperfecto: z talis est dīa peccati q̄d cōmittitur ex certa malicia ad peccatuz q̄d cōmittit ex aliqua passione. ¶ Ad tertiū dō. q̄ ille qui peccat ex habitu semp gaudet de hoc q̄d ex hītu operatur q̄ diu habitu vtitur: sed q3 pōt habitu nōvti sed per rōnez que non est totaliter corrupta aliq̄d aliud meditari: pōt cōtingere q̄ non vtens habitu doleat de hoc quod p hītum cōmisit: plerunq̄ tamen tales penitent de peccato: non q3 eis peccatū fm se displiceat: sed p̄pter aliq̄d incōmodū quod ex peccato incurrunt.

¶ Ad tertium sic p̄o

cedit. Videt. q̄ quicūq̄ peccat ex certa malicia peccet ex habitu. Dicit. n. phūs in. 5° ethi. q̄ non est cuiuslibet iniusta facere qualiter iniustus facit. s. ex electione: sed solum habentis habitū: sed peccare ex certa malicia est peccare ex electione mali: vt dictum est: g̃ peccare ex certa malicia nō est nisi habētis habitū. ¶ Preterea Origenes dicit i p̄mo p̄iarchon: q̄ nō ad subitum quis euacuatur aut deficit: sed paulatim per ptes defluere necesse est. sed maxim⁹ defluxus esse videtur: vt aliquis ex certa malicia peccet: ergo ñ statim a p̄ncipio: sed p multā cōsuetudinē ex q̄ habitus generari pōt: aliq̄s ad hoc deuenit vt ex certa malicia peccet. ¶ Preterea q̃cunq̄ aliq̄s ex certa malicia peccat: oportet q̄ ipsa volūtas de se inclinetur ad malū quod eligit: sed ex natura potentie nō inclinatur homo ad malū sed magis ad bonū: ergo oportet si eligit malum q̄ hoc sit ex aliquo supueniēti quod est passio vel habitus: sz q̃n aliquis peccat ex passiōe: non peccat ex certa malicia: sed ex infirmitate: vt dictū est: ergo q̃cunq̄ aliquis peccat ex certa malicia: oz q̄ peccet ex habitu. ¶ Sed cōtra sicut se habet habit⁹ bonus ad electionē boni: ita hītus mal⁹ ad electionē mali. sz q̃nq̄ aliq̄s nō habēs hītū virtutis eligit id q̄d ē bonum fm virtutem. ergo etiā q̃nq̄ aliquis non hñs habitum vitiosum pōt eligere malum: quod est ex certa malicia peccare. ¶ Rñdeo dō. q̄ voluntas aliter se habet ad bonum z aliter ad malum. ex natura enī sue potētie inclinat ad bonum rōnis sicut ad p̄priū obiectū: vnde z oē peccatū dicitur esse cōtra nām. q̄ ergo in aliq̄d malū volūtas eligēdo inclinetur: oportet q̄ aliunde contingat. Et q̃nq̄ quidē contingit ex defectu rationis: sicut cum aliquis ex ignoratia peccat. Q̃nq̄ aūt ex impulsu ap

petitus sensitiui: sicut cum peccat ex passione. Sz neutrū horum est ex certa malicia peccare: sz tūc solū ex certa malicia aliquis peccat: qñ ipsa volūtas ex seipsa mouet ad malū: qđ pōt cōtingere dupliciter. Uno quidem modo per hoc q homo habet aliquā dispōnem corruptā inclinantē ad malū ita q fm illā dispōnem sit hoi quasi cōueniēs z simile aliqđ malū: z in hoc rōne cōuenientie tendit voluntas quasi in bonum: q vnūqđq fm se tendit in id qđ sibi est conueniēs. talis aūt dispositio corrupta vel est aliquis habitus acquisitus ex consuetudine que vertitur in naturā: vel est aliqua egritudinalis habitudo ex pte corpis: sicut aliquis hns quasdā nāles inclinatiōes ad aliqua peccata ppter corruptionē nature in ipsis. Alio mō ptingit q volūtas per se tendit in aliqđ malū per remotionē alicui⁹ phibentis: puta si aliquis phibeat peccare: nō q peccatū ei fm se displiceat: sz ppter spem vite eterne vel ppter timorē gehēne: remota spe per desperationē: vel timore p pūptionē: sequit q ex certa malicia quasi absq freno peccet. Sic igitur pz q pctm quod est ex certa malicia semper psupponit in hoīe aliquā inordinationē: que tm non semper ē habitus: vnde nō est necessariū q quicūq peccat ex certa malicia peccet ex habitu. ¶ Ad primum ergo dđ q operari qualiter iniustus opatur nō solum est opari iniusta ex certa malicia: sed etiā delectabiliter z sine graui renisu rōnis: qđ nō ē nisi ei⁹ qui habet habitū. ¶ Ad scđz dđ. q non statim ad hoc aliqs labit q ex certa malicia peccet: sz p̄supponitur aliquid qđ tamē nō semp est habit⁹: vt dictum est. ¶ Ad tertiū dđ. q illud ppter qđ voluntas incliuatur ad malū non semper habit⁹ est vel passio: sed quiddā aliud: vt dictum est. ¶ Ad q̄rtū dđ q nō est similis rō de electiōe boni z de electione mali: q malū nunq̄ est sine bono nature: sz bonum pōt esse sine malo culpe perfecto.

D quartus sic procedit. Uidet q ille qui peccat ex certa malicia non peccet grauius q̄ ille qui peccat ex passione. Ignorātia enī excusat peccatum vel in toto vel in pte: sed maior est ignorantia in eo qui peccat ex certa malicia q̄ i eo qui peccat ex passione. nam ille qui ex certa malicia patitur ignorantiaz principij que est maxima: vt philosophus dicit in. 7°. ethi. habet enim malā existimationē đ fine qui ē principiū i opatiuis. g magis excusat a peccato qui peccat ex certa malicia q̄ ille qui peccat ex passione. ¶ Preterea quāto aliquis habet maius impellēs ad peccandum. tanto min⁹ peccat: sicut pz de eo qui maiori impetu passionis deꝟcitur in peccatum: sed ille qui peccat ex certa malicia impellit ab habitu: cuius est fortior impulsio q̄ passionis. ergo ille qui peccat ex habitu minus peccat q̄ ille qui peccat ex passiōe. ¶ Preterea peccare ex certa malicia est peccare ex electione mali. sed ille qui peccat ex passione etiā eligit malū: ergo non minus peccat q̄ ille qui peccat ex certa malicia. ¶ Sed ctra est q peccatum qđ ex industria cōmittitur ex hocipso grauiorem penā meretur. fm illud Job. 34°. Quasi impios percussit eos in loco vid ntiū: qui quasi de industria recesserunt ab eo. sed pena non augeꝟ nisi ppter grauitatē culpe: ergo peccatū ex hoc aggrauatur q ē ex industria seu certa malicia. ¶ Rñ. dđ q peccatum quod ex certa malicia est grauius peccato qđ est ex passione triplici rōne. Primo quidē q cum peccatū principaliter in voluntate consistat: quāto motus peccati est magis ppius voluntati: tanto peccatū est grauius ceteris paribus. cum autez ex certa malicia peccatur: motus peccati est magis ppius voluntati que ex seipsa in malū mouetur q̄ quādo ex passiōe peccatur: quasi ex quodā extrinseco impulsa ad peccādum: vnde peccatuz ex hocipso q est ex malicia aggrauat: z tanto magis quāto fuerit vehemētior malicia: ex eo vero q est ex passione diminuitur tanto magis quāto passio fuerit magis vehemēs. Secūdo q passio que inclinat volūtatem ad peccādū cito transit: z sic hō cito redit ad bonuz ppositum penitēs de peccato sed habitus quo homo ex malicia peccat est qualitas pmanēs. z ideo qui ex malicia peccat diuturnius peccat: vnde phs in. 7°. ethi. compat imtēperatum qui peccat ex malicia infirmo qui cōtinue laborat. incōtinētē aūt qui peccat ex passiōe ei qui laborat interpollate. Tertio q ille q peccat ex certa malicia est male dispositus quātum ad ipm finē qui est principiū in opabilibus: z sic eius defectus est piculosior q̄ eius qui ex passione peccat: cuius ppositū tendit in bonū finē: sz hoc ppositū interrumpat ad horā ppter passionē. Semp aūt defectus principij est pessimus: vnde manifestuz est q grauius est peccatū qđ ex malicia q̄ qđ est ex passione. ¶ Ad primū ergo dđ q ignorātia est electionis de qua obiectio ꝓcedit neq excusat neq diminuit peccatū: vt supra dictū est. vnde neq magis ignorātia talis facit esse minus pctm. ¶ Ad secundum dđ. q impulsio que est ex passione est q̄si exteriori defectu respectu volūtatis: sed per habitum inclinatur volūtas quasi ab interiori: vnde nō est similis ratio. ¶ Ad tertiū dđ. q aliud est peccare eligentē: z aliud peccare ex electiōe. ille enim qui peccat ex passione: peccat quidē eligens: non tamen ex electione: quia electio non est in eo p̄mū peccati principium: sed inducit ex passione ad eligenduz id qđ extra passionē existens non eligeret sed ille qui peccat ex certa malicia sz se eligit malum eo modo quo dictum est: z ideo electio que ē in ipso est principiū peccati: z ppter hoc dicit ex electione peccare.

Questio. lxxix.

Einde cōsiderandum est de causis exteriorib⁹ peccati. Et primo ex parte dei. Secūdo ex parte diaboli. Tertio ex parte hominis. Circa primū querūt quattuor. Primo vtz deus sit causa peccati. Secūdo vtrum actus peccati sit

a deo. Tertio vtrū deus sit causa excecationis ⁊ obdurationis. Quarto vtrum hec ordinētur ad salutem eoꝝ que excecantur vel obdurantur.

ℙ primum sic ꝓ

cedit. Videtur ꝙ deus sit causa peccati. Dicit enī Aplus Ro. primo de q̄busdam. Tradidit eos deus in reprobū sensuꝫ vt faciant ea que non ꝓueniūt. Et glo. ibidem dicit ꝙ deus opatur in cordibus hoīum inclinādo voluntates eoꝝ in quodcūq; voluerit siue in bonuꝫ siue in malum: sed facere que non ꝓueniunt ⁊ inclinari fm volūtatem ad malum est peccatuꝫ. ergo deus hoībus est causa peccati. ℂ Preterea Sap. xiij. dicitur. Creature dei in odium facte sunt: ⁊ intentationē anime hoīum. sed tentatio solet dici ꝓuocatio ad peccandū: cum ergo creature non sint facte nisi a deo: vt in primo habitū est: videt ꝙ deus sit causa peccati ꝓuocans hoīem ad peccandum ℂ Preterea quicquid est causa cause est causa effectꝰ: sꝫ deꝰ est cā liberi arbitrij. qđ est cā pcti: ḡ deꝰ ē cā peccati. ℂ Preterea omne malū opponit bono: sed non repugnat diuine bonitati ꝙ ipse sit cā mali pene. de isto enim malo dicitur Esaie. xlv. ꝙ deus est creans malum. Et amos. ꝫ. Si est malum in ciuitate qđ deus non fecerit: ergo etiam diuine bonitati non repugnat ꝙ deus sit causa culpe.

ℂ Sed cōtra Sap. xi. dicitur. Nihil odisti eoꝝ que fecisti. odit autē deus peccatū: fm illud Sap. 14°. Odio est deo impius ⁊ ipietas eius. ergo deꝰ nō ē causa peccati. ℂ Respondeo dd. ꝙ homo dupliciter est causa peccati vel sui vel alterius. Uno modo directe inclinando. s. volūtatem suaꝫ vel alterius ad peccandum. Alio modo indirecte: dum scꝫ non retrahit aliquos a peccato: vnde Ezech. 3°. speculatori dicitur. Si non dixeris impio morte morieris: sanguinē eius de manu tua requiram deus aūt non potest esse directe causa peccati vel sui vel alterius: quia omne peccatum est per recessum ab ordine qui est in deum sicut in finem. deus autem omnia inclinat ⁊ conuertit in seipm sicut in vltimū finē: sicut Dion. dicit. ḡ. c. de diu. no. vnde impossibile est ꝙ sit sibi vel alīs causa discedendi ab ordine qui est in ipsuꝫ: vnde non potest directe esse causa peccati. Similiter etiam neq; indirecte contingit enim ꝙ deus aliquibus non prebet auxilium ad euitandum peccata: qđ si preberet nō peccarent: sed hoc totū facit fm ordinem sue sapientie ⁊ iusticie: cum ipse sit sapientia ⁊ iusticia: vnde non imputatur ei ꝙ alius peccet sicut cause peccati: sicut gubernator non dicitur causa submersionis nauis ex hoc ꝙ non gubernat nauem: nisi qñ subtrahit gubernationē potens ⁊ debens gubernare. Et sic patet ꝙ deus nullo modo est causa peccati. ℂ Ad primum ergo dd. ꝙ quantum ad verba Apostoli ex ipso textu patet solutio. si enim deus tradit aliquos in reprobū sensum: iam ergo reprobum sensum habēt ad faciendū ea que nō ꝓueniūt dicit ergo tradere eos in reprobū sensum inq̄tum non ꝓhibet eos quin suū sensuꝫ reprobū sequant sicut dicimur exponere illos quos nō tuemur. qđ aūt Aug. dicit in li. de gratia. ⁊ li. arbi. vnde sūpta est glo. ꝙ deus inclinat voluntates hominū in bonum ⁊ malum: sic intelligendū est ꝙ in bonuꝫ quidem directe inclinat voluntatem. in malum autem inquātum non ꝓhibet: sicut dictuꝫ est. ⁊ tamē hoc etiam contingit ex merito precedentis peccati. ℂ Ad scām dicendū ꝙ cuꝫ dicitur. Creature dei facte sunt in odium ⁊ in tentationē anime hoīum hec ꝓpositio in non ponitur caliter sed consecutiue. non enī deus fecit creaturas ad malū hoīum: sed hoc consecutū est ꝓpter insipientiā hoīuꝫ: vñ subditur. Et in musipulā pedibus insipietiū. qui. s. per suā insipientiā vtunt creaturis ad aliud ꝙ ad quod facte sunt. ℂ Ad tertiū dd. ꝙ effectus cause medie ꝓcedens ab ea fm ꝙ subditur ordini cause prime: reducitur etiā in cām primā: sed si ꝓcedat a cā media fm ꝙ exit ordinē cause prime: non reducit in cāꝫ primā: sicut si minister faciat aliqd cōtra mādatum domini: hoc non reducitur in dōm sicut in cām. Et similiter peccatum qđ liberū arbitrium cōmittit contra preceptum dei: non reducitur in deum sicut in cām. ℂ Ad quartū dicendus ꝙ pena opponitur bono eius qui punitur: qui patur quocunq; bono: sꝫ culpa opponitur bono ordinis qui est in deum: vnde directe opponit bonitati diuine: ⁊ ꝓpter hoc non est similis ratio de culpa ⁊ de pena.

ℙ secundū sic ꝓ

culā in gloria tua: ⁊ epō. S⁹. Ut exhiberet sibi gloriosam ecclesiā nō habentē maculā aut rugā: ⁊ vtrobiq; loquit de macula peccati: g̃ macula est effect⁹ peccati. ¶ Respondeo dicendū q̄ macula proprie dicit in corporalib⁹ q̄n aliquod corp⁹ nitidum perdit suū nitorē ex ptactu alteri⁹ corporis: sicut vestis ⁊ aur⁹ ⁊ argentū ⁊ aliud huiusmodi. Jn reb⁹ autē spiritualib⁹ ad similitudinē hui⁹ oportet maculaz dici: habet autē aia hois duplicē nitorē: vnū quidē ex refulgētia luminis vel naturalis rōnis p quam dirigit in suis actib⁹. aliū vero ex refulgētia diuini luminis. s. sapiētie ⁊ gratie: p quā etiaz hō pficitur ad bñ ⁊ decēter agendū: est aūt quasi quidā anime tactus q̄n inheret aliquib⁹ p amorē: cū autē peccat adheret reb⁹ aliquib⁹ cōtra lumē rōnis ⁊ diuine legis: ut ex supra dictis patet. vñ ipsum detrimentū nitoris ex tali cōtactu prouenies macula aie metaphorice vocat. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ aia nō inquinat ex rebus inferioribus virtute eax: quasi agētibus eis in animā: sed magis econuerso aia sua actione se inquinat inordinate eis inherēdo cōtra lumē rōnis ⁊ diuine legis. ¶ Ad secundū dicēdū q̄ actio intellectus perficit fm q̄ res intelligibiles sunt in intellectu per modū ipsius intellectus: ⁊ ideo intellectus ex eis nō inficit: sed magis pficit. sz actus volūtatis cōsistit in motu ad ipsas res: ita ⁊ amor conglutinat aiam rei amate: ⁊ ex hoc anima maculat q̄n inordinate inheret: fm illud osee. 9⁰. Facti sūt abominabiles sicut ea que dilexerūt. ¶ Ad tertiū dicendum q̄ macula nō est aliquid positiue in aia: nec significat puationē solā: sed significat puationē quandā nitoris aie in ordine ad suā causā que est peccatum: ⁊ ideo diuersa peccata diuersas maculas inducūt: ⁊ est simile de vmbra q̄ est puatio luminis ex obiecto alicui⁹ corporis ⁊ fm diuersitatē corporū obiectorū diuersificant vmbre.

ℬ secundū sic pro

cedit. Videt q̄ macula nō maneat in aia post actū peccati: nihil enī manet in aia post actū nisi habitus vel dispositio: sed macula nō est habitus vel dispositio: ut. ē. habitum ē. ergo macula nō manet in aia post actum peccati. ¶ Preterea hoc mō se habet macula ad peccatū sicut vmbra ad corpus: ut. ē. dictum est: sed trāseūte corpore nō manet vmbra: g̃ ⁊ trāseūte actu pcti nō manet macula. ¶ Preterea ois effect⁹ dependet ex sua cā: causa aūt macule est actus pcti: ergo remoto actu pcti nō remanet macula i aia. ¶ Sz ꝓtra est qđ dicit iosue. xxiᵒ. An parū est vobis q̄ peccastis in beelphegor ⁊ vsq; in p̄sentē diē macula hui⁹ sceleris in vobis pmanet. ¶ Respondeo dicendū q̄ macula pcti remanet in aia etiā trāseunte actu pcti: cuius rō est: q̄ macula sicut dictū est importat quendā defectū nitoris ꝓpter recessuz a lumine rōnis vel diuine legis ⁊ ideo q̄diu hō manet extra huiusmodi lumē manet in eo macula pcti: sz postq̄ redit ad lumē rōnis ⁊ ad lumē diuinū quod fit p gratiā tūc macula cessat: lz aūt cessat act⁹ pcti quo hō discessit a lumine rōnis vel legis diuine: nō tñ statim hō ad illud redit in quo fuerat: sz requiritur aliquis motus volūtatis cōtrarij⁹ p̄mo motui sicut si aliquis sit distās alicui p aliquē motū: nō statim cessante motu sit ei ꝓpinqu⁹: sz oportet q̄ appropinquet rediēs p motū cōtrariū. ¶ Ad primū g̃ dicendū q̄ post actū pcti nihil positiue remanet in aia nisi dispositio vel habit⁹: remanet tñ aliquid priuatiue. s. puatio conūctionis ad diuinū lumē. ¶ Ad secundū dicendū q̄ trāseūte obstaculo corporis remanet corp⁹ diaphonū in equali ꝓpinq̄tate ⁊ habitudine ad corp⁹ illuminās: ⁊ ideo statim vmbra trāsit: sz remoto actu pcti nō remanet aia i eadē habitudine ad deū: vñ nō ē similis rō. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ actus pcti facit distantiam a deo quā quidē distantia sequit defect⁹ nitoris hoc mō sicut motus localis facit localē distantiaz: vñ sicut cessante motu locali nō tollit distantia localis: ita nec cessante actu peccati tollitur macula.

Questio. lxxxvij.

Einde cōside

randū est de reatu pene. Et p̄mo de ipso reatu. Secūdo ō mortali ⁊ veniali peccato que distinguunt fm reatuz. Circa p̄muz queruntᵉ octo. Primo vtrū reatus pene sit effectus peccati. Scō vtrū peccatū possit esse pena alteri⁹ peccati. Tertio vtrū aliq̄ peccatū faciat reū eterna pena. Quarto vtrū faciat reuz pena infinita fm quantitatē. Quinto vtr̄ oē peccatū faciat reū eterna ⁊ infinita pena. Sexto vtrū reatus pene ꝓ possit remanere post peccatū. Septimo vtrū ois ꝓ pena inferat ꝓ aliquo peccato. Octauo vtruz vnus sit reus pene ꝓ peccato alterius.

ℬ primum sic pro

cedit. Videt q̄ reatus pene nō sit effectus pcti: qđ enim p accidēs se habet ad aliquid nō videt ꝓprius effectus ei⁹: sz reat⁹ pene p accidēs se habet ad peccatuz: cū sit p̄ter intentionē peccantis: g̃ reatus pene nō est effect⁹ peccati. ¶ Preterea malū nō est cā boni: sz pena bona est cū sit iusta ⁊ a deo: g̃ nō est effect⁹ peccati qđ ē malum. ¶ Preterea aug⁹ dicit in p̄mo ꝓfess. q̄ ois inordinatus anim⁹ sibiipsi est pena: sz pena non causat reatū alteri⁹ pene: quia sic iret in infinitū: ergo peccatum nō causat reatū pene. ¶ Sed ꝓtra ē qđ dicit ro. 2⁰. Tribulatio ⁊ angustia in aiam omnem operātis malū: sz opari malū est peccare: g̃ peccatū inducit in penā: q̄ notē tribulationis ⁊ angustie designat. ¶ Respondeo dicendū q̄ ex reb⁹ naturalibus ad res humanas deriuat: vt id qđ ꝯ aliq̄d insurgit ab eo detrimentū patiat: videm⁹ enim in rebus naturalib⁹ q̄ vnū contrariū vehementi⁹ agit altero ꝓtrario supueniēte: ꝓpter qđ aque calefacte magis ꝓgelant: vt dicit in. 2⁰ methauror. vñ ⁊ i hominib⁹ hoc ex naturali inclinatiōe inuenit: ut vnus quisq; deprimat eū q̄ ꝯ ipsum insurgit. manifestuz est aūt q̄ quecūq; ꝓtinent sub aliquo ordine sunt q̄

dāmodo vnū in ordine ad p̄ncipiū ordinis.vñ q̄c/quid p̄tra ordinē aliquē insurgit: p̄sequēs est ut ab ipso ordine a p̄ncipe ordinis depr̄imat:cum autez peccatū sit actus inordinatus:manifestū est q̄ qui cūq; peccat p̄ aliquē ordinē agit:7 ió ab ipso ordine p̄sequēs est q̄ deprimat:que quidē repr̄essio pena est.Vñ fm tres ordines quib⁹ subdit humana volūtas triplici pena pōt hō puniri. p̄mo quidem ēni subdit humana natura ordini p̄pr̄ie rōnis. 2°. ordini exterioris hois gubernātis vel spūaliter vl tēporalit:politice seu iconomice.3° subdit vniuersali ordini diuini regiminis:quilibet aūt hoz ordinū p peccatū puertit:dū ille qui peccat agit 7 p̄ rationē 7 p̄ legē humanā 7 p̄tra legē diuinā.vñ triplicem penā incurrit:vnā quidē a seipso q̄ est p̄sciētie remorsus:aliā vero ab homine:tertiā vero a deo.

¶ Ad p̄imū ergo dicēduz q̄ pena p̄sequit peccatū inq̄ntū malū est rōne sue inordinatiōis: vñ sicut malū est p accidēs in actu peccātis p̄ter intentionē ipsi⁹:ita 7 reatus pene. ¶ Ad secunduz dicēdū q̄ pena quidē iusta esse pōt 7 a deo 7 ab hoīe inflicta vñ ipsa pena nō est effectus peccati directe:s̄z solū dispositiue:s̄z peccatuz facit hoīez esse reum pene quod est malū.Dicit enim dony.4°.c.de diui.no. q̄ puniri nō est malū:sed fieri pena dignū:vñ reatus pene directe ponit effect⁹ peccati. ¶ Ad tertiū dicendum q̄ pena illa inordinati aī debet peccato ex hoc q̄ ordinē rōnis puertit.fit aūt reus alteriuſ pene p hoc q̄ puertit ordinē legis diuine vl hūane

Ꝺ secundū sic p̄o

cedit.Videt q̄ peccatū nō possit esse pena peccati.pene enim sunt inducte ut per eas hoīes reducant ad bonū virtutis:ut patet p phm in.x°ethico.x.s̄z p peccatū nō reducitur hō in bonū virtutis:sed in oppositū:ergo peccatū nō est pena peccati. ¶ P̄reterea pene iuste sūt 7 a deo:ut patet per augu.in lib.83°.q. peccatū aūt nō est a deo 7 ē iniustū:nō ergo peccatū pōt esse pena peccati. ¶ P̄reterea de rōne pene est q̄ sit cōtra voluntatē:sed peccatū est a volūtate: ut ex supra dictis patet:ergo peccatū nō pōt eē pena pcti. ¶ Sed p̄ ē qō greg.dicit sup ezc.q̄ quedā peccata sunt pena peccati. ¶ Respondeo dicendū q̄ ō peccato dupliciter loqui possum⁹. p se.s.7 p accidēs. P̄er se quidē nullo mō peccatū pōt esse pena pcti. peccatū enim p se cōsideraf fm q̄ egredit a voluntate.sic enim habet rōnem culpe:de rōne aūt pene est q̄ sit cōtra voluntatē:ut in p̄mo habitū est. Vñ manifestū est q̄ peccatū p se loquēdo nullo modo pōt eē pena peccati. P̄er accidēs autez peccatum potest eē pena peccati tripliciter. P̄rimo quidē ex parte cause que est remotio p̄hibentis.sunt enīz cause iuclinantes ad peccatum:passiones: tēptatio diaboli:7 alia huiusmodi que quidem cause impediūtur per auxilium diuine gratie que subtrahit p peccatū.vnde cuz ipsa subtractio gratie sit quedā pena 7 a deo:ut .ō. dictū est:sequit q̄ p accidēs etiā peccatū quod ex hoc sequit pena dicaf. 7 hoc mō loquit aplūs ro.s.dicens: P̄propter qō tradidit eos deus in desideria cordis eoruz que sunt aie passiones:quia.s.deserti homines ab auxilio diuine gratie vincunt a passionibus:7 hoc modo semp peccatū dicitur esse pena p̄cedentis peccati. Alio mō ex parte substātie actus que afflictionē inducit: sīue sit actus interior:ut patet in ipsa ira 7 inuidia: sīue actus exterior:vt patet cum aliqui graui labore opp̄imūtur 7 dāno vt expleāt actū peccati:fm illud sap̄.5°.Lassati sumus in via iniquitatis.Tertio modo ex parte affectus p̄sequētis: sed his duobus vltimis modis vnū peccatuz nō solū est pena p̄cedentis peccati s̄z etiā sui. ¶ Ad p̄imū g̃ dicendum q̄ hoc etiā q̄ aliqui puniūtur a deo dum permittit eos in aliqua pctā p̄fluere ad bonū virtutis ordinat:quādoq; quidē etiā ipsoꝝ qui peccāt: cū s.post peccatū humiliores 7 cautiores resurgunt. semp autē est ad emendationē alioꝝ qui videntes aliquos ruere de peccato in peccatū magis reformidant peccare. In alīs aūt duob⁹ modis manifestū est q̄ pena ordinaf ad emendationē q: hoc ipsū q̄ hō laborē 7 detrimentū patit in peccādo:natuz est retrahere homies a peccato. ¶ Ad secundū dicenduz q̄ ratio illa p̄cedit de peccato fm se. Et similiter dicendū est ad tertium.

Ꝺ tertium sic p̄o

ceditur.Videt q̄ nullū peccatum inducat reatū eterne pene. P̄ena enim iusta adequatur culpe.iusticia enim equalitas est: vñ dicitur esaie.27°. In mēsura cōtra mensuram cum adiecta fuerit iudicabit eam:s̄z peccatū est tē porale:g̃ nō inducit reatū pene eterne. ¶ P̄reterea pene medicine quedā sunt: ut dicit in.2°.ethicoꝝ. s̄z nulla medicina debet esse infinita: q: ordinatur ad finem:quod autē ordinat ad finē nō est infinitū vt phs dicit in p̄mo politicoꝝ:ergo nulla pena debet esse infinita. ¶ P̄reterea nullus sapiens facit aliquid nisi p̄pter se in ipso delectet:sed deus non delectaf in perditione hoīum:ut dicit sap̄. p̄mo:g̃ nō puniet hoīes pena sempiterna. ¶ P̄reterea nihil qō est per accidēs est infinitū:s̄z pena est p accidens.non enim est fm naturā eius qui punit: ergo nō potest in infinitū durare. ¶ Sed p̄tra est quod dicitur matth.25.Ibūt hi in supplicīū eternuz. Et marci.3° dicit. Qui aūt blasphemauerit in spiritū sanctū nō habebit remissionē in eternū sed erit re⁹ eterni delicti. ¶ Respōdeo dicēdū q̄ sicut .ō. dictū est:peccatum ex hoc inducit reatum pene q̄ puertit aliquē ordinē.manēte autē causa manet effect⁹ vnde q̄diu peruersitas ordinis remanet necesse ē q̄ remaneat reat⁹ pene. P̄eruertit aūt aliquis ordinem quādoq; quidē reparabiliter:qñq; autē irreparabiliter:semp enī defectus quo subtrahit p̄ncipium irreparabilis est:si autē saluet p̄incipium eius virtute alīj defectus reparari possunt: sicut si corrumpatur p̄incipiū visiuum:nō potest fieri visionis reparatio nisi sola virtute diuina:sivero saluo p̄incipio visiuo aliqua impedimēta adueniāt visioni:reparari possunt per naturā vel p artem: cuiuslibet autē ordinis est aliquod p̄ncipiū per qō

aliquis fit particeps illius ordinis: & ideo si p peccatum corrūpatur principiū ordinis quo volūtas hominis subditur deo: erit inordinatio q̄ntū est ō se irreparabilis etsi reparari possit virtute diuina principia aūt huī ordinis est vltim⁹ finis cuius hō inheret p charitatē: & ideo quecūq; peccata auertūt a deo charitatē auferētia: quantū est de se inducunt reatum eterne pene. ¶ Ad pmū ergo dicendū q̄ pena peccato ꝓportionatur fm acerbitatem tam in iudicio diuino q̄ in humano: sed sicut aug⁹ dicit. 12. de ciui. dei: in nullo iudicio requiritur ut pena adequet culpe fm durationē. non enim quia adulterium vel homicidiū in momēto cōmittitur propter hoc momētanea pena punit: sed quādoq; quidē perpetuo carcere vel exilio: quādoq; etiam morte: in qua nō ꝓsideratur occisionis mora: sz potius q̄ imperpetuū auferat a societate viuentium: & sic repsentat suo modo eternitatem pene inflicte diuinitus. Justum tamē est fm grego. q̄ qui in suo eterno peccauit cōtra deum: in eterno dei puniat. Dicit autē aliquis in suo eterno peccasse nō solum fm cōtinuationē actus in tota hominis vita durātis: sed quia ex hocipso q̄ finē in peccato pstituit: voluntatē habet in eternū peccādi. Unde dicit gregorius. 34°. moral. q̄ iniqui voluissent sine fine viuere ut sine fine potuissent in iniquitatib⁹ permanere. ¶ Ad secundū dicendū q̄ pena que etiaz fm leges humanas infligit nō semp est medicinalis ei qui punitur sz solū alijs: sicut cum latro suspendit nō ut ipse emendet: sed ꝓpter alios ut saltem metu pene peccare desistant: fm illud prouer. 19°. Pestilente flagellato stultus sapiētior erit. Sic igitur & eterne pene reprobor̄ a deo inflicte sunt medicinales his qui consideratione penaꝝ abstinent a peccatis: fm illud psal. Dedisti metuētibus te significationē: vt fugiant a facie arcus: vt liberentur dilecti tui. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ de⁹ nō delectat in penis ꝓpter ipsas: sz delectatur in ordine sue iustitie q̄ hoc requirit. ¶ Ad quartū dicendū q̄ pena etsi p accidēs ordinet ad naturā: p se tn ordinat ad ꝓpationē ordinis & ad dei iustitiā: & ideo durāte inordinatiōe semp durat pena.

ℬ quartus sic proceditur.

Videt q̄ peccato debeat pena infinita fm quantitatē. Dicit enim hiere. x°. Corripe me dñe: verūtamē in iudicio et nō in furore tuo: ne forte ad nihilū redigas me. ira autem dei uel furor metaphorice significat vindictam diuine iustitie: redigi aūt in nihilū est pena infinita: sicut & ex nihilo aliquid facere est virtutis infinite: ergo fm vindictā diuinam peccatū punit pena infinita fm quantitatē. ¶ Preterea quātiti culpe respōdet quātitas pene: fm illud deutro. 25°. Pro mēsura peccati erit & plagaꝝ modus: sz peccatū quod cōtra deum cōmittitur est infinituz tanto enim grauius est peccatuz quanto maior est persona cōtra quā peccatur sicut grauius peccatū est percuttere principē q̄ percuttere hominē puatum. dei autem magnitudo est infinita: ergo pena infinita debetur pro peccato qđ cōtra deuz cōmittitur. ¶ Preterea dupliciter est aliquid infinituz duratione. s. & quātitate: sz duratione est pena infinita: ergo & quātitate. ¶ Sed cōtra est: quia scōm hoc omniū peccatoꝝ mortalium pene essent equales: nō enim est infinitū infinito maius. ¶ Respondeo dicendū q̄ pena proportionat peccato: in peccato autem duo sunt. Quoꝝ vnum est auersio ab incōmutabili bono quod est infinituz. vnde ex hac parte peccatū est infinitum. Aliud quod est in peccato est inordinata cōuersio ad cōmutabile bonū: & ex hac parte peccatum est finitum: tum q̄ ipsuz bonum cōmutabile est finitū: tum etiam quia ipsa cōuersio est finita. nō enim possunt esse actus creature infiniti. Ex parte igitur auersionis respondet peccato pena dāni que etiam est infinita. est enim amissio infiniti boni. s. dei. Ex parte autem inordinate cōuersionis respondet ei pena sensus: q̄ etiaz est finita. ¶ Ad primuz g̃ dicendū q̄ omnino redigi in nihilum cum qui peccat nō cōuenit diuine iustitie quia repugnat perpetuitati pene que est fm diuinam iusticiam: vt dictū ē: sed in nihilum redigi dicitur qui spiritualib⁹ bonis priuatur: fm illud 1. corinth. 13°. Si nō habuero charitatez nihil sum. ¶ Ad secunduz dicendū q̄ ratio illa procedit de peccato ex parte auersionis. sic enim homo cōtra deuz peccat. ¶ Ad tertiū dicendum q̄ duratio pene respondet durationi culpe: nō quidez ex parte actus: sed ex parte macule qua durante manet reatus pene: sz acerbitas pene respōdet grauitati culpe. culpa aūt que est irreparabilis de se habet q̄ ꝑpetuo duret: & ideo debetur ei pena eterna: nō aūt ex parte puersionis habet infinitatē: & ideo nō debetur ei ex hac parte pena infinita fm quantitatē.

ℬ quintum sic proceditur.

Videt q̄ omne peccatū inducat reatum pene eterne. Pena enim ut dictum est proportionatur culpe: sed pena eterna differt a temporali in infinitum. nullum autem peccatū differre videtur ab altero in infinitum: cū omne peccatum sit humanus actus: qui infinitus eē non potest: cum ergo alicui peccato debeat pena eterna sicut dictum ē: videtur q̄ nulli peccato debeatur pena tēporalis tm̃. ¶ Preterea peccatum originale ē minimū peccatoꝝ. vñ & augustin⁹ dicit in enchi. q̄ mitissima pena est eorum qui p solo peccato originali puniūtur: sz peccato originali debetur pena perpetua. nunq̄ enim videbunt regnum dei pueri qui sine baptismo decesserunt cuz originali peccato: vt patet per id quod domin⁹ dicit ioā. 3°. Nisi quis renatus fuerit denuo non potest videre regnum dei: ergo multo magis omniuz aliorꝝ pctōruz pena erit eterna. ¶ Preterea peccato non debetur maior pena ex hoc q̄ alteri peccato adiungitur: cum vtriusq; peccatum suam habeat penam taxatā fm diuinā iusticiaz: sz peccato veniali debetur pena eterna si cum mortali peccato inueniatur in aliquo dānato: quia i inferno nulla potest esse remissio: ergo peccato veniali simpli

citer debet pena eterna: nulli ergo peccato debet pena tēporalis. ¶ Sed ꝓtra ē qđ greg. dicit in. 4°. dialogoꝝ: ꝙ quedā leuiores culpe post hāc vitam rmittuntur. non ergo omnia peccata eterna pena puniūtur. ¶ Respondeo dicendū ꝙ sicut. s. dictū est: peccatum causat reatum pene eterne: inq̄ntum irreparabiliter repugnat ordini diuine iusticie: p hoc. s. ꝙ cōtrariatur ipsi ꝓncipio ordinis: quod ē vltimus finis. manifestū ē autem ꝙ in quibusdam peccatis est quidē aliqua inordinatio: nō tamē per contrarietatē ad vltimū finē: sz solum circa ea que sunt ad finē: inq̄ntum plus vel minus debite eis intēditur: saluato tamē ordine ad vltimum finē: puta cum homo etsi nimis ad aliquā rem tēporalem afficiatur: nō tamē ꝓ eo vellet deū offendere aliquid cōtra ꝓceptum eius faciēdo. vñ huiusmodi peccatis nō debetur eterna pena sed temporalis. ¶ Ad ꝓmū ergo dicendū ꝙ peccata nō differūt in infinitum ex parte cōuersionis ad bonū cōmutabile in qua cōsistit substātia actus. differūt autez in infinitum ex parte auersionis. nam quedam peccata cōmittūtur p auersionē ab vltimo fine: q̄dam vero p inordinationē circa ea que sunt ad finem: finis autē vltimus ab his que sunt ad finem in infinitum differt. ¶ Ad secundū dicendū ꝙ peccato originali nō debetur pena eterna ratione sue grauitatis: sz ratione conditionis subiecti. s. hominis: qui sine gratia inuenitur p quam sola fit remissio pene Et similiter dicēdum est ad tertiū de veniali peccato. Eternitas enim pene nō rūdet quātitati culpe: sz irremiscibilitati ipsius: vt dictū est.

Ꝺ sextuz sic ꝓcedit. Videt ꝙ reatus pene nō remaneat post peccatū. Remota enīz causa removetur effectus: sz peccatū est causa reatus pene g̃ remoto peccato cessat reat⁹ pene. ¶ Preterea peccatū removetur p hoc ꝙ homo ad virtutē redit: sz virtuoso nō debetur pena: sz magis ꝑmiuz. ergo remoto peccato nō remanet reatus pene. ¶ Preterea pene sūt medicine: ut dicitur in. 2°. ethicoꝝ: sz postq̄ alicꝰ iā ē ab ifirmitate curat⁹ nō adhibetur sibi medicina: g̃ remoto peccato nō remanet debitum pene. ¶ Sed cōtra est quod dicit 2°. regū. 12. quod dauid dixit ad nathan. Peccaui domino. dixitq̄ nathā ad dauid. Dñs quoq̄ trāstulit peccatū tuum nō morieris: verūtamē q2 blasphemare fecisti inimicos nomē domini: filius qui natus est tibi morte morietur. punitur g̃ aliquis a deo etiam postq̄ ei peccatuz dimittitur: ꝛ sic reatus pene eterne remanet peccato remoto. ¶ Respondeo dicendū ꝙ in peccato duo possunt considerari. s. actus culpe: ꝛ macula sequēs: planum est autē ꝙ cessante actu peccati remanet reatus in omnibus peccatis actualibus. actus enim peccati facit hominē reum pene inq̄ntum trāsgreditur ordinem diuine iusticie: ad quē nō redit nisi p quandaz recompēsationē pene que ad equalitatē iusticie reducit: vt. s. qui plus voluntati sue indulsit q̄ debuit cōtra mandatum dei agēs fm ordinē diuine iusticie aliquid cōtra illud quod vellet simpliciter spōtaneus vel inuitus patiatur: quod etiaz in iniurijs hominibus factis obseruatur: ut p recompēsationem pene reintegretur equalitas iusticie: vnde patet ꝙ cessante actu peccati vel iniurie illate: adhuc remanet debitum pene. Sed si loquamur de ablatione peccati q̄ntum ad maculā: sic manifestuz est ꝙ macula peccati ab anima auferri non potest: nisi p hoc ꝙ anima deo coniūgitur p cuius distantiā detrimentū ꝓpꝛ̄ nitoris incurrebat: quod est macula: ut. s. dictum est. Coniūgitur autē deo homo p voluntatē: vñ macula peccati ab homine tolli nō potest nisi volūtas hominis ordinē diuine iusticie acceptet: vt. s. vel ipse sibi penam spontaneus assumat in recompēsationē culpe ꝑterite: vel etiam a deo illatam patiēter sustineat: vtroq̄z enim modo pena rationē satisfactionis habet. Pena autē satisfactoria diminuit aliquid de ratione pene. Est enī de ratione pene ꝙ sit cōtra voluntatē: nō tamen vt nunc: ꝛ p hoc est voluntaria. vñ simpliciter est voluntaria: fm quid autē inuoluntaria: sicut patet ex his q̄ supra de volūtario ꝛ inuolūtario dicta sunt. Dicenduz est ergo ꝙ remota macula culpe potest quidem remanere reatus non pene simpliciter: sz satisfactoric. ¶ Ad ꝓmū g̃ dicendū ꝙ sicut cessāte actu peccati remanet macula: vt. s. dictū est: ita etiā pōt remanere reat⁹: cessante vero macula nō remanet reat⁹ fm eandē rationē: ut dictū ē. ¶ Ad secundū dicēdū ꝙ virtuoso nō debetur pena simpliciter: potest tamē sibi deberi pena ut satisfactoria: quia hoc ipsum ad virtutē ꝑtinet: ut satisfaciat ꝓ his in quibus offendit: vel deum uel hominez. ¶ Ad tertiū dicendū ꝙ remota macula sanatum est vulnus peccati q̄ntum ad voluntatē. Requirit autē adhuc pena ad sanationē aliarum viriuz animē que per peccatum p̄cedēs deordinate fuerunt: vt. s. p cōtraria curētur. Requiritur etiam ad restituendum equalitatē iusticie: ꝛ ad amouēdū scādalum aliorum: ut edificētur in pena q̄ sūt scādalizati in culpa: vt patet ex exēplo de dauid inducto.

Ꝺ septimū sic ꝓcedit. Videt ꝙ nō omnis pena sit propter aliquā culpam. Dicitur enī ioā. 9°. de ceco nato. Neq̄ hic peccauit neq̄ parentes eius ut nasceret cecus. Et similiter videm⁹ ꝙ multi pueri etiam baptizati graues penas patiūtur vt puta febres: demonū oppressiones: ꝛ multa huiusmodi: cū tñ in eis nō sit peccatuz postq̄ sunt baptizati ꝛ anteq̄ sint baptizati nō ē in eis plus de peccato q̄ in alijs pueris qui hec non patiūtur: non g̃ omnis pena ꝑ peccato ē. ¶ Preterea eiusdē rationis cē videt ꝙ peccatores ꝓsperētur: ꝛ ꝙ aliqui innocētes puniātur. vtrūq̄z autē in rebus humanis frequēter inuenimus. Dicitur enim de iniquis in psal°. In labore hominū nō sunt: ꝛ cuz hominibus nō flagellabunt. Et iob. xxi°. Impij viuūt: sublleuati sunt confortatiq̄z diuitijs. Et abachuc. 1. dicitur: Quare respicis contēptores: ꝛ taces conculcāte impio iustiorē se: nō ergo omnis pena infligitur p cul

pa. ¶ Preterea de christo dicitur. ſ. pe. ij°. q̄ pctm̄ nō fecit: nec inuētus est dolus in ore ei°: ⁊ tm̄ ibidē dicit q̄ passus ē p nobis: g̈ nō semp pena a deo ois pensat p culpa. ¶ Sed cōtra est qđ dicit iob. 4°. Quis vnq̄ innocens perijt: aut qñ recti deleti sunt ḋn potius vidi eos q̄ operant iniquitatē flāte deo perijsse. Et aug°. dicit in p̄mo retractationū: q̄ ois pena iusta est ⁊ p peccato aliq̄ impēdit. ¶ Rñ. dđ. q̄ sicut iam dictū est: pena pōt dupliciter ꝓsiderari simpliciter: ⁊ inq̄ntū satisfactoria. Pena quidez satisfactoria est quodāmodo volūtaria: ⁊ qz cōtingit eos q̄ differūt i reatu pene eē vnū fm volūtatē vnione amoris: inde ē q̄ interdū aliq̄s q̄ nō peccauit: penā volūtari° p alio portat: sicut etiaz in reb° humanis videm° q̄ aliq̄s in se trāsfert alteri° debitum. Si vero loquamur de pena simpliciter fm q̄ habet rōnez pene: sic semp habet ordinē ad culpā p̄opriā: ſz qñq̄ quidē ad culpā actualem: puta qñ aliq̄s vel a deo vel ab hoīe p peccato cōmisso punitur. Quādoq̄z vero ad culpā originalē: ⁊ hoc q̄dem vel p̄ncipaliter: vel cōsequēter. Principaliť quidē pena originalis peccati est q̄ natura humana sibi relinquit destituta auxilio originalis iusticie: ſz adhoc ꝓsequūtur oēs penalitates q̄ ex defectu nature in hoībus cōtingūt. Sciendum tm̄ est q̄ quādoq̄z aliquid videt eē penale: qđ tm̄ non habet simpliciter rationē pene. Pena enim est spēs mali vt in p̄mo dictū est. malū aūt ē p̄uatio boni: cū aūt sint plura hoīs bona. ſ. aīe corporis ⁊ exteriorū rerum: cōtingit interdū q̄ hō patiat detrimentū i mi nori bono: vt augeat in maiori: sicut cū patiť detrimētum pecunie ꝓpter sanitatē corporis: vel i vtro q̄ horū ꝓpter salutē aīe: ⁊ ꝓpter gloriā dei: ⁊ tunc tale detrimētū nō ē simpliciť malū hoīs: ſz fm q̄d. vñ nō bz simplr rationē pene: ſz medicine. Nam ⁊ medici austeritas potiones ꝓpināt infirmis vt cōferāt sanitatē: ⁊ quia huiusmodi nō ꝓprie habēt rōnē pene: nō reducūtur ad culpā sicut ad causaz: nisi p tāto q̄z hoc ipsum q̄ oportet humane nature medicinas penales exhibere: est ex corruptiōe nature q̄ ē pena originalis peccati. In statu enī innocētie nō oportuisset aliquē ad pfectū virtutis ēducere p penalia exercitia. vñ hoc ipsum qđ ē penale in talib° reducitur ad originalē culpā sicut ad causam. ¶ Ad primū ergo dicēduz q̄ huiusmodi defectus corporū qui nascunť: vel etiā puerorum: sūt effectus ⁊ pene originalis peccati: vt dictum ē: ⁊ manēt etiam post baptismuz ꝓpter causam superius dictam: ⁊ q̄ nō sint equaliter in omnib° ꝓtingit ꝓpter nature diuersitatē q̄ sibi relinquit: ut. ā. dictū est: ordinant tamē huiusmodi defectus fm diuinā ꝓuidentiā ad salutē hoīuz vel eorū qui patiūtur vel aliorū qui penis admonētur: ⁊ etiā ad gloriam dei. ¶ Ad secundū dicenduz q̄ bona tēporalia ⁊ corporalia sunt quidē aliqua bona hoīs ſz parua: bona vero spūalia sunt magna hoīs bona. Pertinet igitur ad diuinā iusticiā vt virtuosis det spiritualia bona: ⁊ ō tpalib° bonis vl̄ malis tantuz det eis quantū sufficit ad virtutē. Ut enī diony. dicit. 8° ca. ō di. no. diuine iusticie ē nō emollire optimorū fortitudinē materialiū donationib°. alīs vero hoc ipsum q̄ tpalia dātur in malū spūaliuz cedūt: vñ i psal°. pcludit. Ideo tenuit eos supbia. ¶ Ad 3m dđ q̄ christus penam sustinuit satisfactoriā: nō p suis ſz p nostris peccatis.

Octauus sic pro

cedit. Videt q̄ aliquis puniatur pro peccato alterius. Dicitur enim Exo. xx°. Ego sum deus zelotes visitans iniq̄tatē patrū in filios in tertiaz ⁊ quartā generationē his q̄ oderunt me. ⁊ Matth. 23°. dicitur. Ut veniat sup vos omnis sanguis iustus qui effusus ē super terram. ¶ Preterea iusticia humana deriuatur a iusticia diuina: ſz scōm iusticiā humanā aliquādo filij puniūtur pro parētib°: sicut patet in crimine lese maiestatis: ergo etiam fm diuinā iusticiā vn° punitur pro peccato alterius. ¶ Preterea si dicat filij° nō puniri p peccato patris: ſz pro peccato ꝓpio: inquantum imitatur maliciā paternam: nō magis hoc diceretur de filijs q̄ de extraneis: qui simili pena puniūtur his quoz peccata imitantur. nō ergo videtur q̄ filij pro peccatis proprijs puniantur: sed pro peccatis parentum. ¶ Sed contra est quod dicitur ezech. 18°. Filius non portabit iniquitatem patris. ¶ Respondeo dicendū q̄ si loquamur de pena satisfactoria que voluntarie assumitur: contingit q̄ vnus portet penam alterius inquantum sunt quodāmodo vnum: sicut iam dictum est. Si autem loquamur de pena pro peccato inflicta inquantū rationez hz pene: sic solum vnusquisq̄ pro peccato suo punitur: quia actus peccati aliquid p sonale est. Si autem loquamur de pena que habet rationem medicine: cōtingit q̄ vnus punitur pro peccato alterius. Dictum est enim q̄ detrimenta corporalium rerum vel etiam ipsius corporis sūt quedam penales medicine ordinate ad salutē anime: vnde nihil prohibet talibus penis aliquē puniri p peccato alterius: vel a deo vel ab homine: vtpote filios pro patribus: ⁊ subditos pro dominis inquantum sunt quedam res eorum: ita tamē q̄ si filius vel subditus est particeps culpe huiusmodi penalis defectus habet rationem pene quantum ad vtrūq̄: scilicet eum qui punitur ⁊ cum pro quo puunitur. Si vero non sit particeps culpe: habet rationē pene quantum ad eum ꝓ quo punitur: quantum vero ad eum qui punitur rationē medicine tm̄: nisi per accidens inquantum peccato alterius consentit: ordinatur enim ei ad bonum aīe si patiēter sustineat. Pene vero spirituales nō sūt medicinales tm̄: quia bonum anime nō ordinatur ad aliud melius bonum. vnde in bonis anime nullus patitur detrimentum sine culpa proprija: et pro pter hoc etiam talibus penis: vt dicit hieronym° in epistola ad auitum. vnus non punitur pro alio quia quantum ad animam filius nō est res patris: vnde ⁊ huiusmodi causam dominus assignans dicit ezech. 18°. Omnes anime mee sunt. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ vtrumq̄z dictum videtur esse referendum ad penas temporales vel corpora-

les inquantū filij sunt quedam res parētū ⁊ succes sores p̄decessorum: vel si referātur ad penas spūa les: hoc dicit ꝓpter imitationē culpe: vñ in Exo. additur. iijis qui oderunt me. Et in Matth. dicit Et vos implete mēsuram patrum vestrorꝫ. Dicit aūt puniri peccata patrum in filijs: qz filij in pecca tis parētum nutriti ꝓniores sunt ad peccandū: tū ꝓpter consuetudinē: tum etiam ꝓpter exemplum patrum quasi auctoritatē sequētes: sunt etiam ma iori pena digni si penas patrū vidētes correcti nō sunt. Ideo autē addidit. In tertiam ⁊ quartaꝫ ge nerationē: quia tantū consueuerunt homines viuere vt in tertiam ⁊ quartam generationē viderent: ⁊ sic mutuo videre possunt ⁊ filij peccata parētum ad imitandum: ⁊ patres penas filiorum ad dolen dum. ¶ Ad scām dō q̄ pene ille sunt corporales ⁊ temporales quas iustitia humana vni p̄o pec cato alterius infligit: ⁊ sunt remedia quedā vel me dicine contra culpas sequentes: vt vel ipsi qui pu niūtur: vel alij cohibeant a similib⁹ culpis. ¶ Ad tertiū dō q̄ magis dicuntur puniri ꝓ peccatis alio rum ꝓpinqui q̄ extranei: tum qz pena ꝓpinquoꝝ quodāmodo redundat in illos qui peccauerūt: vt dictum est: inquantum filius est quedā res patris tum etiā qz ⁊ domestica exempla ⁊ domestice pe ne magis mouent. vnde quando aliquis nutritus est in peccatis parētum vehemētius ea sequitur: ⁊ si ex eoruꝫ penis non est deterritus: obstinatior vi detur: vnde ⁊ est maiori pena dignus.

Questio. lxxxvij.

Einde qz pec

catum veniale ⁊ mortale di stinguūtur fm reatum: con siderandū est de eis. Et p̄i mo cōsiderandū est de veni ali per ꝓpationē ad mortale Scōo de veniali fm se. Circa primū queruntur sex. Primo vtꝫ veniale pec catum conueniēter diuidatur contra mortale. Se cundo vtꝫ distinguātur genere. Tertio vtꝫ venia le peccatuꝫ sit dispositio ad mortale. Quarto vtꝫ veniale pcm̄ possit fieri mortale. Quinto vtrum circūstantia aggrauans possit de veniali peccato facere mortale. Sexto vtꝫ peccatū mortale pos sit fieri veniale.

D primum sic ꝓo

cedit. Videt q̄ veniale peccatuꝫ non cōueniēter diuidatur cōtra mortale. Dicit enī aug. xxij li. contra Faustum. Peccatuꝫ est dictū vel factū vel cōcupitum ꝓtra legē eternā sz esse ꝓtra legē eternā dat peccato q̄ fit mortale: g̃ oē peccatum est mortale: nō ergo peccatum venia le diuidit ꝓtra mortale. ¶ Preterea apls dicit. i. ad Corin. x°. Siue māducaueritis siue biberitis si ue aliqd aliud facitis: oia in gloriā dei facite. sz cō tra hoc p̄ceptū facit quicūq; peccat. nō enī peccatū fit ꝓpter gloriā dei: cū ergo facere ꝓtra p̄ceptuꝫ sit pcm̄ mortale: videt q̄ quicūq; peccat mortaliter peccet. ¶ Preterea quicūq; amore alicui rei ihe ret: iheret ei vel sicut fruēs vel sicut vtēs: vt pz per aug. in p̄mo de doc. xp̄iana: sz null⁹ peccās iheret bono ꝓmutabili quasi vtēs. Non enī refert ipz ad bonū qō nos beatos facit: qō ꝓprie est vti: vt aug. dicit ibidē: ergo quicūq; peccat fruit bono ꝓmuta bili: sz frui rebus vtēdis est hūana puersitas: vt au gu. dicit in li. 83. q. cum g̃ puersitas pcm̄ mortale nominet: videt q̄ quicūq; peccat mortaliter pec cet. ¶ Preterea q̄cūq; accedit ad vnū terminum ex hoc ipo recedit ab alio: sz quicūq; peccat acce dit ad bonū ꝓmutabile: g̃ recedit a bono incōmu tabili: g̃ peccat mortaliter: nō ergo ꝓueniēter pec catū veniale ꝓtra mortale diuidit. ¶ Sed contra est qō aug. dicit in homel. vij. sup Jo. q̄ crimen est qō dānationē meret. veniale aūt est qō non meret dānationē. Sz crimē notat peccatū mortale. g̃ ve niale peccatum ꝓueniēter diuidit contra mortale. ¶ Rñ. dō q̄ aliqua fm q̄ ꝓprie accipiūtur nō vi dēt esse opposita: que si metaphorice accipiāt op poni inueniuntur: sicut ridere: non opponitur ei quod est arescere: sz secūdum q̄ ridere metapho rice de prato dicit pp ei⁹ flozitionē ⁊ virozē: oppo nit qō est arescere. Similr si mortale ꝓprie accipi at̄ put refert ad mortē corpalē: non videt oppositū hēre cū veniali: nec ad idē genus ptinere. Sz si mortale accipiat metaphorice fm q̄ dicit in pcīs mortale opponit ei qō ē veniale. Cū enī peccatū sit quedam infirmitas aie: vt supra habituz ē: pecca tum aliqō mortale dicit ad similitudinē morbi qui dicit mortalis ex eo q̄ inducit defectū irreparabi lē p̄ destitutionē alicuius p̄ncipij: vt dictū ē. Prin cipium autē spiritualis vite que est fm virtutē: est ordo ad vltimum finē: vt supra dictum ē: qui quidē si destitutus fuerit reparari non pōt p aliquod principium intrinsecum: sz solum p virtutē diui nam: vt supra dictum ē: quia inordinationes eo rum que sunt ad finē repantur ex fine: sicut erroꝛ qui accidit circa conclusiōes p veritatē principio ruz. Defectus ergo ordinis vltimi finis non pōt p aliquid aliud reparari quod sit principali⁹: sicut nec erroꝛ qui ē circa principia: ⁊ iō huiusmōi pec cata dicuntur mortalia quasi irrepabilia. Pecca ta aūt q̄ habēt inordinationē circa ea q̄ sunt ad fi nē cōseruato ordine ad vltimum finē reparabilia sunt: ⁊ hec dicuntur venialia. Tunc enim peccatū veniaz habet quando reatus pene tollitur qui ces sat cessante peccato: vt dictū est: sz hoc ergo mor tale ⁊ veniale opponuntur: sicut reparabile ⁊ ir reparabile: ⁊ hoc dico per principiū interius. nō autē p comparationē ad virtutem diuinam: que omnē morbum ⁊ corporalem ⁊ spiritualem pōt reparare: ⁊ propter hoc veniale peccatum con uenienter diuiditur contra mortale. ¶ Ad pri muz ergo dicendum q̄ diuisio peccati in veniale ⁊ mortale nō est diuisio generis in species que equa liter participant rationem generis: sed analogi in ea de quibus predicatur secundum prius ⁊ poste rius: ⁊ ideo perfecta ratio peccati quam aug. po nit conuenit peccato mortali. Peccatū aūt venia

le dicitur peccatum mortali. ¶Peccatum autē veniale dicitur peccatum fm rōnem ímpfectam ⁊ ín ordíne ad peccatū mortale: ſicut accidens dicítur ens in ordíne ad ſubſtantíam fm ímpfectam rōnē entis: non enim eſt contra legē: quía venialiter peccans non facit ꝙ lex prohíbet: nec ptermíttit id ad quod lex per ꝓceptum obligat: ſed facit ꝑter legē quía non obſeruat modum rationis quem lex íntendit. ¶Ad ſcōm dō. ꝙ íllud preceptū Apoſtoli eſt affirmatiuum: vnde non obligat ad ſemper: ⁊ ſíc non facit contra hoc preceptum: quicūq; nō actu refert in gloríā dei omne quod facit. Sufficit ergo ꝙ aliquíſ habitualiter referat ſe ⁊ omnia ſua in deum ad hoc ꝙ non ſemper mortaliter peccet: cum aliquē actum non refert in gloríam dei actualíter. Veniale autem peccatum non excludit habitualē ordinationē actus humani in gloríaz dei: ſz ſoluz actualē: quía non excludit charitatē que habitualiter ordinat in deum: vnde non ſequitur ꝙ ílle qui peccat venialiter peccet mortaliter. ¶Ad tertiū dō. ꝙ ílle qui peccat venialiter ūheret bono tēporalí: non vt fruens: quía non conſtituit in eo fínem: ſed vt vtens referēs in deum non actu: ſed habítu. ¶Ad quartū dō ꝙ bonum commutabíle non accípitur terminus contrapoſitus ínco̅mutabíli bono: niſi quando conſtituitur in eo fínis. qō enim eſt ad fínem non habet rōnē termini.

Ꝺ ſecundū ſic ꝓcedítur.

Vídetur ꝙ peccatum veniale ⁊ mortale non díffernant genere: ſcílicet ꝙ aliquod ſit peccatū mortale ex genere: ⁊ aliquod veniale ex genere. Bonum enim ⁊ malū ex genere ín actibus humanís accípitur per cōparationem ad materíam ſiue ad obiectuz: vt ſupra dictum eſt: ſed fm qōlíbet obiectum vel materiaz contingit peccare mortaliter ⁊ venialiter. quodlíbet enim bonum commutabile poteſt homo dílígere: vel ínfra deum: quod eſt peccare venialiter vel ſupra deuz: quod eſt peccare mortaliter. ergo peccatum veniale ⁊ mortale non díffernnt genere ¶Preterea ſícut dictum eſt ſupra: peccatuz mortale dícitur quod eſt írreparabile. peccatum autē veniale quod eſt reparabile: ſed eſſe írreparabile cōuenít peccato quod fit ex malícia: qō fm quoſdam írremíſſibile dícit eē aūt reparabile cōuenit peccato qō fit p ínfírmitatē vel ígnoratíā: qō dícit remíſſibile: ergo peccatū mortale ⁊ veniale díffernnt ſícut peccatū qō eſt ex malícia cōmíſſum: vel ex ínfírmitate ⁊ ígnoratía: ſz fm hoc nō díffernnt peccata genere: ſz cauſa: vt ſupra dictū eſt: ꝑ peccatum veniale ⁊ mortale non díffernnt genere. ¶Preterea ſupra dictū eſt ꝙ ſubíti motus tā ſenſualitatis ꝙ rōnis ſunt peccata venialía: ſed ſubíti motus ínueníūtur in quolibz peccatí genere: ergo nō ſunt aliqua peccata venialia ex genere. ¶Sz ꝓtra eſt ꝙ aug. in ſermōe de purgatorio enumerat q̄dam genera peccatoꝝ venialiū: ⁊ q̄dam genera peccatoꝝ mortaliū. ¶Rñdeo dō ꝙ peccatū vēiale a venía dícit. ¶Pōt igítur aliqō peccatuz díci veniale vno mō: qz eſt venía cōſecutū: ⁊ ſíc dícit Ambroſius ꝙ oē peccatuz ꝑ penítētiam fit veniale: ⁊ hoc dícit veniale ex euētu. Alio modo dícit venia le qz non hz ín ſe vnde venía non cōſequat: vel totalíter vel in pte: in pte q̄dē ſícut cū hz in ſe aliquid díminuēs culpā: vt cum fit ex ínfírmitate vel ígnorantía: ⁊ hoc dícit veniale ex cauſa. in toto aūt ex eo ꝙ non tollít ordínē ad vltimū fínē: vñ nō meretur penā eternā: ſed tpalē: ⁊ de hoc veniali ad preſens íntendimus. de primis enī duobus conſtat ꝙ nō habēt genus aliqō determinatū: ſz veniale tertio modo dictū pōt habere genus determinatum ita ꝙ aliqō peccatuz dícat veniale ex genere: ⁊ alí quod mortale ex genere: fm ꝙ genus vel ſpēs actꝰ determinātur ex obiecto. Cū enim voluntas ferē in aliqō qō fm ſe repugnat charitatí p quā homo ordínat in vltimū fínē illud peccatuz ex ſuo obiecto hz ꝙ ſit mortale: vñ eſt mortale ex genere: ſíue ſit ꝓtra dilectionē dei: ſícut blaſphemía: pluriuz: ⁊ huiuſmodi: ſíue ꝓtra dílectionē ꝓxímí: ſícut homicidiū: adulteriū ⁊ ſímílía: vñ huiuſmodi ſunt peccata mortalía ex ſuo genere. Ꝙñꝙ vero volūtas peccantis fertur ín id qō in ſe cōtinet quandam in ordínationē: non tñ ꝓtrariat dílectioni dei ⁊ ꝓxímí: ſícut verbū ocioſū: riſus ſupfluus: ⁊ alia huiuſ modí: ⁊ talia ſunt peccata venialia ex ſuo genere vt ſupra habitū eſt: qz actus morales recípiūt rōnē boni ⁊ mali: nō ſolū ex obiecto: ſz etiā ex aliqua díſpoſítione agētis: vt ſupra hituz eſt: cōtingit qñ ꝙ ꝙ id qō eſt peccatuz veniale ex genere rōne ſui obiecti fit mortale ex pte agētis: vel qz ín eo conſtituit fínē vltimū: vel qz ordínat ípm ad aliq̄d quod eſt peccatum mortale ex genere: puta cum aliquíſ ordínat verbū ocioſum ad adulteriū ꝓmittēdum Símíliter etiā ex pte agētis ꝓtíngit ꝙ aliqō peccatuz qō ex ſuo genere eſt mortale fit veniale ꝓpter hoc. ſ. ꝙ actus eſt ímpfectus: ídeſt non deliberatꝰ rōne que eſt ꝓncípiū ꝓpríū mali actus: ſícut ſupra dictū eſt de ſubitus motibus ínfidelitatis. ¶Ad ꝓmuz ergo dō. ꝙ ex hocípſo ꝙ alíqs elígit íd qō repugnat díuine charitatí ꝓuincit ꝑferre illud charitati díuine: ⁊ per ꝑñs plus amare ípm ꝙ deuz: ⁊ ídeo aliqua peccata ex genere que de ſe repugnant charitatí: habēt ꝙ aliq̄d dílígat ſupra deum: ⁊ ſíc ſunt ex genere ſuo mortalia. ¶Ad ſcōz dō. ꝙ rō illa ꝓcedit de peccato vēiali ex cā. ¶Ad tertiū dō. ꝙ ratio illa ꝓcedit de peccato quod eſt veniale ꝓpter ímpfectionē actus.

Ꝺ tertium ſic ꝓcedít.

Vídet ꝙ pctm̄ veniale nō ſit diſpoſitio ad mortale. Unū enī oppoſitū nō diſponit ad aliud. ſed pctm̄ veniale ⁊ mortale ex oppoſito diuidūtur: vt dictū ē. ergo pctm̄ veniale nō ē diſpoſitio ad mortale. ¶Preterea actꝰ diſponit ad aliq̄d ſimile in ſpecie ſibi. vñ in. 2°. ethicorum dícitur ꝙ ex ſímílibus actibus generantur ſímiles diſpoſitiones ⁊ habitus: ſed peccatū mortale ⁊ veniale díffernnt genere ſeu ſpecie: vt dictū eſt: ergo peccatuz veniale nō diſponit ad mortale

¶ Preterea si peccatum dicat veniale qđ dispõit ad mortale: oportebit q̃ qcũq; dispõũt ad mortale peccatum sint peccata venialia: sed oia bona opa dispõũt ad peccatũ mortale. dicit enī Aug. in regula q̃ supbia bonis opibus insidiatur vt pereant. ergo etiaz bona opera erunt peccata venialia: quod est inconueniẽs. ¶ Sed cõtra est qđ dicitur Eccl. 19. Qui spernit minima paulatim defluit. sed ille qui peccat venialiter videt minima spernere: ergo paulatiz dispõitur ad hoc q̃ totaliter defluat per peccatũ mortale. ¶ Rñ. dđ q̃ disponens est quodãmodo causa. vnde fm duplicẽ modum cause est duplex dispõitiõis modus. Est enī causa quedã mouens directe ad effectum: sicut calidum calefacit: est etiam ibi cã indirecte mouens remouendo ꝓhibens: sicut remouẽs colũnã dicit remouere lapidem superpositum: z fm hoc actus peccati dupliciter ad aliquid dispõnit. Uno quidẽ modo directe: z sic dispõnit ad actum similez fm spẽm: z hoc modo primo z per se peccatũ veniale ex genere non dispõnit ad mortale ex genere cum differant specie: sed per hunc modũ peccatũ veniale põt dispõnere per quãdã consequẽtiã ad peccatum quod est mortale ex parte agentis. augmẽtata enim dispõne vel habitu per actus peccatoꝝ venialiũ intantũ potest libido peccãdi crescere q̃ ille qui peccat finem suũ constituit in peccato veniali. Nam vnicuiq; habẽti habitũ inq̃tum huius modi finis est operatio fm habitum: z sic multotiẽs peccãdo venialiter dispõnet ad peccatũ mortale. Alio modo actus humanus dispõnit ad aliquid remouẽdo ꝓhibens: z hoc modo peccatum veniale ex genere põt dispõnere ad mortale peccatum ex genere. qui enī peccat venialiter ex genere ꝑtermittit aliquẽ ordinẽ: z ex hoc q̃ consuescit volũtatẽ suã in minoribus debito ordini nõ subdere: dispõnitur ad hoc q̃ etiam voluntatẽ suã nõ subdat ordini vltimi finis eligẽdo id quod ẽ peccatum mortale ex genere. ¶ Ad primuz ergo dđ q̃ peccatum veniale z mortale non diuidũtur ex opposito sicut due species vnius generis: vt dcm̃ est: sed sicut accidẽs ꝓtra substãtiam diuidit. vnde sicut accidens põt esse dispositio ad formã substãtialem: ita z veniale peccatum ad mortale. ¶ Ad scdm̃ dđ q̃ peccatum veniale nõ est simile mortali in specie: est tñ simile ei in genere inq̃tũ vtrunq; iportat defectum debiti ordinis: licet aliter z aliter vt dictum est. ¶ Ad tertiũ dđ. q̃ opus bonũ non est per se dispositio ad mortale peccatũ: potest tñ esse materia: vel occasio peccati mortalis per accidẽs: sed peccatũ veniale per se dispõnit ad mortale: vt dictum est.

Ꝺ quartũ sic ꝓcꝺitur. Uidetur q̃ peccatuz veniale possit fieri mortale. Dicit enī Augu. exponens illud Jo. Qui incredulus est filio nõ videbit vitã: peccata minima. i. venialia: si negligantur occidunt. sed ex hoc dicitur peccatum mortale q̃ spũaliter occidit aiam: ergo peccatũ veniale põt fieri mortale. ¶ Preterea motus sensualitatis ante ꝓsensum rõnis est peccatum veniale. post consensum vero est peccatũ mortale: vt supra dictum est: ergo peccatũ veniale põt fieri mortale. ¶ Preterea peccatuz veniale z mortale differũt sicut morbus curabilis z incurabilis: vt dictuz est sed morbus curabilis potest fieri incurabilis: ergo peccatũ vẽiale potest fieri mortale. ¶ Preterea dispositio põt fieri habitus: sed peccatũ veniale ẽ dispositio ad mortale: vt dictum est: ergo veniale peccatum põt fieri mortale. ¶ Sed cõtra: ea que differunt in infinitũ nõ trãsmutant in inuicem: sed peccatuz mortale z veniale differunt in infinitum vt ex predictis patet: ergo veniale non potest fieri mortale. ¶ Rñ. dđ. q̃ peccatum veniale fieri mortale potest tripliciter itelligi. Uno modo sic q̃ idẽ actus numero primo sit peccatũ veniale z postea mortale: z hoc esse non põt: q2 peccatuz principaliter consistit in actu volũtatis: sicut z q̃libet actꝰ moralis: vnde non dicitur vnus actus moraliter si volũtas mutet: q̃uis etiã actio fm naturã sit cõtinua. Si aũt volũtas non mutet nõ potest esse q̃ de veniali fiat mortale. Alio modo põt itelligi vt id qđ est veniale ex genere fiat mortale: z hoc quidẽ possibile est inquãtũ constituit in eo finis: vel inquãtũ refertur ad mortale peccatũ sicut ad finem vt dictũ est. Tertio mõ põt intelligi ita q̃ multa venialia peccata constituãt vnũ peccatũ mortale: q̃ si sic intelligat q̃ ex multis peccatis venialibꝰ integraliter cõstituatur vnũ peccatũ mortale: falsum est. non enī oia peccata venialia de mundo possũt habere tantũ de reatu quãtum vnũ peccatũ mortale: quod patet ex pte duratiõis: quia peccatum mortale habet reatum pene eterne. peccatũ autez veniale reatum pene tpalis: vt dictum est. Patet etiam ex parte pene dãni: quia peccatuz mortale meretur carẽtiã visionis diuine: cui nulla alia pena cõparari põt: vt Chrysostomꝰ dicit. Patet etiam ex parte pene sensus quãtũ ad vermẽ conscientie: licet forte q̃tum ad penam ignis non sint ipproportionabiles pene. Si vero itelligat q̃ multa peccata venialia faciũt vnum mortale dispositiue: sic verum est sicut supra ostensum est: fm duos modos dispositionis quo peccatum veniale dispõnit ad mortale. ¶ Ad primuz ergo dđ q̃ Augustinꝰ loquitur in illo sensu q̃ multa peccata venialia dispositiue causant mortale. ¶ Ad secundũ dđ q̃ ille idem motus sensualitatis qui ꝑcessit consensum rationis nunquam fiet peccatum mortale: sz ipse actus rationis consentientis. ¶ Ad tertiuz dđ. q̃ morbus corporalis non est actus: sed dispositio quedam permanens: vnde eadem manens potest mutari: sed peccatum veniale est actus transiens qui resumi non potest: z quantum ad hoc non est simile. ¶ Ad q̃rtum dđ q̃ dispositio que fit habitus est sicut impfectum in eadem specie: sicut inpfecta scientia dum pficitur fit habitus: sed veniale peccatum est dispositio alterius generis: sicut accidens ad formã substantialem in quaz nunquam mutatur.

Quintum sic pro cedit. Videt q circunstãtia possit de veniali peccato facere mortale. Dic enim Augustinus in sermone de purgatorio: q si diu teneatur ira cũdia z ebrietas si assidua sit: trãseunt in numerum peccatorum mortaliũ: sed ira z ebrietas non sunt ex suo genere peccata mortalia: sed venialia: alioquin semper essent mortalia: ergo circunstantia facit peccatum veniale eẽ mortale. ¶ Preterea Magister dicit. 24. distin. secũdi li. sententiarũ. q delectatio si sit morosa est peccatum mortale: si autem non sit morosa est peccatum veniale: sed morositas est quedam circunstãtia: ergo circũstantia facit de peccato veniali mortale. ¶ Preterea plus differunt malum z bonum q̃ veniale peccatũ z mortale quorum vtrunq; est in genere mali: sed circunstantia facit de actu bono malum: sicut patet cum quis dat elemosynam propter inanem gloriaz: ergo multo magis potest facere de peccato veniali mortale. ¶ Sed contra est qõ cum circunstantia sit accidens: quãtitas eius non potest excedere quantitatez ipsius actus quẽ habet ex suo genere. semper enim subiectum preeminet accidẽti: si igitur actus ex suo genere sit peccatum veniale non poterit per circunstantiam fieri peccatũ mortale: cum peccatum mortale in infinitum quodãmodo excedat quantitatez venialis vt ex dictis patet. ¶ Rñ. dõ q sicut supra dictum est: cum de circunstantijs ageretur: circunstantia inquantuz huiusmodi est accidens moralis actus contingit tamen circunstantiã accipi vt differẽtiã specificam actus moralis: z tunc amittit rationez circunstantie z constituit speciem moralis actus hoc autem contingit in peccatis quando circũstãtia addit deformitatem alterius generis: sicut cuz aliquis accedit ad nõ suam: est actus deformis de formitate opposita castitati: sed si accedat ad non suaz que est alterius vxor additur deformitas opposita iusticie: contra quam est vt aliquis vsurpet rem alienam z fm hoc huiusmodi circũstantia cõstituit nouam speciem peccati que dicitur adulterium. impossibile est autez q circunstantia de peccato veniali faciat mortale nisi afferat deformitatem alterius generis. Dictum est enim q peccatũ veniale habet deformitatem per hoc q importat deordinationẽ circa ea que sunt ad finem. peccatũ autem mortale habet deformitatez per hoc q importat deordinationem respectu vltimi finis. vnde manifestũ est q circunstantia non potest de veniali peccato facere mortale manẽs circunstantia sed solum tunc quãdo transfertur in aliaz speciez z fit quodãmõ differentia specifica mortalis act⁹ ¶ Ad primuz ergo dõ q diuturnitas non est circunstantia trahens in aliam speciem similiter nec frequentia. vel assiduitas nisi forte per accidẽs ex aliquo supuenienti. Non enim aliquid acquirit nouam speciem ex hoc multiplicatur vel procellat nisi forte in actu ꝓcellato vel multiplicatio superueniat aliquid quod variet speciem. puta inobedientia vel contemptus: vel aliquid huiusmodi. Dicendum est ergo q cum ira sit motus animi ad nocendũ ꝓximo: si sit tale nocumentum in qõ tendit motus ire: qõ ex genere suo sit peccatũ mortale: sicut homicidiũ: vel furtum talis ira ex genere suo est peccatũ mortale. sed quod sit peccatum veniale habet ex imperfectione actus inquãtũ est. motꝰ subitus sensualitatis. si vero sit diuturna: redit ad naturam sui generis per consensum rõnis. Si vero nocumẽtũ in qõ tendit motus ire esset veniale ex genere suo: puta cum aliquis in hoc irascit contra aliquẽ q vult ei dicere aliqd verbum leue z iocosum qõ modicũ ipm contristet: non erit ita peccatum mortale q̃tũcunq; sit diuturna nisi forte p accidens. puta si ex hoc genere scandalũ oriat vel ꝓpter aliquid huiusmodi. De ebrietate vero dicẽdũ est. q fm suam rõnem habet q sit peccatũ mortale. q eni homo absq; necessitate reddat se impotentẽ ad vtendũ rõne per quã homo in deũ ordiatur. z multa peccata occurrẽtia vitet: ex sola voluptate vini exꝑsse ꝓtriat vt virtuti: sed q sit peccatum veniale ꝓtingit ꝓpter ignorantiã quandam vel infirmitatẽ. puta cum homo nescit virtutẽ vini aut ꝓpriã debilitatẽ: vnde nõ putat se inebriari tunc enim non imputat ei ebrietas ad peccatũ: sz solũ supabundãtia potus: sed quãdo frequẽter inebriatur: nõ pot per hanc ignorãtiã excusari quin videat volũtas eius eligere magis pati ebrietatez q̃ abstinere a vino supfluo. vnde redit peccatum ad suã naturã. ¶ Ad scõz dõ. q delectatio morosa nõ dicit esse peccatũ mortale nisi in his que ex suo genere sunt peccata mortalia. In quibus si delectatio non morosa sit peccatũ veniale est ex imperfectiõe actus. sicut z de ira dictum est. dicit eni ira diuturna z delectatio morosa ꝓpter approbationem rõnis deliberantis. ¶ Ad tertiũ dõ. q circũstãtia non facit de bono actu malũ nisi cõstituens spẽm peccati: vt supra etiam habitum est.

Sextuz sic procedit. Videt q pctm̃ mortale possit fieri veniale. Equaliter eni distat pctm̃ veniale a mortali: z ecõuerso. sed pctm̃ veniale fit mortale: vt dictũ est. ergo etiaz pctm̃ mortale pot fieri veniale. ¶ Preterea pctm̃ veniale z mortale ponũtur differẽtie fz hoc q peccãs mortaliter diligit creaturã plus q̃ deũ. peccãs aũt venialiter diligit creaturã infra deũ. cõtingit aũt q aliqs ꝓmittens id qõ est ex genere suo pctm̃ mortale diligat creaturã infra deũ. puta si aliquis nesciẽs fornicationẽ simplicẽ esse pctm̃ mortale z cõtrariã diuino amori fornicet: ita tñ q ꝓpter diuinũ amorem paratus esz fornicationẽ ptermittere si sciret fornicãdo se ptra diuinũ amorẽ agere: ergo peccabit venialiter. z sic pctm̃ mortale pot veniale fieri. ¶ Preterea sicut dictũ est: plus differt bonum a malo q̃ veniale a mortali: sz actꝰ qui est de se malꝰ pot fieri bonꝰ: sicut homicidiũ pot fieri actꝰ iusticie. pz in iudice q occidit latronẽ. g̃ multo magis pctm̃ mortale pot fieri veniale. ¶ Sz ꝑ est q eter

num nunquam potest fieri temporale. sed peccatum mortale meretur penam eternam. peccatum autem veniale tpalem penam. ergo peccatū mortale nunquā potest fieri veniale. ¶ Respōdeo dō q̄ veniale ⁊ mortale differunt sicut pfectū ⁊ impfectum in genere peccati: vt dictum est. ℑmperfectum autē per aliquā additionē potest ad pfectionem venire. vnde ⁊ veniale per hoc q̄ additur ei deformitas ptinens ad genus peccati mortalis: efficitur mortale. sicut cum aliquis dicit verbū ocio sum vt fornicetur: sed id qō est pfectus non potest fieri impfectum per additionez. ⁊ ideo peccatum mortale non fit veniale per hoc q̄ addit ei aliqua deformitas ptinens ad genus peccati venialis. nō enī diminuitur peccatū eius qui fornicat vt dicat verbuz ociosum: sed magis aggrauatur ꝓpter deformitatē adiunctaz. ℑpotest tamen id q̄ est ex genere mortale esse veniale ꝓpter impfectionē actꝰ q̄ non pfecte ptingit ad rōnem actus mortalis: cū nō sit deliberatꝰ: ſz subitꝰ. vt ex dictis patet. ⁊ hoc fit per subtractionē quādam. ſ. deliberate rōnis. ⁊ q̄ a rōne deliberata habet spēm mortalis actus: inde est q̄ per talem subtractionē soluitur species.

¶ Ad pmū ergo dō q̄ veniale differt a mortali sicut impfectum a pfecto: vt puer a viro. fit autem ex puero vir: sed nō conuertit. vnde rō non cogit.

¶ Ad scōm dō q̄ si sit talis ignorātia que peccatum oīno excuset. sicut est furiosi vel amentis: tūc ex tali ignorātia fornicationē cōmittens nec venialiter nec mortaliter peccat. Si vero sit ignorātia non inuincibilis tunc ignorātia ipsa est peccatuz: ⁊ cōtinet in se defectū diuini amoris: inquātum negligit homo adiscere ea per que pōt se in diuino amore conseruare. ¶ Ad tertium dō. q̄ sicut aug. dicit in libro contra mendaciū. Ea que sunt fm se mala nullo fine bene fieri pñt. homicidium aūt est occisio innocētis: ⁊ hoc nullo modo bene fieri potest. sed iudex qui occidit latronē: vel miles qui occidit hostez rei publice non appellātur homicide vt aug. dicit i li. de libero arbitrio. Dō. lxxix.

Einde cōsideradū est de peccato veniali fm se. Et circa hoc querunt̄ sex. Primo vtꝝ peccatū veniale causet maculam in anima. Scōo de distinctione peccati venialis ꝓut figuratur per lignum fenum ⁊ stipulam. i. Corin. 3°. Tertio vtrum homo in statu innocētie potuerint peccare venialiter. Quarto vtrū angelus bonus vel malus possit peccare venialiter. Quinto vtꝝ primi motus infideliuz sint peccata venialia. Sexto vtrū veniale possit esse in aliquo simul cuz solo peccato originali.

Bprimum sic procedit. Videt̄ q̄ peccatum veniale causet maculā in anima. Dicit enim Augustinus in libro de penitētia q̄ peccata venialia si multiplicentur: decorē nostrum ita exterminat vt a celestis sponsi amplexibus nos separent: sed nihil aliud est macula q̄ detrimentū decoris: ergo peccata venialia causant maculam in aia. ¶ Preterea peccatum mortale causat maculaz in anima ꝓpter inordinationē actus ⁊ affectus ipsius peccantis: sed in peccato veniali est quedā deordinatio actus ⁊ affectus: ergo peccatuz veniale causat maculam in anima. ¶ Preterea macula aie causatur ex contactu rei tpalis per amorē: vt supra dictum est. sed in peccato veniali anima inordinato amore contingit rem tpalem: ergo peccatū veniale inducit maculam in anima. ¶ Sed ꝯ est qō dicitur Eph. 5°. Vt exhiberet ipse sibi gloriosaz ecclesiam non habentē maculā aut rugā: glo. i. aliquod peccatum criminale: ergo ꝓpium peccati mortalis esse videtur q̄ maculaz in anima causet. ¶ Respōdeo dicēdū q̄ sicut ex dictis patet: macula importat detrimentū nitoris ex aliquo contractu: sicut in corpalibus patet ex quibus per similitudinez nomen macule ad animā trāsfertur. Sicut autem in corpore est duplex nitor. vnus quidē ex intrinseca dispositione mēbrorum ⁊ colorīs. Alius aūt ex exteriori claritate superueniēte. Ita etiam in anima est duplex nitor. Vnus quidem habitualis quasi intrinsecus. Alius autem actualis quasi exterior fulgor. peccatum autem veniale impedit quidem nitorem actualem: non tamen habitualē quia non excludit neq̄ diminuit habitum charitatis ⁊ aliarum virtutum: vt infra patebit: sed solum impedit eorum actum. macula autem importat aliquid manens in re maculata: vnde magis videtur pertinere ad detrimentum habitualis nitoris q̄ actualis: vnde proprie loquendo peccatum veniale non causat maculam in anima: ⁊si alicubi dicatur maculaz inducere: hoc est fm quid inquātum impedit nitorem qui est ex actibus virtutum.

¶ Ad pmuz ergo dō. q̄ Augustinus loquitur in eo casu in quo multa peccata venialia dispositiue inducunt ad mortale. aliter autez non separarent ab amplexu celestis sponsi. ¶ Ad scōm dō. q̄ inordinatio actus in peccato mortali corrumpit habitum virtutis: non autem in peccato veniali.

¶ Ad tertiū dō q̄ in peccato mortali anima per amorem contingit rem temporalem quasi finem ⁊ per hoc totaliter impeditur influxus splendoris gratie qui prouenit in eos qui deo adherēt vt vltimo fini per charitatem: sed in peccato veniali non adheret homo creature tanquam fini vltimo vnde non est simile.

Bsecundū sic procedit. Videt̄ q̄ incōueniēter peccata venialia per lignum fenum ⁊ stipulam designentur. Lignum enim fenum ⁊ stipula dicuntur superedificari spirituali fundamento: sed peccata venialia sunt preter spirituale edi

ficium:sicut etiam quelibet falsē opiniōes sunt p̄ter sciam:ergo peccata venialia nō cōueniēter designantur per lignum:fenū ⁊ stipulā. ¶Preterea ille qui edificat lignum:fenum ⁊ stipulaz: sic salu⁹ erit quasi per ignem:sed quādoq; ille qui cōmittit peccata venialia non erit saluus etiam per ignem puta cuz peccata venialia inueniūtur in eo qui decedit cum peccato mortali:ergo incōueniēter per lignum:fenum ⁊ stipulā peccata venialia designātur. ¶Preterea fm Apl'm alij sunt qui edificant aurum argentū:lapides p̄cioſos:id est amorē dei ⁊ p̄rimi ⁊ bona opera:⁊ alij qui edificant lignum fenum ⁊ stipulam:sed peccata venialia cōmittūt etiam illi qui diligunt deum ⁊ p̄rimū ⁊ bona opera faciunt. Dicitur enim.i. Jo.2°. Si dixerim⁹ quia peccatum non habemus:nosipsos seducimus: ergo non cōueniēter designantur peccata venialia p ista tria. ¶Preterea multe plures differentie ⁊ gradus sunt peccatoꝝ venialiū q̄ tres: ergo incō ueniēter sub his tribus comprehēdūtur. ¶Sed ꝓtra est quod Apl'us.i.Cor.3°.dicit de eo qui sup edificat lignū:fenum ⁊ stipulam:q̄ saluus erit quasi per ignem:⁊ sic patietur penam: sed non eternā reatus aūt pene temporalis ꝓpie pertinet ad peccatum veniale:vt dictum est:ergo per illam tria significātur peccata venialia. ¶Rndeo dō q̄ quidam intellexerunt fundamētum esse fidem informē:super quam aliqui edificant bona opera: que figurātur per aurum:argentum ⁊ lapides p̄cioſos.quidam vero peccata etiam mortalia:que figurātur fm eos per lignum:fenū ⁊ stipulā.sed hāc expositiōem improbat Aug.in libro de fide ⁊ operibus:q; vt Apl's dicit ad Gal.5°.Qui opera carnis facit regnum dei non cōsequitur: quod est saluum fieri. Apostolus autē dicit q̄ ille qui edificat lignum fenum ⁊ stipulam saluus erit quasi p ignez vnde non pōt intelligi q̄ per lignum fenū ⁊ stipulam peccata mortalia designētur. Dicūt ergo quidam q̄ per lignum fenum ⁊ stipulam significātur opera bona que superedificātur quidē spūali edificio:sed tñ cōmiscēt se eis peccata venialia. sicut cum aliquis habet curam rei familiaris: qō bonū est:cōmiscet se superfluus amor:vel vxoris vel filiorum:vel possessionū:sub deo tñ ita.s.q̄ p̄o his homo nihil vellet facere contra deum: sed hoc iterū non videtur cōueniēter dici. Manifestū est enim q̄ omnia opera bona referūtur ad charitatez dei ⁊ p̄rimi.vnde ptinent ad aurum ⁊ argentum ⁊ lapides p̄cioſos.non ergo ad lignū fenū ⁊ stipulā Et ideo dicendum est q̄ ipsa peccata venialia que admiscēt se,p̄curantibus terrena: significātur per lignum fenum ⁊ stipulam.sicut enim huiusmodi cōgregātur in domo ⁊ non ptinēt ad substātiam edificij ⁊ possunt cōburi edificio remanēte:ita etiam peccata venialia multiplicantur in homine manente spūali edificio.⁊ p̄o istis patitur ignem:vel tēporalis tribulatiōis in hac vita:vel purgatorij post hāc vitam.⁊ tamē salutē p̄sequet eternam. ¶Ad primum ergo dō.q̄ peccata venialia non dicūtur superedificari spūali fundamēto quasi directe supra ip̄m posita:sz quia ponūtur iuxta ipsa: sicut accipitur ibi.Sup flumina babilonis.i. iuxta: q; pctā venialia nō destruūt spūale edificiū:vt dictum est. ¶Ad secundū dō q̄ nō dicit de quocūq; edificāte lignū fenū ⁊ stipulā:q̄ saluus sit quasi per ignez sed solū de eo qui edificat supra fundamētū:quod quidē nō est fides informis vt quidā estimabāt: sz fides formata charitate fm illud Eph.3°. In charitate radicati ⁊ fundati.Ille ergo qui decedit cū peccato mortali ⁊ venialibus:habet quidē lignuz fenū ⁊ stipulam.sed nō sūt superedificata supra fundamentum spūale:⁊ ideo nō erit saluus sic quasi per ignē. ¶Ad tertiū dō. q̄ illi qui sunt abstracti a cura tpalium rerū:⁊si aliqñ venialiter peccent: tñ leuia peccata venialia ꝓmittūt:⁊ frequētissime per feruorē charitatis purgātur.vnde tales nō superedificāt venialia:q; in eis modicuz manēt:sed peccata venialia ip̄oꝝ que circa terrena occupātur diutius manēt:q; nō ita frequenter recurrere p̄nt ad huiusmōi peccata venialia delenda p charitatis feruorem. ¶Ad q̄rtum dō q̄ sicut p̄bs dicit in primo de celo. Tria tribus includūtur .s. p̄n cipio:medio:⁊ fine:⁊ fm hoc oēs gradus venialium peccatoꝝ ad tria reducūtur.s.ad lignū qō diutius manet in igne:ad stipulā que citissime expeditur:ad fenū qō medio modo se habet.fm enim q̄ peccata venialia sunt maioris vel minoris adherētie vel grauitatis citi⁹ vel tardi⁹ p ignē purgāt.

Ꝺ tertium sic ꝓ

ceditur.Videtur q̄ homo in statu innocētie potuerit peccare venialiter. Quia sup illud.i.ad Thimo.2°. Adā non est seductus.dicit glo. Inexptus diuine seueritatis: in eo falli potuit vt crederet veniale esse cōmissum.sed hoc nō credidisset nisi venialiter peccare potuit nō peccādo mortaliter. ¶Preterea aug. xi°. sup Gen.ad litterā. Nō est arbitrāduz q̄ esset hoiem deiecturus tentatoꝝ:nisi p̄cessisset in aīa hois que dā elatio ꝓmēda.elatio aūt deiectionē p̄cedēs que facta est per peccatū mortale:nō potuit cē nisi peccatū veniale.Similiter etiā in eodē. Aug. dicit q̄ virū sollicitauit aliqua experiēdi cupiditas cum mulierē vidisset sumptu vetito pomo nō esse mortuā.videtur etiā fuisse in Eua aliquis infidelitatis motus in hoc q̄ de verbis dñi dubitauit: vt patet per hoc quod dixit. Ne forte moriamur.vt habetur Gen.3°.hec autem videntur venialia peccata.ergo homo potuit venialiter peccare antequā mortaliter peccaret. ¶Preterea peccatum mortale magis opponitur integritati primi stat⁹ q̄ peccatū veniale.sed homo potuit peccare mortaliter non obstante integritate primi status ergo etiā potuit peccare venialiter. ¶Sed contra est q̄ cuilibet peccato debetur aliqua pena. sed nihil penale esse potuit in statu innocentie:vt Augustinus dicit.24°.de ciuitate dei.ergo non potuit peccare aliquo peccato quo non ejiceretur ab illo ite gritatis statu.sed peccatuz veniale non mutat statum hois ergo non potuit peccare venialiter.

¶ Rñ. dō q̄ cōiter ponitur q̄ homo in statu īnocentie non potuit venialiter peccare: hoc etiā nō est sic intelligendum quasi id quod nobis est veniale si ipe cōmitteret esse sibi mortale ꝓpter altitudinem sui status. dignitas enim persone est quedā circunstantia aggrauans peccatū. non tamē trāsfert in aliam speciem: nisi forte supueniente deformitate inobedientie: vel voti: vel alicuius huiusmodi: quod in ꝓposito dici potest: vnde id quod est de se veniale non potuit transferri in mortale ꝓpter dignitatem primi status. sic ergo intelligendum est q̄ non potuit peccare venialiter: quia nō potuit esse vt cōmitteret aliquid quod esset de se peccatū veniale antecq̄ integritatem primi status amitteret peccādo mortaliter. ¶ Cuius ratio est q̄ peccatū veniale in nobis contingit vel ꝓpter īmpfectionē actus: sicut subiti motus in genere peccatorum mortalium: vel ꝓpter inordinationē existentem circa ea que sunt ad finem seruato debito ordine ad finem. vtrunq̄ autem horum contingit ꝓpter quendam defectum ordinis: ex eo q̄ inferius non continetur firmiter sub superiori: q̄ enī in nobis insurgat subitus motus sensualitatis: cōtingit ex hoc q̄ sensualitas non est omno subdita rōni q̄ vero insurgat subitus motus in rōne ipa: puenit in nobis ex hoc q̄ ipa executio actus rōnis nō subditur deliberationi que est ex altiori boni: vt ō dictum est: q̄ vero humanus animus inordinetur circa ea que sunt ad finem seruato debito ordine ad finem: prouenit ex hoc q̄ ea que sunt ad finem non ordinantur infallibiliter sub fine qui tenet sūmum locum quasi principiū in appetibilibus: vt supra dictum est. In statu aūt innocentie: vt in primo habitum est: erat infallibilis ordinis firmitas vt semper inferius contineretur sub superiori q̄dū summū hominis contineretur sub deo: vt etiā Aug. dicit. 14°. de ciui. dei. & ideo oportebat q̄ inordinatio in homine nō esset nisi inciperet ab hoc q̄ summū hominis nō subderetur deo: quod fit ꝑ peccatū mortale. Ex quo patet q̄ homo in statu innocentie non potuit peccare venialiter antequam peccaret mortaliter. ¶ Ad primū ergo dō q̄ veniale non sumitur ibi fm q̄ nunc de veniali loquimur: sed dicitur veniale quod est facile remissibile ¶ Ad scōs dō. q̄ illa elatio que ꝑcessit in animo hois fuit primū hominis peccatū mortale. dicitur aūt ꝑcessisse deiectionē eius in exteriorē actū peccati. huiusmodi aūt elationē subsecuta est & experiendi cupiditas in viro: & dubitatio in muliere: q̄ ex hoc solo in quandā aliam elationē prupit q̄ ꝑcepti mentionē a serpēte audiuit quasi nollet sub ꝑcepto cōtineri. ¶ Ad tertiū dō. q̄ peccatū mortale intantum opponit integritati primi status q̄ corrumpit ipm: quod peccatum veniale facere nō potest: & quia nō potest simul esse quecūq̄ inordinatio cum integritate primi status: consequens est q̄ primus homo non potuerit peccare venialiter antequā peccaret mortaliter.

¶ quartus sic pro

cedit. Videt q̄ angel⁹ bon⁹ vel mal⁹ possit peccare venialiter. Homo enī cū angelis ꝓuenit in supiori anime ꝑte que mens vocat: fm illud Greg. in homilia. Homo intelligit cū angelis: sed hō ꝑ supiorem partē anime potest peccare venialiter: ergo & angelus. ¶ Preterea quicunq̄ potest quod est plus potest etiam quod est minus: sed angelus potuit diligere bonū creatum plus q̄ deum: quod fecit peccando mortaliter: ergo etiam potuit bonū creatum diligere infra deum inordinate venialiter peccando. ¶ Preterea angeli mali videntur aliqua facere que sunt ex genere suo venialia peccata ꝓuocando hoies ad risum: & ad alias huiusmodi leuitates: sed circūstātia persone nō facit de veniali mortale: vt dictum est: nisi spāli ꝓhibitiōe superueniēte: quod non est in ꝓposito: ergo angelus potest peccare venialiter. ¶ Sed cōtra est q̄ maior est perfectio angeli q̄ perfectio hominis in primo statu: sed homo in primo statu non potuit peccare venialiter: ergo multo minus angel⁹. ¶ Rñ. dō q̄ intellectus angeli sicut in primo dictum est. nō est discursiuus: vt scz ꝓcedat a principijs in cōclusiones seorsum vtrūq̄ intelligens sicut in nobis cōtingit. vnde oportet q̄ qñcūq̄ considerat cōclusiones consideret eas prout sunt in principijs. In appetibilibus aūt sicut multotiēs dictum est: fines sunt sicut principia: ea vero que sunt ad finē sunt sicut cōclusiones: vnde mens angeli non fertur in ea que sunt ad finem nisi fm q̄ stant sub ordine finis ꝓpter hoc ex natura sua habēt q̄ nō possit in eis esse deordinatio circa ea que sūt ad finē: nisi simul sit deordinatio circa finē ipm: quod est ꝑ peccatū mortale: sed angeli boni nō mouētur in ea q̄ sunt ad finē nisi in ordine ad finē debitū qui est de⁹ & ꝓpter hoc omnes eorū actus sunt charitatis: & sic in eis nō pōt esse peccatū veniale. Angeli vero mali in nihil mouētur nisi in ordine ad finē peccati superbie iporū: & ideo in oībus peccāt mortaliter quecūq̄ ꝓpria volūtate agūt. Secus aūt est de appetitu naturalis boni qui est in eis: vt in ꝓmo dictum est. ¶ Ad primū ergo dō q̄ homo cōuenit quidē cum angelis in mēte siue in intellectu: sz differt in modo intelligēdi: vt dictum est. ¶ Ad scōs dō. q̄ angelus nō potuit minus diligere creaturaz q̄ deū: nisi simul referēs eam in deum sicut in vltimū finē: vel aliquem finē inordinatum rōne iā dicta. ¶ Ad tertiū dō. q̄ oīa illa que videtur cē venialia demones ꝓcurāt vt hoies ad sui familiaritatem attrahāt: & sic deducāt eos in peccatū mortale: vnde in oībus mortaliter peccant ꝓpter intentionem finis.

¶ quintum sic pro

cedit. Videt q̄ primi motus sensualitatis in infidelib⁹ sint peccata mortalia. Dicit enī Apl's ad Ro. 8°. q̄ nihil est dānatiōi his qui sūt in xpo iesu: qui nō fm carnē ambulant & loqt ibi ō ꝓcupiscētia sensualitatis: vt ex ꝓmissis apparet: hec ergo cā est quare ꝓcupiscere non sit

dānabile his qui nō fm carnē ambulant: ꝓsentiendo.s.cōcupiscētie:qz sunt in xpo iesu:sed fideles ñ sunt in xpo iesu: ergo in infidelibus est dānabile. ꝑmi igitur motus infideliū sunt peccata mortalia ¶ Preterea Anselm⁹ dicit in li. de gratia ⁊ li. arbi. Qui non sunt in xpo sentiētes carnē sequūtur dānationē etiam si no fm carnem ambulāt:ſz dānatio non debet nisi peccato mortali: ergo cū hō sentiat carnem fm primū motum concupiscentie videtur q primus motus concupiscentie in infidelibus sit pctm mortale. ¶ Preterea Anselm⁹ dicit in eodē libro. Sic est factus hō vt ꝓcupiscētiā sentire non deberet. hoc aūt debitū videt hoi remissum per gratiā baptismalē quaz infideles non habēt:ergo qñcūq infidelis cōcupiscit etiā si non ꝓsentiat peccat mortaliter contra debitū faciēs. ¶ Sed ꝫ est qđ dicit Actuū. x°. Non est psonarū acceptor deus qđ ergo vni non imputat ad dānationē nec alteri:sed ꝑmos motus fidelibus nō imputat ad dānationē:ergo etiam nec infidelibus. ¶ Respondeo dd. q irrōnabiliter dicit q primi motus infideliū sint peccata mortalia si eis nō cōsentiatur. ⁊ hoc pz dupliciter. Primo quidē quia ipa sensualitas non pōt esse subiectū peccati mortalis: vt supra est habitū. est aūt cadē natura sensualitatis in infidelib⁹ ⁊ fidelibus: vnde nō potest esse q solus motus sensualitatis in infidelibus sit pctm mortale. Alio mō ex statu ipius peccātis. nū quā enī dignitas psone diminuit pctm: sed magis auget: vt ex supra dictis patet: vnde nec peccatuz est minus in fideli q in infideli: sed multo maius. Nam ⁊ infideliū peccata magis merētur veniā ꝑ pter ignorantiā: fm illud. i. ad Thimo. i. Misericordiā dei ꝓsecutus sum: qz ignorās feci in incredulitate mea. ⁊ peccata fideliū aggrauāt ꝑpter gratie sacramēta: fm illud Heb. x. Quāto magis putatis deteriora mereri supplicia qui sanguinē testamenti in quo sanctificat⁹ est pollutum duxerit. ¶ Ad ꝑmū ergo dd. q Aplus loquit de dānatione debita peccato originali que aufertur p gratiā iesu xpi q̄ vis maneat cōcupiscētie fomes: vñ hoc q fideles cōcupiscūt non est in eis signū dānationis originalis peccati: sicut est in infidelibus: ⁊ hoc etiā modo intelligēdū est dictum Anselmi. Uñ patet solutio ad scām. ¶ Ad tertium dd. q illud debitum non cōcupiscēdi erat per originalē iusticiā vnde id qđ opponitur tali debito nō ptinet ad peccatum actuale: sed ad peccatū originale.

Dsextuz sic proce

dit. Uidet q peccatuz veniale possit esse in aliquo cum solo originali. Dispositio enī ꝓcedit habitū: sed veniale est dispositio ad mortale: vt supra dictū est. ergo veniale in infideli cui non remittit originale inuenitur añ mortale: ⁊ sic qñcq infideles habent pctā venialia cum originali sine mortalibus. ¶ Preterea minus habet de cōnexiōe ⁊ ꝓueniētia veniale cum mortali q̄ mortale peccatuz cum mortali: sed infidelis subiectus originali peccato pōt cōmittere vnū pctm mortale ⁊ non aliud. ergo pōt cōmittere peccatuz veniale ⁊ non mortale. ¶ Preterea determinari pōt tempus in quo puer primo pōt esse actor peccati actualis: ad quod tempus cum puenerit pōt ad minus per aliqđ breue spaciū stare quin peccet mortaliter: qz hoc etiā in maximis sceleratis contingit. In illo aūt spacio: quātūcunq breui potest peccare venialiter: ergo peccatū veniale pōt eē in aliquo cū originali peccato absq mortali. ¶ Sz cōtra est quia ꝑ peccato originali puniūtur hoies in limbo puerorū: vbi nō est pena sensus: vt infra dicetur. In inferno autē detrudūtur hoies ꝓpter solum peccatū mortale: ergo nō erit locus in quo possit puniri ille qui habet peccatū veniale cū originali solo. ¶ Respondeo dicēdū q impossibile ē q peccatum veniale sit in aliquo cuz originali peccato absq mortali. Cuius rō est: qz anteq ad annos discretiōis pueniat: defectus etatis ꝓhibens vsum rōnis excusat eum a peccato mortali: vnde multo magis excusat eum a peccato veniali si cōmittat aliquid quod sit ex genere suo tale: cum vero vsum rōnis habere inceperit: non oīno excusatur a culpa venialis ⁊ mortalis peccati: sed ꝑmuz qđ tunc homini cogitandū occurrit est deliberare de seipso: ⁊ siquidē seipm ordinauerit ad debituz finem: ꝑ gratiā consequēt remissionem originalis peccati. Si vero non ordinet seipm ad debitū finē fm q in illa etate est capax discretionis: peccabit mortaliter non faciens qđ in se est: ⁊ extūc nō erit in eo peccatum veniale sine mortali nisi postq totum fuerit sibi per gratiā remissum. ¶ Ad ꝑmū g dicēdū. q veniale nō est dispositio ex necessitate ꝓcedens mortale: sed cōtingēter: sicut qñq laboz dispōnit ad febrem: non aūt sicut calor dispōnit ad formam ignis. ¶ Ad scām dd. q nō impedit peccatum veniale esse simul cum solo originali ꝓpter distantiam eius vel conueniētiā: sed ꝓpter defectū vsus rōnis: vt dictum est. ¶ Ad tertiū dd. q ab aliis peccatis mortalibus pōt puer incipiēs habere vsum rōnis per aliqđ tempus abstinere: sed a peccato omissionis ꝓdicte non liberat nisi q̄ cito potest se cōuertat ad deum. Primū enī qđ occurrit hoi discretionē habenti est q de seipo cogitet ād quem alia ordinet sicut ad finē. Finis enim est prior in intentione: ⁊ ideo hoc est tempus ꝑ quo obligatur ex dei ꝓcepto affirmatiuo: quo dom⁹ dicit. Cōuertimini ad me: ⁊ ego cōuertar ad vos. Zacharie primo. Questio. xc.

Onsequenter

cōsiderandum est de ꝓncipijs exterioribus actuū. Principium autē exterius ad malū inclinās est diabol⁹: de cuius tentatione in primo dictū est. Principium aūt exterius mouens ad bonū est deus: q ⁊ nos instruit per legem: ⁊ iuuat per gratiā. Unde primo de lege: secūdo de gratia dicendū est. Circa legem aūt primo oportet cōsiderare de ipa lege in cōi. Secdo de ptibus eius. Circa legem autez

in cõi tria occurrunt ꝓsiderãda. Primo quidẽ de eẽntia ipsius. Scdo de oria legũ. Tertio de effectibus legis. Circa ꝑmũ q̃rũtur quattuor. Primo vtrum lex sit aliquid rõnis. Scdo de fine legis. Tertio de cã eius. Quarto de ꝓmulgatione ipius

ℬ primum sic ꝓo

ceditur. Videtur q̃ lex non sit aliq̃d rõnis. Dicit enĩ Apl'us ad Ro. 7°. video aliam legẽ in mẽbris meis ⁊c. sed nihil quod est rõnis est in mẽbris: quia rõ nõ vtit̃ organo corporali. ergo lex nõ est aliquid rõnis. ¶ Preterea in rõne nõ est nisi potẽtia habitus ⁊ actus. sed lex non est ipsa potẽtia rõnis. Similiter etiam nõ est aliquis habitus rõnis: quia habitus rõnis sũt virtutes intellectuales: de quibus supra dictũ est. nec etiã actus rõnis est: q̃ cessante rõnis actu lex cessaret: puta in dormiẽtibus: ergo lex non est aliq̃d rõnis. ¶ Preterea lex mouet eos qui subd̃ũtur legi ad recte agẽdum: sed mouere ad agẽdum ꝓprie ptinet ad volũtatẽ: vt patet ex ꝓmissis. ergo lex non ptinet ad rõnẽ: sed magis ad volũtatẽ: sm q̃ etiam iurisperitus dicit. Quod placuit p̃ncipi legis habet vigorem. ¶ Sz p̃ est q̃ ad legem pertinet ꝑcipere ⁊ phibere. sed imparare est rõnis: vt ẽ habitũ est. ergo lex est aliquid rõnis. ¶ Rñ. dd. q̃ lex quedam regula est ⁊ mẽsura actuũ sm quã inducitur aliquis ad agẽdũ: vel ab agẽdo retrahit. Dicitur enĩ lex a ligãdo q̃ obligat ad agẽdum. regula aũt ⁊ mẽsura humanox actuuz est rõ que est p̃ncipium ꝑmũ actuum humanox: vt ex p̃dictis patet. Rõnis enim est ordinare ad finẽ qui est primum principiuz in agendis sm philosophum. In vnoquoq̃ aũt genere id qd̃ est p̃ncipium est mensura ⁊ regula illius generis: sicut vnitas in genere numeri: ⁊ motus primus in genere motuũ. vñ relinquitur q̃ lex sit aliquid ptinẽs ad rõnez. ¶ Ad primuz ergo dd. q̃ cum lex sit regula quedã ⁊ mẽsura dicitur dupliciter esse in aliquo. Uno modo sicut in mẽsurante ⁊ regulãte: ⁊ q̃ hoc est ꝓprium rõnis: ideo per hũc modũ lex est i rõne sola. Alio modo sicut in regulato ⁊ mẽsurato: ⁊ sic lex est in oĩbus que inclinãtur in aliq̃d ex aliqua lege: ita q̃ quelibet inclinatio ꝓueniẽs ex aliqua lege põt dici lex: non eẽntialiter sed quasi ptícipatiue. ⁊ hoc modo inclinatio ipa mẽbrox ad cõcupiscẽdũ lex mẽbrox vocatur. ¶ Ad secundũ dd. q̃ sicut i actibus exterioribus est cõsiderare opationẽ ⁊ operatum: puta edificationẽ ⁊ edificatum: ita in opibus rõnis est ꝓsiderare ipm actum rõnis qui est intelligere ⁊ rõcinari: ⁊ aliquid per huiusmodi actũ cõstitutum. quod quidẽ in speculatiua rõne p̃mo q̃dez est diffinitio. Scdo enũciatio. Tertio vero syllogismus vel argumẽtatio. ⁊ q̃ rõ etiam practica vtitur quodã syllogismo in opabilibus: vt supra habitũ est: sm q̃ phus docet in. 7°. ethicox. ideo ẽ inuenire aliquid in rõne practica qd̃ ita se habeat ad opationes sicut se habet ꝓpositio in rõne speculatiua ad ꝯclusiones. ⁊ huiusmodi ꝓpositiones vniuersales rõnis practice ordinate ad actiones habẽt rõnẽ legis: que quidẽ ꝓpõnes aliquãdo actu aliter ꝓsiderant: aliquãdo vero habitualiter a rõne tenẽtur. ¶ Ad tertiuz dd. q̃ rõ habet vim mouẽdi a volũtate: vt supra dictum est. Ex hoc enim q̃ aliquis vult finẽ rõ ĩpat de his que sunt ad finem: sed voluntas de his que ĩpantur ad hoc q̃ legis rõnem habeat: oportet q̃ sit aliqua rõne regulata. ⁊ hoc modo intelligitur q̃ volũtas p̃ncipis habet vigorem legis: alioquin voluntas p̃ncipis magis esset iniquitas q̃ lex.

ℬ secundũ sic ꝓo

cedit. Videt q̃ lex non ordinet semp ad bonũ cõe sicut ad finem. Ad legez enĩ ptinet recipere ⁊ phibere. sed ꝑcepta ordinantur ad quedã singularia bona. non ergo semper finis legis est bonũ cõe. ¶ Preterea lex dirigit hominẽ ad agẽdum: sed actus humani sunt in ptícularibus: ergo ⁊ lex ad aliqd̃ ptículare bonũ ordiatur. ¶ Preterea Isidorus dicit in li. ethimologiarũ. Si rõne lex constat lex erit omne qd̃ rõne ꝓsticerit. sed rõne consistit non solum qd̃ ordinat ad bonũ cõe: sed etiã qd̃ ordinatur ad priuatũ bonũ vnius. ergo lex nõ ordinatur solum ad bonuz cõe sed etiam ad bonũ priuatum vnius. ¶ Sed ꝓtra est qd̃ Isidorus dicit in. 5°. ethimologiax q̃ lex ẽ nullo priuato cõmodo: sed pro vtilitate ciuiũ cõscripta. ¶ Respõdeo dd. q̃ sicut dictum est: lex ptinet ad id quod est principiũ humanox actuum ex eo q̃ est regula ⁊ mẽsura. Sicut aũt rõ est principium humanox actuũ: ita etiã in ipsa rõne est aliquid qd̃ est principium respectu oĩum alioz. vñ ad hoc oportet q̃ principaliter ⁊ maxime ptineat lex. primum aũt principium in opatiuis quox est rõ practica est finis vltimus. Est aũt vltimus finis humane vite felicitas vel beatitudo. vt supra habitũ ẽ. vnde oportet q̃ lex maxime respiciat ordinẽ qui est in beatitudine. rursus cum oĩs pars ordinet ad totum sicut impfectum ad pfectum. vnus aũt homo est pars cõitatis pfecte: necesse est q̃ lex ꝓprie respiciat ordinẽ ad felicitatẽ cõem. vnde ⁊ phs in p̃missa diffinitiõe legaliũ mentionẽ facit: ⁊ de felicitate ⁊ cõione politica. Dicit enĩ in. 9°. ethicorum. q̃ legalia iusta dicimus factiua ⁊ cõseruatiua felicitatis ⁊ ptícularum ipsius politica cõicatione. Perfecta enim cõitas ciuitas est: vt dicitur in primo politice. In quolibet autez genere id qd̃ maxime dicitur est principium aliorum: ⁊ alia dicuntur sm ordinem ad ipm sicut ignis qui est maxime calidus est causa caliditatis in corporib⁹ mixtis: que intantum dicuntur calida inquãtum participãt de igne. vnde oportet q̃ cum lex maxime dicatur sm ordinem ad bonum cõe: quodcũq̃ aliud ꝑceptum de ptículari opere non habet rõnem legis nisi sm ordinem ad bonum cõmune: ⁊ ideo omnis lex ad bonum cõmune ordinatur. ¶ Ad primuz ergo dd. q̃ preceptum importat applicationem legis ad ea que ex lege regulãtur. ordo autẽ ad bonum cõmune qui ptinet ad legẽ: est applicabilis ad singulares fines: ⁊ sm hoc etiam de pti-

cularibus quibusdaz ꝓcepta dantur. ¶ Ad scām dō. q̄ operationes quidē sunt in ꝑticularibus: sed illa ꝑticularia referri possunt ad bonū cōmune nō quidem cōitate generis vel speciei: sed cōmunitate cause finalis ſm q̄ bonum cōe dicit finis cōmunis. ¶ Ad tertiū dō. q̄ sicut nihil constat firmiter ſm rōnem speculatiuā nisi per resolutionē ad prima principia idemōstrabilia: ita firmiter nihil cōstat per rōnem practicam nisi per ordinationē ad vltimū finem: qui est bonū cōe: qō aūt hoc mō rōne constat legis rōnem habet.

ℬ tertium sic ꝓ

cedit. Videtur q̄ cuiuslibz ratio sit factiua legis. Dicit enī Apls ad Ro. 2°. q̄ cum gentes que legem non habent: naturaliter ea que legis sunt faciūt: ipsi sibi sunt lex: hoc autem cōiter de oibus dicit: ergo quilibet potest facere sibi legem. ¶ Preterea sicut phs dicit i. 2°. ethi. intentio legislatoris est vt inducat hoiem ad virtutem: sed quilibet homo ꝓtest alium inducere ad virtutem: ergo cuiuslibet hominis ratio est factiua legis. ¶ Preterea sicut princeps ciuitatis est ciuitatis gubernator: ita quilibet paterfamilias ē gubernator domus: sed princeps ciuitatis potest in ciuitate legem facere: ergo quilibet paterfamilias potest in sua domo facere legez. ¶ Sz ꝓtra est qō Isidor° dicit in li. ethimologiax: z habet in decretis dist. 2. Lex est ꝓstitutio populi ſm quā maiores natu simul cum plebibus aliquid sanxerūt. nō est ergo cuiuslibet facere legē. ¶ Rñdeo dō q̄ lex ꝓprie ꝑmo z principaliter respicit ordinē ad bonum cōe. ordinare aūt aliquid in bonū cōe est vel totius multitudinis: vel alicuius gerētis vicem totius multitudinis: z ideo condere legem: vel pertinet ad totam multitudinē: vel ptinet ad ꝑsonā publicā que totius multitudinis curaz habet: q̄ z in oibus alīs ordinare in finē est eius cuius est ꝓpr° ille finis. ¶ Ad ꝑmuz ergo dō q̄ sicut supra dictū est: lex est in aliquo nō solū sicut in regulāte: ſz etiā participatiue sicut in regulato: z hoc modo vnuſquisq; sibi est lex inquantū participat ordinē alicuius regulantis: vnde z ibidem subditur. Qui ostē dūt opus legis scriptum in cordibus suis. ¶ Ad scōz dō. q̄ ꝑsona priuata nō pōt inducere efficaciter ad virtutē. pōt enī soluz mouere: sed si sua motio non recipiatur nō habet vim coactiuā quā debet habere lex ad hoc q̄ efficaciter inducat ad virtutē: vt phs dicit in. x°. ethicox. hanc aūt virtutez coactiuā habz multitudo vel ꝑsona publica ad quā ptinet penas infligere: vt infra dicetur: z ideo solius est eius leges facere. ¶ Ad tertium dō. q̄ sicut homo est pars domus: ita domus est pars ciuitatis. ciuitas aūt est cōitas perfecta: vt dicitur in primo politice: z ideo sicut bonū vnius hominis non est vltimus finis: sed ad cōmune bonū ordinatur: ita etiam z bonum vnius domus ordinat ad bonum vnius ciuitatis: que est cōitas perfecta: vnde ille qui gubernat aliquā familiā: pōt quidē facere aliqua ꝓcepta vel statuta: non tamen que ꝓprie habeant rōnem legis.

ℬ quartū sic ꝓ

cedit. Videt q̄ ꝑmulgatio non sit de rōne legis. Lex enim naturalis maxime habet rōnem legis: sed lex naturalis non indiget ꝑmulgatione: ergo nō est de rōne legis q̄ promulgetur. ¶ Preterea ad legē ptinet ꝓprie obligare ad aliquid faciendū vel nō faciendū: sed non solum obligātur ad implendū legem illi coā quibus ꝑmulgatur lex: sed etiā alī: ergo ꝑmulgatio nō est de rōne legis. ¶ Preterea obligatio legis extēditur etiā in futurū: q̄ leges futuris negocīs necessitatē imponūt: vt iura dicūt: sed ꝑmulgatio fit ad ꝑntes: ergo ꝑmulgatio nō est de necessitate legis. ¶ Sed cōtra est qō dicitur in decretis quarta dis. q̄ leges instituūtur cum ꝑmulgātur ¶ Rñ. dō. q̄ sicut dictum est: lex imponit alīs per modū regule z mēsure. Regula aūt z mēsura imponitur per hoc q̄ applicatur his que regulantur z mēsurant vnde ad hoc q̄ lex virtutē obligandi obtineat: qō est ꝓprium legis: oportet q̄ applicet hoibus qui ſm eam regulari debēt. talis aūt applicatio fit per hoc q̄ in noticiā eoruz deducitur ex ipsa ꝑmulgatione: vnde ꝑmulgatio ipsa necessaria est ad hoc q̄ lex habeat suam virtutem. Et sic ex quattuor p̄dictis pōt colligi diffinitio legis: que nihil est aliud q̄ quedā rōnis ordinatio ad bonū cōmune ab eo q̄ curaz cōitatis habet ꝑmulgata. ¶ Ad ꝑmū ergo dō q̄ ꝑmulgatio legis nature est ex hoc ipo q̄ de° eam mētibus hoiuz inseruit naturaliter cognoscē dam. ¶ Ad scōz dō q̄ illi coraz quibus lex non ꝑmulgatur: obligātur ad legem obseruandā: inquātum in eoꝝ noticiā deuenit per alios: vel deuenire pōt ꝑmulgatione facta. ¶ Ad tertiū dō. q̄ ꝑmulgatio ꝑns in futuruz extenditur per firmitatē scripture: que quodāmodo semper eam ꝑmulgat: vñ Isidorus dicit in primo ethimologiax: q̄ lex a legendo vocata est: quia scripta est.

Questio. xci.

Einde cōsideran

dum est de diuersitate legum. Et circa hoc querunt sex. Primo vtruz sit aliqua lex eterna. Scdo vtrum sit aliqua lex naturalis. Tertio vtrum sit aliqua lex humana. Quarto vtrum sit aliqua lex diuina. Quinto vtrum sit vna tantum vel plures. Sexto vtruz sit aliqua lex peccati.

ℬ primum sic ꝓ

cedit. Videt q̄ non sit aliqua lex eterna. Omnis enim lex aliquibus imponitur: sed non fuit ab eterno cui aliquis lex posset imponi. solus enim deus fuit ab eterno: ergo nulla lex est eterna. ¶ Preterea promulgatio est de ratione legis. sed promulgatio non potuit esse ab eterno quia non erat ab eterno cui promulgaret

ergo nulla lex pōt esse eterna. ¶ Preterea lex im portat ordinē ad finem. sed nihil est eternū qđ ordinetur ad finem. solus enim vltimus finis est eternus: ergo nulla lex est eterna. ¶ Sed cōtra est qđ Augustinus dicit in ꝑmo de libero arbitrio. Lex que summa ratio nominatur non potest cuipiam intelligenti non incōmutabilis eterna q̄ videri. ¶ Respōdeo dicēdū q̄ sicut supra dictum est: nihil est aliud lex q̄ dictamē practice rationis in ꝑncipe qui gubernat aliquam cōitatem perfectā. manifestum est aūt supposito q̄ mundus diuina prouidentia regatur: vt in primo habitum est: q̄ tota cōmunitas vniuersi gubernatur ratione diuina. & ideo ipsa ratio gubernationis rerum in deo sicut in principe vniuersitatis existens legis habet rationem: & quia diuina ratio nihil concipit ex tempore: sed habet eternum contemptū: vt dicitur prouer. 8°. idem est q̄ huiusmodi legem oportet dicere eternam. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ ea que in seipsis non sunt apud deum existunt inquātum sunt ab ipso cognita & preordinata. ſm illud Ro. 4°. Qui vocat ea que non sunt tanq̄ ea que sunt. sic igitur eternus diuine legis conceptus habet rationem legis eterne ſm q̄ a deo ordinatur ad gubernationem rerum ab ipso ꝓcognitarum. ¶ Ad secūdum dō q̄ ꝑmulgatio fit & verbo & scripto. & vtroq̄ modo lex eterna habet ꝑmulgationē ex parte dei ꝑmulgantis: quia & verbum diuinum est eternum: & scriptura libri vite est eterna. sed ex pte creature audientis aut inspiciētis non potest esse ꝑmulgatio eterna. ¶ Ad tertiū dō q̄ lex importat ordinem ad finem actiue: inquātum s. per eam ordinantur aliqua in finem non autem passiue. i. q̄ ipa lex ordinetur ad finem: nisi per accidens in gubernante: cuius finis est extra ipm: ad quem etiam necesse est vt lex eius ordinetur. sed finis diuine gubernationis est ipse deus: nec eius lex est aliud ab ipso. vnde lex eterna non ordinatur in alium finē.

ℬ secundū sic ꝓ

cedit. Videt q̄ non sit in nobis aliqua lex naturalis. Sufficiēter enim homo gubernatur per legem eternam. dicit enim aug. in primo de li. ar. q̄ lex eterna est qua iustū est vt omnia sint ordinatissima. sed natura non abūdat in superfluis: sicut nec deficit in necessarijs: ergo nō est homini aliqua lex naturalis. ¶ Preterea per legem ordinatur homo in suis actibus ad finem: vt supra habitum est. sed ordinatio humanorum actuum ad finem non est per naturam: sicut accidit in creaturis irrationalibus: que solo appetitu naturali agunt ꝓpter finem. sed agit homo ꝓpter finē per rationem & voluntatē. ergo non est aliqua lex homini naturalis. ¶ Preterea quāto aliquis est liberior tanto minus est sub lege. sed homo est liberior in omnibus alijs animalibus ꝓpter liberū arbitrium quod pre alijs animalibus habet. cum igitur alia animalia non subdantur lege naturali: nec homo alicui legi naturali subdetur. ¶ Sz cōtra est quod dicitur Ro. 2°. super illud. Cum gētes que legem non habent: naturaliter ea que legis sūt faciunt. dicit glo. q̄ si non habent legem scriptam habent tamen legem naturalem: qua quilibet intelligit & sibi conscius est quid sit bonū & quid malum ¶ Rñ. dō q̄ sicut supra dictum est. lex cum sit regula & mensura dupliciter potest esse in aliq̄. vno modo sicut in regulante & mensurante. alio modo sicut in regulato & mensurato: quia inquantū participat aliquid de regula vel mensura: sic regulat vel mensuratur: vnde cum omnia que diuine ꝓuidentie subduntur: a lege eterna regulentur & mensurentur: vt ex dictis patet: manifestū est q̄ omnia participant aliqualiter legem eternam: inquantū scilicet ex impressione eius habent inclinationes in proprios actus & fines. Inter cetera aūt etiam rōnalis creatura excellentiori quodāmodo diuine prouidentie subiacet inquantū & ipsa fit prouidentie particeps sibiipsi & alijs prouidens. vnde & in ipsa participatur ratio eterna: per quam habet naturalem inclinationem ad debitum actum & finem. Et talis participatio legis eterne in rōnali creatura lex naturalis dicitur. vnde cum psal. dixisset. Sacrificate sacrificiū iusticie: quasi quibusdam querentibus que sunt iusticie opera: subiungit. Multi dicunt quis ostendit nobis bona. Cui questioni respondens dicit. Signatum est sup nos lumen vultus tui domine. quasi lumen rationis naturalis quo discernimus quid sit bonū & quid malum: quod pertinet ad naturalem legem: nihil aliud sit q̄ impressio diuini luminis in nobis: vñ patet q̄ lex naturalis nihil aliud est q̄ participatio legis eterne in rōnali creatura. ¶ Ad ꝑmū g̃ dicendum q̄ ratio illa procederet si lex naturalis esset aliquid diuersum a lege eterna: non autem est nisi quedam participatio eius: vt dictum est. ¶ Ad secundum dicendū q̄ omnis operatio ratiōis & voluntatis deriuatur in nobis ab eo quod est ſm naturā: vt ō habitum est. naz omnis ratiocinatio deriuatur a principijs naturaliter notis: & omnis appetitus eorum que sunt ad finem deriuatur a naturali appetitu vltimi finis. & sic etiam oportet q̄ ꝑma directio actuū nostrorū ad finē fiat per legem naturalem. ¶ Ad tertium dō. q̄ etiam animalia irrationalia participant rationem eternā suo modo: sicut & rōnalis creatura: sed q̄ rōnalis creatura participat eam intellectualiter & rationaliter: ideo participatio legis eterne in creatura rōnali ꝑprie lex vocatur. nam lex est aliquid rōnis: vt supra dictum est. in creatura autem irrationali non participatur rationaliter: vnde nō potest dici lex nisi per similitudinem.

ℬ tertium sic ꝓ

cedit. Videtur q̄ non sit aliqua lex humana. Lex enim naturalis est participatio legis eterne: vt dictum est: sed per legem eternam omnia sunt ordinatissima: vt Augustin⁹ dicit in primo de libero ar. ergo lex naturalis sufficit ad omnia humana ordinanda: nō est ergo necessarium q̄ sit aliqua lex humana. ¶ Preterea

lex habet rationem mensure: vt dictum est. sed rō humana non est mēsura rerum: sed potius econuerso: vt in .x^m. metaphice dicitur: ergo ex ratione humana nulla lex procedere potest. ¶ Preterea mēsura debet esse certissima: vt dicitur in .x^o. metaphice: sed dictamen humane rōnis de rebꝰ gerēdis est incertum: sm illud Sap. 9°. Cogitationes mortalium timide ⁊ incerte, prudentie nostre. ergo ex rōne humana nulla lex procedere pōt. ¶ Sz contra est qđ Aug. in primo de li. ar. ponit duas leges: vnam eternam: ⁊ aliam temporalem: quā dicit esse humanam. ¶ Respōdeo dicendū qđ sicut supra dictum est. lex est quoddam dictamen practice rōnis. Similis autez processus esse inuenitur rationis practice ⁊ speculatiue. Utraq; enim ex quibusdaz principijs ad quasdam conclusiones procedit: vt superius habitum est. sm hoc ergo dicendum est qđ sicut in rōne speculatiua ex principijs indemōstrabilibus naturaliter cognitis, producūtur conclusiones diuersarū scientiarū: quarum cognitio nō est nobis naturaliter indita: sed per industriā rōnis inuenta. Ita etiam ex preceptis legis naturalis quasi ex quibusdam principijs cōmunibus ⁊ indemōstrabilibus: necesse est qđ ratio humana procedat ad aliqua magis particulariter disponēda: ⁊ iste particulares dispōnes adinuente sm rōnem humanaz dicuntur leges humane obseruatis alijs cōditionibus que pertinent ad rōnem legis: vt supra dictū est vnde Tullius dicit in sua rhetorica: qđ initiū iuris est a natura, profectum. deinde quedam in consuetudinem ex vtilitate rōnis venerunt: postea res ⁊ a natura profectas ⁊ a consuetudine probatas: legū metus ⁊ religio sanxit. ¶ Ad primuz ergo dicendū qđ rō humana non potest participare ad plenum dictamē rōnis diuine: sed suo modo ⁊ imperfecte: ⁊ ideo sicut ex parte rationis speculatiue per naturalē participationem diuine sapientie inest nobis cognitio quorūdam cōmium principiorum: nō autem cuiuslibz veritatis propria cognitio: sicut in diuina sapientia cōtinetur. Ita etiam ex parte rōnis practice naturaliter homo participat legē eternā sm quedā cōmunia principia: nō aūt sm particulares directiones singulorum: que tamē in eterna lege cōtinētur: ⁊ ideo necesse est vlterius qđ ratio humana procedat ad particulares quasdam legum sanctiones. ¶ Ad secūdū dicendū qđ ratio humana sm se nō est regula rerū: sz principia ei naturaliter indita sunt regule quedaz generales ⁊ mēsure oium eorum que sunt per hoiez agēda quorum ratio naturalis est regula ⁊ mensura: licet non sit mēsura eorum que sunt a natura. ¶ Ad tertiuz dicendū qđ ratio practica est circa opabilia ⁊ que sunt singularia ⁊ contingētia: nō autez circa necessaria sicut ratio speculatiua: ⁊ ideo leges humane nō possunt illam infallibilitatē habere quā habēt conclusiones demōstratiue sciētiarum nec oportet qđ omnis mēsura sit omnimodo infallibilis ⁊ certa: sed sm qđ est possibile in genere suo.

B quartuz sic pro

ceditur. Videtur qđ nō fuerit necessarium esse aliquā legem diuinā. Quia vt dictuz est lex naturalis est quedā participatio legis eterne in nobis: sed lex eterna est lex diuina: vt dictū ē: ergo nō oportet qđ pter legē naturalē ⁊ leges humanas aderiuatas sit aliqua alia lex diuina. ¶ Preterea Eccl. 15°. dicit qđ deus dimisit hoiem in manu consilij sui. cōsiliū aūt est actus rōnis vt supra habitū est: ergo homo dimissus est gubernationi sue rationi: sed dictamē rōnis humane est lex humana: vt dictū est. ergo nō oportet qđ homo alia lege diuina gubernetur. ¶ Preterea natura humana est sufficientior irrōnalibꝰ creaturis: sed irrōnales creature nō habēt aliquam legē diuinā pter inclinationē naturalē eis inditā: ergo multo minus creatura rōnalis debet habere aliquā legē diuinā pter naturalē legē. ¶ Sz cōtra qđ Dauid expetit legē a deo sibi poni dicēs. Legē pone mihi dne in via iustificationū tuarum. ¶ Rn. dicendū qđ pter legem naturalē ⁊ legē humanā necessariū fuit ad directionē humane vite habere legē diuinā: ⁊ hoc propter quattuor rōnes. Primo quidē qz per legē dirigit homo ad actꝰ proprios in ordine ad vltimū finē: ⁊ siquidez homo ordinaretur tm ad finē qui nō excederet proportionē naturalis facultatis hois: non oporteret qđ homo haberet aliquid directiuū ex parte rōnis supra legē naturalē ⁊ legē humanitꝰ posita que ab ea deriuat: sed qz homo ordinat ad finem beatitudinis eterne que excedit proportionē naturalis facultatis humane: vt sūpra habitū est: ideo necessariuz fuit vt ꝺs legem naturalē ⁊ humanā dirigeretur etiā ad suum finē lege diuinitus data. Secūdo qz propter incertitudinē humani iudicij pcipue de rebus contingētibꝰ ⁊ particularibus contingit de actibꝰ humanis diuersorum esse diuersa iudicia: ex quibus etiam diuerse ⁊ cōtrarie leges procedūt. vt ergo homo absq; oi dubitatiōe scire possit quid ei sit agendū ⁊ quid vitandum: necessariū fuit vt in actibus propriis dirigeret per legē diuinitus datam: de qua cōstat qđ nō potest errare. Tertio qz de his potest homo legem facere de quibus potest iudicare: iudiciū aūt hois esse nō potest de interioribus motibus qui latēt: sz solum de exterioribꝰ actibus qui apparēt: ⁊ tamen ad perfectionem virtutis requirit qđ in vtrisq; actibꝰ homo rectus existat. ⁊ ideo lex humana nō potuit cohibere ⁊ ordinare sufficienter interiores actus sed necessarium fuit qđ ad hoc supueniret lex diuina. Quarto quia sicut Augustin^o dicit in primo de li. ar. Lex humana nō potest omnia que male fiūt punire vel prohibere: quia dum auferre vellet omnia mala: sequeretur qđ etiā multa bona tollerent ⁊ impediretur vtilitas boni cōmunis: quod est necessarium ad cōuersationem humanā. vt ergo nullum malum impunitum remaneat: necessarium fuit supuenire legem diuinā per quā omnia peccata prohibētur. Et iste quattuor cāe tangūtur in psal. vbi dicit. Lex dni imaculata idest nullaz peccati turpitudinē permittens cōuertēs animas: quia nō soluz exteriores actus sz etiā interiores dirigit. Testimoniū domini fidele. propter certitudinē veritatis ⁊ rectitudinis. Sapiētiaz pstās

paruulis.inq̃tū ordinat hoiem ad supnaturalem fine̅ & diuinum. ¶Ad p̃mū ergo dō q̃ p natura lem legem participatur lex eterna fm ꝓportione̅ capacitatis humane nature.sed oportet vt altiori modo dirigatur homo in vltimū finem supnaturalem.& ideo supaddit̃ lex diuinitus data p quā lex eterna pticipatur altiori mō. ¶Ad scd̃ dō. q̃ consilium est inquisitio quedam.vnde oportet q̃ ꝓcedat ex aliquib⁹ p̃incipijs. nec sufficit q̃ ꝓcedat ex p̃incipijs naturaliter inditis que sunt p̃cepta legis nature ꝓpter predicta.sed oportet q̃ superaddantur quedam alia p̃incipia scz precepta legis diuine. ¶Ad tertiū dō.q̃ creature irrōnales non ordinātur ad altiorē fine̅ q̃ sit finis qui est ꝓportionatus naturali virtuti ipaꝝ.& ideo nō est similis ratio.

¶Quintum sic pro

ceditur.Videtur q̃ lex diuina sit vna tm̃.Unius enim regis in vno regno ē vna lex.sed totum humanū genus cōparatur ad deum sicut ad vnum regem.fm illud ps. Rex omnis terre deus est.ergo est vna tantum lex diuina. ¶Preterea lex omnis ordinatur ad finem quem legislator intendit in eis quibus legē fert. sed vnus & idem est quod deus intendit in oibus.fm illud.i ad Thimo.2°.Vult omnes homines saluos fieri & in agnitionem veritatis venire. ergo vna tantum est lex diuina. ¶Preterea lex diuina ꝓpinquior esse videtur legi eterne que est vna quam lex naturalis quāto altior est reuelatio gratie q̃ cognitio nature.sed lex naturalis est vna oium hoium. ergo multo magis lex diuina. ¶Sed ꝓtra est quod Aplus dicit ad Hebreos.7°. Translato sacerdotio necesse est vt legis translatio fiat.sed sacerdotium est duplex.vt ibidē dicitur.s.sacerdotiū leuiticum & sacerdotiū xp̃i.ergo etiā duplex est lex diuina scz lex vetus & lex noua. ¶Rñdeo dōm q̃ sicut in primo dictum est.distinctio est causa numeri. Dupliciter autem inueniūtur aliqua distingui Uno modo sicut ea que sunt oino specie diuersa: vt equus & bos. Alio modo sicut pfectum & impfectum in eadē specie:sicut puer & vir.& hoc mō lex diuina distinguitur in legē veterē & legē nouam. vnde apostol⁹ ad Gal.3°.comparat statum veteris legis statui puerili existēti sub pedagogo.statū aūt noue legis comparat statui viri pfecti qui iam nō est sub pedagogo. Attēditur aūt pfectio & impfectio legis fm tria que ad legem ptinent:vt supra dictum est. Primo enim ad legē ptinet vt ordinet ad bonū cōmune sicut ad finē:vt supra dictum est. quod quidē potest esse duplex.s.bonum sensibile & terrenū.& ad tale bonū ordinabat directe lex vet⁹ vnde statim Exo.3°.in p̃incipio legis inuitat populus ad regnū terrenū cananeorum. & iterum bonum intelligibile & celeste:& ad hoc ordinat lex noua.vnde statim xp̃s ad regnum celoꝝ in sue p̃dicationis p̃incipio inuitauit dicēs. Penitētiaz agite appropinquabit enim regnū celoꝝ. Matth.4°.& ideo Augustinus dicit in.4°.cōtra Faustū.q̃ temperaliū rerum pmissiones testamēto veteri continentur & ideo vetus appellat:sed eterne vite promissio ad nouum ptinet testamētū. Scdo ad legē ptinet dirigere humanos actus fm ordinē iustitie in quo etiam superabūdat lex noua legi veteri interiores actus animi ordinādo.fm illud Matth. 5°.Nisi abūdauerit iustitia vestra plus q̃ scribaꝝ & phariseoꝝ:nō intrabis in regnum celoꝝ:& ideo dicitur q̃ lex vetus cohibet manum:lex noua animū. Tertio ad legē ptinet inducere homies ad obseruātias mādatorum:& hoc quidem lex vet⁹ faciebat timore penarum.lex aūt facit hoc per amorem qui in cordibus nostris infunditur per gratiam xp̃i que in lege noua cōfertur:sed in lege veteri figurabatur.& ideo dicit Augustin⁹ cōtra Adamātium Matthei discipulū:q̃ breuis differentia est legis & euangelij timoris & amoris. ¶Ad p̃mū ergo dōm q̃ sicut paterfamilias in domo alia mandata ꝓponit pueris & adultis:ita etiam vnus rex deus in vno suo regno aliam legem dedit hominibus adhuc imperfectis existētibus & aliā pfectiores iam manuductis per p̃iorē legem ad maiorez capacitatē diuinoꝝ. ¶Ad scdm dō.q̃ salus hominum nō poterat esse nisi per christū.ꝟ illud Actum.4°.Non est aliud nomē datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. & ideo lex pfecte oēs ad salutem inducēs dari non potuit nisi post christi aduentum.antea vero dari oportuit populo ex quo christus erat nasciturus legem preparatoriam ad christi susceptiōem:in qua quedam erudimēta salutaris iusticie cōtinerētur. ¶Ad tertiū dō. q̃ lex naturalis dirigit hoiem fm quedā pcepta cōmunia in quibus cōueniunt tam perfecti q̃ impfecti.& ideo est vna oium:sed lex diuina dirigit hoiem etiā in ꝑticularibus quibusdā ad que nō similiter se habēt pfecti:& impfecti: ideo oportuit legē diuinā esse duplicem:sicut iam dictum est.

¶Sextus sic proce

ditur.Videt̃ q̃ nō sit aliqua lex fomitis.Dicit enim Isidor⁹ in.2°.ethimologiarū:q̃ lex rōne cōsistit.fomes aūt non cōsistit rōne:sed magis a ratione deuiat.ergo fomes non habet rationē legis. ¶Preterea oīs lex obligatoria est ita q̃ qui eam nō seruant trāsgressores dicūtur.sed fomes nō cōstituit aliquem transgressorez ex hoc q̃ ip̃m nō sequitur.sed magis transgressor redditur si quis ip̃am sequatur:ergo fomes nō habet rationez legis. ¶Preterea lex ordinatur ad bonum cōe:vt supra habitum est: sed fomes non inclinat ad bonum cōmune:sed magis ad bonum priuatum:ergo fomes non habet rationem legis. ¶Sed cōtra est quod Aplus dicit Ro.7°.Video legem aliam in mēbris meis repugnātem legi mentis mee. ¶Rñ.dō. q̃ sicut supra dictum est.lex eēntialiter inuenitur in regulante & mensurante. participatiue autem in eo quod mēsuratur & regulat ita q̃ omnis inclinatio vel ordinatio que inuenit in his que subiecta sūt legi:participatiue dicit lex vt ex supra dictis patet.potest aūt in his que sub-

duntur legi aliqua inclinatio inueniri dupliciter a legislatore. Uno modo inquantum directe suos inclinat subditos ad aliquid & diuersos interdū ad diuersos actus: fm quē modū potest dici q alia ē lex militum: & alia est lex mercatorum. Alio modo indirecte inquantum. s. per hoc q legislator destituit aliquos sibi subditum aliqua dignitate: sequit q transeat in alium ordinē & quasi in aliam legem: puta si miles ex militia destituatur transibit in legem rusticorum vel mercatorum. Sic igitur sub deo legislatore diuerse creature diuersas habēt naturales inclinationes: ita vt qō vni est quodāmodo lex alteri sit contra legē. vt si dicam q furibundū esse est quodāmodo lex carnis: est aūt contra legem ouis vel alterius mansueti ai alis. est ergo hominis lex quam sortitur ex ordinatione diuina fm proprias conditionē: vt fm rōnē ppriam operetur: que qui dē lex fuit tam valida in primo statu vt nihil vel p ter rōnem vel cōtra rōnem posset subripere homini. sed dum homo a deo recessit incurrit in hoc q feratur fm impetū sensualitatis: & vnicuiq etiam pticulariter hoc contingit etiā quanto magis a rōne recesserit: vt sic quodāmodo bestijs assimiletur que sensualitatis impetu feratur. fm illud ps. Homo cum in honore esset non intellexit: cōparatus est iumētis insipiētibus & similis factus est illis. sic igitur ipsa sensualitatis inclinatio que fomes dicit in alijs quidē ai alibus simpliciter habet rōnem legis. illo tamē modo quo in talibus lex dici potest fm directam inclinationē. In oibus aūt fm hoc ñ habet rōnem legis: sed magis est deriuatio a lege rōnis. sed inquātū per diuinā iusticiā homo destituit originali iusticia & vigore rōnis: ipse impetus sensualitatis qui eum ducit habet rōnē legis inquā tum est penalis & ex lege diuina cōsequēs hoiez destitutū ppria dignitate. ¶ Ad primū ergo dicendū q ratio illa procedit de fomite fm se cōsiderato put inclinat ad malum. sic enī nō habet rōnem legis: vt dictum est: sed fm q sequitur ex diuine legis iusticia: tanquā si diceretur lex esse q aliqs nobilis ppter suam culpaz ad seruilia opera induci pmitteretur. ¶ Ad secūduz dō q obiectio illa p cedit de eo quod est lex quasi regula & mēsura. sic enim deuiantes a lege transgressores constituūtur sic aūt fomes non est lex: sed per quādam participationem. vt supra dictū est. ¶ Ad tertiū dō q ō fomite quātum ad inclinationē ppriam: non autē quātū ad suā originez. & tamē si cōsideret inclinatio sensualitatis put est in alijs ai alibus: sic ordinatur ad bonū cōe. i. ad cōseruationez nature specie vel indiuiduo. & hoc est etiam in hoie put sensualitas subditur rōni. sed fomes dicitur fm q erit rationis ordinem.

Questio. xcij.

Einde cōsideran-

dū est de effectibus legis Et circa hoc querūtur duo Primo vtrum effectus legis sit homines facere bonos Scōo vtrū effectus legis sint imperare: vetare: p mittere & punire sicut legisperitus dicit.

B primum sic pro-

cedit. Videt q legis non sit facere homines bonos. Homines enim sūt boni per virtutem. virtus enim est que bonū facit habentē. vt dicitur in. 2°. ethi. sed virtus est hoi a soli deo. ipse enī eam facit in nobis sine nobis. vt ꝰ dictū est in diffinitione virtutis. ergo legis non est homines facere bonos. ¶ Preterea lex non prodest homini nisi legi obediat: sed hoc ipsum q homo obedit legi est ex bonitate. ergo bonitas preexigitur in homine ad legem. non igitur lex facit bonos homines. ¶ Preterea lex ordinat ad bonum cōe: vt supra dictū est. sed quidam bene se habent in his que ad cōe pertinēt: qui tamē in ppijs non bene se habent. non ergo ad legē ptinet q faciat homines bonos. ¶ Preterea quedā leges sūt tyrānice: vt phūs dicit in sua politica. sed tyrānus non intendit ad bonitatē subditorum: sed solum ad ppriam vtilitatez. non ergo legis est facere hoies bonos. ¶ Sed cōtra est qō phūs dicit in. 2°. ethico. q voluntas cuiuslibet legislatoris hec est vt faciat homines bonos. ¶ Respōdeo dicēdū q sicut supra dictum est: lex nihil est aliud q dictamen rōnis in presidente quo subditi gubernātur. cuiuslibet aūt subditi virt° est vt bene subdatur ei a quo gubernat: sicut virtus irascibilis & cōcupiscibilis in hoc consistit q sint bene obedientes rōni. & p hūc modū virtus cuiuslibet subiecti est vt habēs virtutem bene subijciatur principanti: vt phūs dicit in p mo politice. Ad hoc ordinat vnaquaq; lex vt obediatur ei a subditis. vnde manifestum est q hoc sit ppriū legis inducere subiectos ad ppriam iporum virtutem. Cum igitur virtus sit que facit bonum habentem: sequitur q ppriu effect° legis sit bonos facere eos quibus datur: vel simpliciter vl fm quid. Si enim intentio ferentis legez tendat in verum bonum quod est bonum cōmune fm iusticiam diuinam regulatum: sequitur q per legē homines fiant boni simpliciter. Si vero intentio legislatoris feratur ad id quod non est bonum simpliciter: sed vtile vel delectabile sibi: vel repugnās iusticie diuine: tūc lex nō bonos facit hoies simpliciter: sed fm quid. s. in ordine ad tale regimē. Sic aūt bonū inuenit etiā in p se malis: sicut aliqs dicitur bonus latro q: opatur accommode ad finem. ¶ Ad pmū g dicendum q duplex est virtus: vt ex supra dictis patet. s. acquisita & infusa: ad vtrā q aūt aliquid opatur operū assuetudo: sed diuersimode. Nam virtutē quidē acquisitaz causat. ad virtutē aūt infusam disponit: & eam iam habitam cōseruat & pmouet: & q: lex ad hoc dat vt dirigat actus humanos inq̄tum actus humani opantur ad virtutē: intm lex facit hoies bonos: vñ & phūs dicit in. 2°. politice: q legislatores assuefaciētes faciunt bonos. ¶ Ad secundum dicendū q nō semper aliquis obedit legi ex bonitate pfecta virtutis sed quādoq; quidem ex timore pene: qñq; autem

ex solo dictamine rōnis: qō est qōdam p̄ncipium virtutis: vt supra habitū est. ¶ Ad tertiuz dō. q̄ bonitas cuiuslibet ptis p̄sideraī in p̄portiōe ad suum totū. vnde ꝛ Aug. dicit in primo p̄fes. q̄ turpis est ois pars que suo toti nō p̄gruit. Cū igitur quilibet homo sit ps ciuitatis: impossibile est q̄ aliqs hō sit bonus nisi sit bene p̄portionatus bono cōi: nec totū pōt bene existere nisi ex ptibus sibi p̄portionatis. Unde impossibile est q̄ bonū cōe ciuitatis bñ se habeat nisi ciues sint virtuosi: ad min⁹ illi q̄bus p̄uenit p̄ncipari. sufficit aūt q̄ tū ad bonū cōitatis q̄ alij intm̄ sint virtuosi q̄ principū mādatis obediāt: ꝛ ideo ps dicit in .3°. politice. q̄ eadē est virtus principis ꝛ boni viri: nō aūt eadem est virtus cuiuscūq; ciuis ꝛ boni viri. ¶ Ad quartum dō q̄ lex tyrānica cū non sit fm rōnem non est simpliciter lex: sed magis est quedam puersitas legis: ꝛ tñ inq̄tū habet aliquid de rōne legis intendit ad hoc q̄ ciues sint boni: nō enī habet de rōne legis nisi fz hoc q̄ est dictamē alicuius p̄sidētis in subditis: ꝛ ad hoc tendit vt subditi legis sint bene obediētes quod est eos esse bonos: non simpliciter: sed in ordine ad tale regimen.

¶ Secundū sic p̄ro

ceditur. Uidetur q̄ legis act⁹ nō sint p̄ueniēter assignati in hoc q̄ dicit: q̄ legis actus est imperare: vetare: pmittere: ꝛ punire. Lex enī ois p̄ceptum cōe est: vt legis cōsultus dicit sed idem est imperare qō p̄cipere: ergo alia quattuor supfluūt. ¶ Preterea effectus legis est vt inducat subditos ad bonuz: sicut supra dictum est. sed p̄silium est de meliori bono q̄ p̄ceptum: ergo magis ptinet ad legē p̄sulere q̄ p̄cipere. ¶ Preterea sicut homo aliquis incitatur ad bonū p penas: ita etiam ꝛ per p̄mia. ergo sicut punire ponit effectus legis: ita etiā ꝛ p̄miare. ¶ Preterea intentio legislatoris est: vt hoies faciat bonos: sicut supra dictū est: sed ille qui solo metu penarum obedit legi non est bonus. nam obedit timore seruili qui est timor penarum: ꝛ sic si bonū aliquis faciat: nō tamē aliquid bonum fit. vt aug. dicit. nō ergo videtur esse p̄pium legis q̄ puniat. ¶ Sz cō est qō Isidor⁹ dicit in .2°. ethimologiaꝝ. Omnis lex aut pmittit aliquid vt vir fortis p̄miū petat: aut vetat: vt sacraꝝ virginū nuptias nulli liceat petere: aut punit: vt q̄ cedem fecerit capite plectatur. ¶ Respondeo dō q̄ sicut enūciatio est rōnis dictamē per modū enūciandi: ita etiam lex per modum precipiendi. Rōnis aūt p̄piū est vt ex aliquo ad aliquid inducat vnde sicut in demōstrationis scientijs rō inducit vt assentiat cōclusioni per quedā principia: ita etiaz inducit vt assentiatur legis p̄cepto per aliq̄d. ¶ Precepta aūt legis sunt de actibus humanis in quib⁹ lex dirigit. vt supra dictum est. Sunt aūt tres differentie humanoꝝ actuū. Nam sicut supra dictū est. quidā actus sunt boni ex genere qui sunt actus virtutum: ꝛ respectu hoꝝ ponitur legis actus p̄cipere vel imperare. ¶ Precipit enim lex oēs actus virtutuz: vt dicit in .5°. ethicoꝝ. Quidā vero sūt act⁹ mali ex genere: sicut actus vitiosi: ꝛ respectu hoꝝ lex habet p̄hibere. Quidā vero ex genere suo sūt actus indifferētes: ꝛ respectu hoꝝ lex habet pmittere: ꝛ pñt etiā indifferētes dici oēs illi act⁹ qui sūt vel parum boni: vel paruz mali. Id aūt per quod inducit lex ad hoc q̄ sibi obediat est timor pene: ꝛ q̄tum ad hoc ponit legis effectus punire. ¶ Ad primuz ergo dō q̄ sicut cessare a malo habet quādam rōnē boni: ita etiā p̄hibitio habet quādaz rōnem p̄cepti: ꝛ fm hoc large accipiēdo p̄ceptū vniuersaliter lex p̄ceptum dicitur. ¶ Ad secūduz dō q̄ p̄sulere nō est p̄priꝰ actus legis: sed pōt ptinere etiā ad p̄sonā priuatā: cuius nō est condere legem: vnde etiā Aplus. i. ad Corin. 7°. cum consiliū qōdam daret: dixit. Ego dico: non dñs. ꝛ ideo nō ponit inter effectus legis. ¶ Ad tertium dō. q̄ etiaz p̄miare pōt ad quēlibet ptinere: sed punire nō ptinet nisi ad ministrū legis: cuius auctoritate pena infertur: ꝛ ideo p̄miare nō ponitur actus legis fz solum punire. ¶ Ad qrtum dō q̄ per hoc q̄ aliquis incipit assuefacere ad vitandum mala ꝛ ad implēdum bona p̄pter metuz pene: pducit q̄nq; ad hoc q̄ delectabiliter ꝛ ex p̄pria volūtate hoc faciat: ꝛ fm hoc lex etiā puniendo pducit ad hoc q̄ hoies sint boni. Questio. xciij.

¶ Einde cōside

randum est de singulis legib⁹. Et primo de lege eterna Scdo de lege naturali. Tertio de lege humana. Quarto de lege veteri. Quinto ō lege noua que est lex euāgelij. De sexta aūt lege que ē lex fomitis sufficiat qō dictum est cum de peccato originali ageret. Circa primū querūtur sex. ¶ Primo qd sit lex eterna. Secundo vtrū sit oibus nota. Tertio vtrum ois lex ab ea dirīuet. Quarto vtrum necessaria subiūciātur legi eterne. Quinto vtrum contingētia naturalia subiūciantur legi eterne. Sexto vtrum oēs res humane ei subiūciantur.

¶ Primum sic p̄ro

ceditur. Uidetur q̄ lex eterna non sit sūma ratio in deo existens. Lex enīz eterna est vna tm̄. sed rōnes rerū in mēte diuina sūt plures. Dicit enī Aug. in li. 83. q. q̄ deus singula fecit p̄priis rōnibus. ergo lex eterna non videt esse idem qō rō in mente diuina existēs. ¶ Preterea de rōne legis est q̄ verbo p̄mulgetur: vt supra dictum est: sed verbū in diuinis dicit p̄sonaliter: vt i primo habitū est. ratio aūt dicit cētialiter: nō igitur idem est lex eterna qō ratio diuina. ¶ Preterea Aug. dicit in libro de vera religione. Apparet supra mentē nostrā legē esse que veritas dicit. lex aūt supra mentē nostram existens est lex eterna. q̄ veritas est lex eterna: sed non est eadem rō veritatis ꝛ rōnis: ergo lex eterna non est idem qō ratio summa. ¶ Sz p̄tra est qō Aug. dicit in primo de li. ar. q̄ lex eterna est sūma rō cui semp obtēperan

dum est. ¶ Rñ. dō. q̄ sicut in quolibet artifice p̄e existit rō coꝝ que ꝓstituūtur p artē: ita etiā in quo libꝫ gubernāte oꝫ q̄ p̄existat rō ordinis coꝝ q̄ agē da sunt per eos qui gubernationi subdūtur: ꝛ sic rō rex fiendaꝝ p artem vocat ars vel exēplar re rum artificiataꝝ ita etiā rō gubernātis a ctus subditoꝝ rōne legis obtinet seruatis alīs que supra esse diximꝰ de legis rōne. ¶ Deus aūt per suā sapiētiam ꝓditor est vniuersaꝝ rerum: ad quas ꝓparat sicut artifex ad artificiata: vt ī primo habitum est Est etiam gubernatoꝛ oiuꝫ actuū ꝛ motionū que inueniūtur in singulis creaturis: vt etiam in p̄mo habitū est vnde sicut ratio diuine sapiētie inq̄tuꝫ per eam cūcta creata rōnem habet artis vel exēplaris vel idee: ita rō diuine sapiētie mouētis oia ad debitū finē obtinet rōnem legis. ꝛ fm hoc lex eterna nihil aliud est q̄ rō diuine sapie fm q̄ est directiua oium actuū ꝛ motionū. ¶ Ad p̄mū ergo dō q̄ Aug. loquit ibi de rōnibus idealibus que respiciunt ꝓprias naturas singularū rerum. ꝛ iō in eis inuenit quedā distinctio ꝛ pluralitas fm diuersos respectus ad res: vt in p̄mo habitū est: sed lex dicitur directiua actuū in ordine ad bonū cōe: vt supra dictū est. Ea aūt que sunt in seipis diuersa cōsiderātur vt vnū fm q̄ ordinātur ad aliq̄d cōe: ꝛ ideo lex eterna est vna que est ratio huiꝰ ordinis. ¶ Ad scōꝫ dō. q̄ circa verbum q̄dcūq; duo p̄nt ꝓsiderari. s. ipm verbum ꝛ ea que verbo exp̄imūtur. verbū enī vocale est q̄ddā ab ore hoīs ꝓlatuꝫ sed hoc verbo exp̄imūtur que verbis humanis significātur ꝛ eadē rō est de verbo hoīs mentali qō nihil est aliud q̄ quiddā mente cōceptum quo homo exp̄imit mētaliter ea de quibus cogitat. Sic igitur in diuinis ipm verbū qō est ꝓceptio paterni intellectus: psonaliter dicitur. sed oia quecūq; sūt in scia patris sive eētialia sive psonalia sive etiaꝫ dei opera exp̄imūtur hoc verbo: vt patet p aug. in. xv. de tri. ꝛ inter cetera que hoc verbo exp̄imūtur etiam ipsa lex eterna verbo ipso exp̄imit nec tamen ꝓpter hoc sequitur q̄ lex eterna psonaliter in diuinis dicatur: appꝛopꝛiatur tñ filio ꝓpter cōueniētiam quam habet ratio ad verbum. ¶ Ad tertiū dō. q̄ rō intellectꝰ diuini aliter se habet ad res q̄ rō humani intellectus. Intellectꝰ enī humanus est mensuratus a rebus: vt supra conceptus hoīs non sit verus ꝓpter seip̄m: sed dicit verus ex hoc q̄ cōsonat rebus. Ex hoc enī q̄ res est vel non est opinio vera vel falsa est. intellectus vero diuinus est mēsura rerum: qꝛ vnaquaq; res intantum habet de veritate inquātum imitat intellectū diuinū: vt ī primo dictū est. ꝛ ideo intellectus diuinꝰ est verus fm se. vnde rō eiꝰ est ipsa veritas

¶ Secundū sic ꝓo

ceditur. Videt q̄ lex eterna nō sit oibus nota. Quia vt dicit Aplus. i. ad Corinth. ii°. Que sunt dei nemo nouit nisi spūs dī sed lex eterna est quedā ratio in mente diuina existens. ergo oibus est ignota nisi soli deo. ¶ Preterea sicut aug. dicit in li. de li. ar. lex eterna est qua iustū est vt oia sint ordinatissima. sz nō oēs cognoscūt qualiter oia sūt ordinatissima. nō oēs cognoscūt legē eternā. ¶ Preterea aug. dicit in li. de vera religiōe: q̄ lex eterna est de qua hoies iudicare nō p̄nt. sed sicut in p̄mo ethi. dicit: vnuſq̄q; bene iudicat q̄ cognoscit. g̃ lex eterna nō est nobis nota ¶ Sed ꝓtra est qō aug. dicit ī li°. de li. arbi. q̄ eterne legis notio nobis impssa est. ¶ Rñdeo dōm q̄ dupliciter aliquid cognosci potest. Uno modo in seipso. Alio modo in suo effectu in quo aliqua similitudo eius inuenitur: sicut aliquis non videns solem in sua substantia: cognoscit ipm in sua irradiatione. Sic igitur dicendū est q̄ legem eternam nullus potest cognoscere fm q̄ in seipsa est nisi solus deus ꝛ beati qui deum per eētiam vident: sed omnis creatura rōnalis ipsam cognoscit fm aliquam eius irradiationē vel maioꝛem vel minoꝛem omnis enī cognitio veritatis est quedam irradiatio ꝛ ptīcipatio legis eterne que est veritas incommutabilis: vt aug. dicit in li°. de vera religiōe. Veritatem aūt oēs aliqualiter cognoscunt ad minus q̄tum ad principia cōia legis naturalis. in alīs vero quidam plus ꝛ quidā minus ptīcipāt de cognitione veritatis. ꝛ fm hoc etiā plus vel minꝰ cognoscunt legē eternā. ¶ Ad p̄mū ergo dō q̄ ea q̄ sunt dei in seipis quidē cognosci a nobis nō possunt. sz tñ in effectib⁹ suis nobis manifestant. sz illud Ro. i. Inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta cōspiciūtur. ¶ Ad scōꝫ dō. q̄ legē eternā ꝛsi vnuſq̄q; cognoscat ꝓ sua capacitate fm modū p̄dictū nullꝰ tñ ea ꝓphēdere pōt. Non enī totaliter manifestari pōt p suos effectꝰ. ꝛ iō non oportet q̄ q̄cūq; cognoscit legē eternā fm modū p̄dictū: cognoscat totū ordinē rex quo oia sūt ordinatissima. ¶ Ad tertium dō. q̄ iudicare de aliquo pōt intelligi dupliciter. Uno modo sicut vis cognitiua diiudicat de ꝓꝛio obiecto: fm illud Job. xij. Nonne auris verba diiudicat ꝛ fauces ꝓmedētis ꝛ saporē ꝛ fm istū modū iudicū phs dicit q̄ vnuſq̄q; bñ diiudicat q̄ cognoscit iudicādo ē an sit vex qō ꝓponit. Alio mō fm q̄ superioꝛ iudicat de inferioꝛi quodā practico iudicio: an. s. ita debeat esse vel non ita: ꝛ sic nullus pōt iudicare de lege eterna.

¶ Dꝫ tertium sic ꝓo

ceditur. Videt q̄ non omnis lex a lege eterna dꝛiuetur. Est enī quedā lex fomitis: vt supra dictū est. ipa aūt nō deriuat a lege diuina q̄ ex lex eterna. ad ipaꝫ enī ptinet prudētia carnis: de qua aplus dicit ad Ro. viii°. q̄ legi dei nō pōt esse subiecta: ergo nō oīs lex ꝓcedit a lege eterna. ¶ Preterea a lege eterna nihil iniquuꝫ procedere pōt: quia sicut dictū est: lex eterna est fm quā iustū est vt oia sint ordinatissima: sed quedā leges sūt inique: fm illud Isa. x°. Ue q̄ cōdūt leges iniq̄s: g̃ nō oīs lex ꝓcedit a lege eterna. ¶ Preterea Aug. dicit in p̄mo de li. ar. q̄ lex q̄ populo regēdo scribit. recte multa pmittit q̄ p diuinā prudētiā vindicatur: sz rō diuine prudētie est lex eterna: vt dictū ē: ergo nec etiā oīs lex recta ꝓcedit a lege eter-

na. ¶ Sed ꝓtra ē qꝺ ꝓuerb. 8° diuina ſapiētia dicit. Per me reges regnāt ⁊ legū ꝺitores iuſta decernūt. Ratio aūt diuine ſapiētie eſt lex eterna: ut ꝫ. dictū eſt: ergo oēs leges a lege eterna procedūt. ¶ Reſpondeo dicendū ꝙ ſicut. ꝫ. dictū eſt: lex importat rationem quandā directiuā actuū ad finē. In oībus aūt mouētibus ordinatis oportet ꝙ virtus ſecūdi mouētis deriuet a virtute mouētis ꝑmi quia mouēs ſecundū nō mouet niſi inq̄ntū mouet a ꝑmo: vñ in oībus gubernātibus ide videmus ꝙ rō gubernatiōis a ꝑmo gubernāte ad ſecūdos deriuatur: ſicut ratio eoꝝ q̄ ſunt agēda in ciuitate deriuatur a regep p̄ceptū in inferiores adminiſtratores. Et in artificialib⁹ etiaꝫ rō artificialiū actuū deriuat ab architectore ad inferiores artifices qui manu operant: cum ꝫ lex eterna ſit rō gubernationis in ſupremo gubernāte: neceſſe eſt ꝙ oēs rōnes gubernationis q̄ ſunt in inferioꝛib⁹ gubernātib⁹ a lege eterna deriuētur. Huiuſmodi aūt rationes inferioꝝ gubernantiū ſunt quecūq; alie leges ꝓeter legē eternā: vñ oēs leges inq̄ntū participāt de rōne recta intantū deriuātur a lege eterna. Et ꝓpter hoc aug⁹ dicit in ꝑmo de lib° arbi. ꝙ in tēporali lege nihil eſt iuſtū ac legittimū q̄ hoīes ſibi deriuauerūt. ¶ Ad ꝑimū ergo dicendū ꝙ fomes habet rōnem legis in hoīe inq̄ntū eſt pena ꝓſequēs diuinā iuſticiā: ⁊ ſm hoc manifeſtū eſt ꝙ deriuat a lege eterne. Inq̄ntū vero inclinat ad peccatū: ſi cōtrariat legi dei: ⁊ nō habet rōnem legis: ut ex ſupra dictis patet. ¶ Ad ſecundū dicendū ꝙ lex humana intantū habet rationē legis inquantū eſt ſm rationē rectā: ⁊ ſm hoc manifeſtū eſt ꝙ a lege eterna deriuat: inq̄ntū vero a rōne recedit ſic dicit lex iniqua: ⁊ ſic nō habet rōnem legis: ſꝫ magis violētie cuiuſdā: ⁊ tū in ipſa lege iniqua inq̄ntū ſeruat aliquid de ſimilitudine legis ꝓpter ordinē poteſtatis eius qui legē fecit: ſm hoc etiaꝫ deriuat a lege eterna. Dis enim poteſtas a dño deo eſt: ut dicit ro. 13°. ¶ Ad tertiū dicendum ꝙ lex humana dicit aliq̄ ꝑmittere nō quaſi ea approbās: ſꝫ quaſi ea dirigere nō potēs: multa aūt dirigūtur lege diuina q̄ dirigi nō poſſunt lege humana: plura enim ſubdūtur cauſe ſuperiori q̄ inferiori: vñ hoc ipſum ꝙ lex humana nō ſe intromittit de his q̄ dirigere nō pōt: ex ordine legis eterne ꝓuenit. Secus aūt eſſet ſi approbaret ea que lex eterna reprobat: vñ ex hoc nō habetur ꝙ lex hūana nō deriuet a lege eterna: ſꝫ ꝙ nō eam pfecte aſſequi poſſit.

ℬ quartuꝫ ſic proceditur.

Videtur ꝙ neceſſaria ⁊ eterna ſubꝯciantur legi eterne. Omne enim qō rōnabili eſt rōni ſubdit: ſꝫ volūtas diuina eſt rōnabilis cū ſit iuſta: ꝫ rōni ſubdit: ſꝫ lex eterna ē rō diuina: ꝫ volūtas dei ſubditur legi eterne volūtas aūt dei eſt aliq̄d eternū: ꝫ etiā eterna ⁊ neceſſaria legi eterne ſubdūtur. ¶ Preterea quicq̄d ſubꝯcit regi ſubꝯcitur legi regis. Filius autem ut dicit. 1. ad corinth. 15° ſubiectus erit deo ⁊ patri cū tradiderit ei regnū. ꝫ filio qui eſt etern⁹ ſubꝯcit legi eterne.

¶ Preterea lex eterna eſt ratio diuine prouidētie ſꝫ multa neceſſaria ſubdūtur diuine prouidētie ſicut ꝑmanētia ſubſtantiaꝝ incoꝛporaliū ⁊ coꝛporū celeſtium: ergo legi eterne ſubdūtur etiā neceſſaria. ¶ Sed ꝓter ea q̄ ſūt neceſſaria impoſſibile eſt aliter ſe habere: vñ cohibitione nō indigēt: ſed imponit homini lex ut cohibeatur a malis: ut ex ſupra dictis patet: ergo ea q̄ ſunt neceſſaria legi nō ſubduntur. ¶ Reſpōdeo dicendū ꝙ ſicut. ꝫ. dictum eſt: lex eterna eſt ratio diuine gubernationis. Quecūq; ꝫ diuine gubernationi ſubdūtur: ſubꝯciūtur etiaꝫ legi eterne: que vero gubernationi eterne nō ſubdūtur neq; legi eterne ſubdūtur. Hoꝛ autē diſtinctio attendi poteſt ex his que circa nos ſunt: humane enim gubernationi ſubdūtur ea q̄ ꝑ homines fieri poſſunt: que vero ad naturā hominis pertinēt nō ſubduntur gubernationi humane: ſcilicet ꝙ homo habeat animam vel manum: aut pedes. Sic igitur legi eterne ſubdunt omnia que ſunt in rebus a deo creatis: ſiue ſint contingētia ſiue ſint neceſſaria: ea vero que pertinēt ad naturam vel eſſentiā diuinā legi eterne non ſubdūntur: ſꝫ ſunt realiter ipſa lex eterna. ¶ Ad ꝑimum ꝫ dicendū ꝙ de voluntate dei dupliciter poſſumus loqui. Uno modo q̄ntum ad ipſam voluntatem: ⁊ ſic cū voluntas dei ſit ipſa eſſentia eius: nō ſubditur gubernationi diuine: neq; legi eterne ſed idē eſt quod lex eterna. Alio modo poſſumus loqui de voluntate diuina q̄ntuꝫ ad ipſa que deus vult circa creaturas: que quidē ſubiecta ſunt legi eterne inq̄ntum horuꝫ ratio eſt in diuina ſapiētia: ⁊ rōne hoꝝ volūtas dei dicit rōnabilis: alioq̄n rōne ſuiipſi⁹ magis eſt dicēda ipſa rō. ¶ Ad ſecundū dicendū ꝙ filiꝰ dei nō ē a deo factꝰ: ſꝫ naturaliter ab ipſo genitus: ⁊ ideo nō ſubdit diuine prouidētie aut legi eterne ſꝫ magis ipſe eſt lex eterna ꝑ quandaꝫ appꝛopꝛiationē: ut patet ꝑ aug. in libꝛo de vera religione. Dicitur autem eſſe ſubiectus patri ratione humane nature ſm quam etiā pater dicitur ē maiꝛ eo. Tertiū concedimus: q̄ ꝓcedit de neceſſariis creatis. ¶ Ad quartuꝫ dicendum ꝙ ſicut phs dicit in. 5°. metaphiſyce. Quedam neceſſaria habēt cauſaꝫ ſue neceſſitatis: ⁊ ſic hoc ipſum ꝙ impoſſibile eſt ea aliter ſe habere habēt ab alio: ⁊ hoc ipſum ē cohibitio q̄dam efficaciſſima. Nam quecūq; cohibētur in cōmuni intantū cohiberi dicūtur inq̄ntum tamē nō poſſunt aliter facere q̄ deciſponatur.

ℬ quintuꝫ ſic proceditur.

Videtur ꝙ naturalia ꝓtingētia nō ſubſint legi eterne. Promulgatio enim ē de rōne legis: vt. ꝫ. dictū eſt: ſꝫ promulgatio non pōt fieri niſi ad creaturas rationales quibus pōt aliquid denūciari: ergo ſole creature rationales ſubſunt legi eterne: nō ꝫ naturalia cōtingētia. ¶ Preterea ea q̄ obediūt rōni particip̄at aliq̄liter rōne: ut dicit in ꝑmo ethicoꝝ. Lex aūt eterna ē rō ſūma: ut. ꝫ. dictū ē: cū igit naturalia cōtingētia nō particip̄et aliq̄lr rōne: ſꝫ penit⁹ ſint irrōnabilia videt ꝙ non ſubſint legi eterne. ¶ Preterea lex

eterna est efficacissima: sed in naturalib⁹ ꝓtingenti bus accidit defectus: non ergo subsunt legi eterne. ¶Sed ꝫ ē qđ dicit puer. 8°. Añ circūdabat mari terminū suū ⁊ legē dabat aq̄s ne trāsirēt fines suos ¶Respōdeo dicendū q̄ aliter est de lege hoīs dicendū: ⁊ aliter de lege eterna q̄ est lex dei. Lex enī hoīs nō se extēdit nisi ad creaturas rōnales q̄ hoī subd̄ūtur. Cui⁹ rō est q̄ lex est directiua actuum qui ꝓueniūt subiectis gubernatiōi alicui⁹: vñ nullus ꝓpꝛie loquēdo suis actib⁹ legem imponit. Que cūq; aūt agūtur circa vsum reruꝫ irrōnabiliū hoī subdita ꝓꝛ: agūtur ꝑ actū ipsi⁹ hoīs mouētis huius modi res. nā huiusmodi irrationales creature nō agūt seipsas: sꝫ ab alīs agunt: vt. ē. habitū est: ⁊ iō reb⁹ irrōnabilib⁹ hō legē imponere nō pōt q̄ntum cūq; ei subd̄ūciant: reb⁹ aūt rōnabilib⁹ sibi subiectis pōt imponere legē inq̄ntū suo ꝓcepto vel denūciatiōe q̄cūq; ipꝛimit mēti ei⁹ quandā regulā q̄ est ꝓncipiū agēdi: sicut aūt hō ipꝛimit denūciādo qđā interi⁹ ꝓncipiū actiuuꝫ hoī sibi subiecto: ita etiam de⁹ ipꝛimit toti nature ꝓncipia ꝓpꝛioꝝ actuuꝫ: et ideo ꝑ hūc modū de⁹ dicit ꝓcipere toti nature: fm illud psal. Preceptū posuit ⁊ nō ꝓteribit: ⁊ ꝑ hāc etiā rōneꝫ oēs mot⁹ ⁊ actōes toti⁹ nature legi eterne subd̄ūtur: vñ alio mō creature irrōnales subd̄ūtur legi eterne inq̄ntū mouent a diuina ꝓuidentia: nō aūt ꝑ intellectū diuini ꝓcepti sicut creature rōnales. ¶Ad ꝓmū ꝙ dicendū q̄ hoc mō se habet impssio actiui ꝓncipij intrinseci q̄ntū ad res naturales: sicut se habet ꝓmulgatio legis q̄ntū ad hoīes q̄ leges ꝓmulgatione ipꝛimit hoibus quoddaꝫ directiuū ꝓncipiū humanoꝝ actuum: ut dictū est. ¶Ad secundum dicēdū q̄ creature irrōnales non participāt rōne humana: nec ei obediunt: participāt tamē ꝑ modū obedientie rōne diuine. Ad plura enim se extēdit virtus rōnis diuine ¦ q̄ virt⁹ rōnis humane: ⁊ sicut mēbra corporis humani mouētur ad imperiū rōnis: nō tn̄ participāt rōne: q̄ nō hn̄t aliquā apprehēsionē ordinatā ad rationē. Ita etiā creature irrōnales mouētur a deo: nec tn̄ ꝓpter hoc sūt rōnales. ¶Ad tertiū dicendū q̄ defectus qui accidūt in reb⁹ naturalib⁹ q̄uis sint ꝓter ordinē causaꝝ particulariū: nō tn̄ sūt ꝓter ordinem causaꝝ vniuersaliū: ⁊ ꝑcipue cause ꝑme que deus est cuius ꝓuidentiā nihil subterfugere pōt: vt in ꝓmo dictū est. Et q̄ lex eterna est rō diuine ꝓuidētie: vt dictū est: ideo defectus rerū naturaliuꝫ legi eterne subd̄ūtur.

D sextuꝫ sic ꝓcedit. Videt ꝙ oēs res humane subd̄ūciantur legi eterne. Dicit enim apls ad gal. 5°. Si spiritu dei ducimini nō estis sub lege: sꝫ virt iusti qui sunt filij dei per adoptionē spiritu dei agūtur: fm illud ro. 8°. Qui spiritu dei agūtur hi filij dei sunt: ergo nō oēs hoies sūt sub lege eterna. ¶Preterea apls dicit ad ro. 8°. Prudētia carnis inimica est deo: legi enim dei subiecta nō est: sꝫ multi hoies sūt in quib⁹ prudētia carnis dn̄atur: q̄ legi eterni que est lex dei nō subd̄ūciūtur oēs hoies. ¶Preterea aug⁹ dicit in ꝓmo de lib⁹ arbit. ꝙ lex eterna est qua mali miseria: boni vita beata merētur: sed homines iam beati vel iam dānati nō sunt in statu merendi: q̄ nō subsunt legi eterne. ¶Sed contra est quod aug⁹ dicit. 9° de ciuita. dei. Nullo modo aliquid legibus summi creatoris ordinatio nicq; subtrahitur a quo pax vniuersitatis administratur. ¶Respondeo dicendū q̄ duplex est modus quo aliquid subditur legi eterne: vt ex supꝛa dictis patet. Uno modo inq̄ntum participatur lex eterna per modū cognitionis. Alio modo per modum actionis ⁊ passionis: inq̄ntuꝫ participat per modum interioris ꝓncipij motiui: ⁊ hoc secūdo modo subd̄ūtur legi eterne irrationales creature: vt dictum est: sed quia rationalis natura cū eo qđ est cōmune omnibus creaturis habet aliquid sibi ꝓꝛopꝛium inq̄ntum est rationalis: ideo scōm vtrūq; modum legi eterne subditur: quia ⁊ notionem legis eterne aliquo modo habet: ut. ē. dictum est. ⁊ iteruꝫ vnicuiq; rationali creature ineſt naturalis inclinatio ad id quod est consonū legi eterne. Sumus enim nati ad habendū virtutes: vt dicitur in secūdo ethicoꝝ. Uterq; tamen modus imperfect⁹ quidem est ⁊ quodāmodo corruptus in malis in quibus ⁊ inclinatio naturalis ad virtutem depꝛauatur per habitum vitiosum. ⁊ iterum ipsa naturalis cognitio boni in eis obtenebꝛatur per passiones ⁊ habitus peccatoꝝ. In bonis autē vterq; modus inuenitur perfectioꝝ: quia ⁊ supꝛa cognitionem naturalem boni superadditur eis cognitio fidei ⁊ sapientie: ⁊ supꝛa naturalem inclinationem ad bonum superadditur eis interius motiuū gratie ⁊ virtutis. Sic igitur boni perfecte subsunt legi eterni tanq̄ semper scōm eam agentes: mali autez subsunt quidem legi eterne: imperfecte quidez q̄ntum ad actiones ipsoꝝ ꝓout imperfecte cognoscunt: ⁊ imperfecte inclinantur ad bonum: sed q̄ntum deficit ex parte actionis supplet ex parte passionis: ꝓout scilicet intantum patiūtur quod lex eterna dictat de eis inq̄ntum deficiūt facere quod legi eterne conuenit: vnde augustinus dicit in primo de lib⁹ arbitrio. Justos sub eterna lege agere existimo: et in libꝛo de catheꝛizandis rudibus: dicit ꝙ deus ex iusta miseria animarum se deserentium conuenientissimis legibus inferioꝛes partes creature sue nouit ordinare. ¶Ad ꝓmū ergo dicendū q̄ illud verbum apostoli potest intelligi dupliciter. Uno modo vt esse sub lege intelligatur ille qui nolens obligationē legis subditur quasi cuidam ponderi. vnde glosa ibidem dicit q̄ sub lege est qui timoꝛe supplicij quod lex minatur nō amore iusticie a malo opere abstinet: ⁊ hoc modo spirituales viri non sunt sub lege: quia per charitatē quam spūs scūs coꝛdibus coꝝ infundit volūtarie id quod legis est implēt. Alio modo potest etiā intelligi inquantū hoīs opera que spiritu scō agunt: magis dicūtur esse opera spiritus sci q̄ ipsi⁹ hoīs: vnde cum spiritus sanctus nō sit sub lege sicut nec filius: ut supꝛa dictuꝫ est: sequit ꝙ huiusmodi opa inquantuꝫ sunt spūs sancti nō sint sub lege: ⁊ huic

atteſtat qđ apl's dicit.2ª ad corinth.3°. Ubi ſpūs do mini ibi libertas. ¶ Ad ſecundū dicendū q̄ prudētia carnis nō pōt ſubīci legi dei ex parte actūs q̄ inclinat ad actōes ꝓpias legi diuine:ſubīcit tn̄ legi dei ex parte paſſionis:q̄ meret pati penā ſcōm legē diuine iuſticie nihilomin⁹ tn̄ in nullo hoīe ita prudētia carnis dn̄atur q̄ totū bonū nature corrūpatur.7 iō remanet in hoīe inclinatio ad agendū ea q̄ ſunt legis eterne. Habitū eſt enī.ſ.q̄ peccatū nō tollit totū bonū nature. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ idē eſt p qđ aliqđ ꝓſeruat in ſine 7 p qđ mouet ad finē:ſicut corp⁹ graue grauitate deſcendit i loco in feriori p quā etiā ad locū ipſum mouet. Et ſic dicē dum eſt q̄ ſicut ſm legē eternā aliq̄ merētur beatitudinē vel miſeriā:ita p eandē legē in btitudine vel miſeria ꝓſeruant:7 ſm hoc 7 btī 7 dānati ſubſūt legi eterne. Queſtio.xciiij.

Einde cōſide

randū eſt de lege naturali.7 circa hoc q̄runt ſex. Primo qđ ſit lex naturalis. Scđo q̄ ſint ꝓcepta legis nālis. Tertio vtrū oēs actꝰ virtutū ſint de lege nature. Quarto vtrū lex naturalis ſit vna apud oēs. Quinto vtrum ſit mutabilis. Sexto vtrū poſſit a mēte hoīs deleri.

℔ primum ſic ꝓcō

ceditur. Uideť q̄ lex naturalis ſit habitus. Quia ut phūs dicit in.2° ethicoꝝ Tria ſunt in aīa:potētia:habitus:7 paſſio:ſz natu ralis lex nō eſt aliq̄ potentiarū aīe:nec aliq̄ paſſionū:ut patet enumerādo p ſingula: g̃ lex naturalis eſt habitꝰ. ¶ Preterea baſiliꝰ dicit q̄ ſynderiſis eſt lex intellectꝰ noſtri: qđ nō pōt intelligi niſi de lege naturali:ſed ſynderiſis eſt habitꝰ qđā vt in ꝑmo habituz eſt:g̃ lex eſt naturalis habitus. ¶ Preterea lex naturalis ſemp in homine manet vt infra patebit:ſed nō ſemp rō hoīs ad quā lex ꝑtinet cogitat de naturali lege. g̃ lex naturalis nō ē actus ſed habitus. ¶ Sed ꝓtra eſt qđ augꝰ dicit in li.de bono ꝓiugali:q̄ habitus eſt quo aliquid agit cū opꝰ eſt:ſed naturalis lex nō eſt huiuſmodi.ē enī in paruulis 7 dānatis qui p ea3 agere nō pñt:g̃ lex naturalis nō eſt habitus. ¶ Reſpōdeo dicendū q̄ aliquid poteſt dici eſſe habitus dupl'r. Uno modo ꝓprie 7 eſſentialiter:7 ſic lex naturalis nō eſt habitus. Dictū eſt enim.ſ.q̄ lex naturalis eſt aliqđ p rōnem ꝓſtitutū:ſicut etiā ꝑpoſitionē quoddā opꝰ rōnis:nō eſt autem idem quod qs agit 7 quo quis agit. Aliquis enī3 p habitū grāmatice agit rationē congruā. Cū igit habitus ſit quo qs agit nō pōt ē q̄ lex aliq̄ ſit habitꝰ ꝑprie 7 eſſentialiter. Alio mō pōt dici habitꝰ ꝑpter id qđ habitu tenet:ſicut dici tur fides id qđ fide tenet:7 hoc mō q̄ ꝓcepta legis naturalis qñq̄ cōſiderant in actu a rōne: qñq̄ aūt ſunt in ea habitu aliter tn̄: ſm hūc modū pōt dici:q̄ lex naturalis ſit habitꝰ:ſicut etiā ꝓncipia in demōſtrabilia in ſpeculatiuis nō ſunt ipſi habitus ꝓncipioꝝ:ſed ſunt ꝓncipia quorum eſt habitus. ¶ Ad ꝓmum ergo dicēdū q̄ phūs intēdit ibi inueſtigare genꝰ virtutis:7 cū manifeſtū ſit q̄ virtus ſit quoddā ꝓncipiū actus:illa tn̄ ponit que ſūt ꝓncipia humanoꝝ actuū.ſ.potētias:habitꝰ 7 paſſiones:ꝑter hec aūt tria ſunt quedā alia in aīa ſicut q̄dam actus:ut velle eſt in volēte: 7 etiā cognita ſūt in cognoſcēte:7 ꝓprietates naturales aīe inſunt ei: ut mortalitas 7 alia huiuſmodi. ¶ Ad ſecundum dicendū q̄ ſynderiſis dicit lex intellectꝰ noſtri inq̄n tū eſt habitꝰ ꝓtinēs ꝑcepta legis naturalis q̄ ſunt p ma ꝓncipia opeꝝ humanoꝝ. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ rō illa ꝓcludit q̄ lex naturalis habitualiter tenetur:7 hoc ꝓcedit⁹. ¶ Ad id vero qđ in ꝓrium obīcitur dicēdum q̄ de eo quod habitualiter inest quādoq̄ aliqs vti nō poteſt ꝑpter aliquod impedimentū:ſicut homo nō poteſt vti habitu ſcīētie ꝓpter ſomnū:7 ſimiliter puer nō pōt vti habitu intellectus ꝓncipioꝝ:vel etiā legi naturali q̄ ei habitu ineſt ꝑpter defectū etatis.

℔ ſecundū ſic ꝓcō

ceditur. Uideť q̄ lex naturalis nō ꝓtineat plura ꝑcepta:ſed vnum tn̄. Lex enim ꝓtinet in genere ꝑcepti:vt.ſ.habitū eſt:ſi igit eſſent multa ꝑcepta legis naturalis: ſeq̄reť q̄ etiaz eſſent multe leges naturales. ¶ Preterea lex naturalis cōſequit hoīs naturā:ſz humana natura ē vna ſm totū:ſz ſit multiplex ſm ptes:aut g̃ ē vnuz ꝑceptū tn̄ legis nature ꝑpter vnitatē toti⁹: aut ſūt multa ſm multitudinē partium nature humane:7 ſic oporteb it q̄ etiā ea q̄ ſūt de inclinatōe ꝓcupiſcibilis ꝓtineāt ad legē nālē. ¶ Preterea lex ē aliqđ ad rōnez ꝓtinēs:ut.ſ.dictū eſt:ſz rō in hoīe eſt vna tn̄:g̃ ſolū vnū ꝑceptū eſt legis naturalis. ¶ Sed ꝫ eſt:q̄ ſic ſe hñt ꝑcepta legis naturalis in hoīe q̄ntū ad opabilia ſicut ſe hñt ꝓma ꝓncipia in demōſtrabilia:ſz ꝓma ꝓncipia in demōſtrabilia ſunt pl'a:g̃ 7 ꝑcepta legis nature ſunt pl'a. ¶ Rñ.dđ.q̄ ſicut.ſ. dictū eſt:ꝑcepta legis nature hoc mō ſe hñt ad rōnem practicā ſicut ꝓncipia ꝓma demōſtrationū ſe hñt ad rōnez ſpeculatiuā:vtraq̄ enī ſunt q̄dā ꝓncipia p ſe nota. Dicit aūt aliqđ p ſe notū dupliciter Uno mō ſm ſe.alio mō q̄ ad nos ſm ſe q̄dē q̄libet ꝓpoſitio dicit p ſe nota cui⁹ ꝑdicatū ē de rōne ſubiecti:ꝓtingit tn̄ q̄ ignorāti diffinitionē ſubiecti taliſ ꝓpoſitio nō erit p ſe nota:ſicut iſta ꝓpoſitio hō ē rōnale:eſt p ſe nota ſm ſui naturā:q̄ q̄ dicit hoīem dicit rōnale:7 tamē ignorāti q̄d ſit hō: hec ꝓpoſitio nō eſt p ſe nota:7 inde eſt q̄ dicit boeti⁹ in libro de dogmatib⁹. Quedā ſunt dignitates vel ꝓpoſitiones p ſe note coīter oībus:7 huiuſmodi ſūt ille ꝓpoſitiōes quaꝝ termini ſunt oīb⁹ noti:ut oē totū eſt maī⁹ ſua parte:7 q̄ vni 7 idē ſūt eq̄lia ſibiinuicē ſūt equalia:q̄dā vero ꝓpoſitōes ſūt p ſe note ſolis ſapiētib⁹ q̄ terminos ꝓpoſitionū intelligūt q̄d ſignificēt:ſicut itelligēti q̄ angel⁹ nō eſt coꝝp⁹ p ſe notū eſt q̄ nō eſt circūſcriptiue in loco:qđ nō eſt manifeſtū rudib⁹ q̄ hoc nō capiūt. Jn his aūt q̄ in apphēlione hoiuz cadūt q̄dā ordo inuenit. Nā illud

qđ ꝑmo cadit in apphēsione est ens cui⁹ intellect⁹ includit in oīb⁹ quecūq; qđ apphēdit: ⁊ iō ꝑmum ꝓncipiū indemōstrabile est: ꝙ non est simul affirmare ⁊ negare: qđ fundat supra rōnez entis ⁊ non entis: ⁊ sup hoc ꝓncipio oīa alia fundant: vt dicit in. 4°. metaphyce. Sicut aūt ens est ꝑmū qđ cadit in apphēsione simplr: ita bonū est ꝑmū qđ cadit i apprehensione practice rōnis q̄ ordinat ad opus. Oē enī agēs agit ꝓpter finē: q̄ habet rōnez boni: ⁊ ideo ꝑmū ꝓncipiuz in rone practica est qđ fundat supra rōnez boni: q̄ est bonū est qđ oīa appetūt: hoc est ġ ꝑmū ꝓceptū legis ꝙ bonū est faciendū ⁊ ꝓsequendū ⁊ malū vitandū: ⁊ sup hoc fundāt oīa alia ꝓcepta legis nature: vt. s. oīa illa facienda vel vitanda ptineāt ad ꝓcepta legis nature: que rō practica naturaliter apphendit esse bona humana: q̄ vero bonū habet rōnem finis: malū aūt rōnez ꝯrij: inde est ꝙ oīa illa ad q̄ hō habet naturalez inclinationē rō naturaliter apprehendit vt bona ⁊ ꝑ cōs ut operosequēda: ⁊ ꝯria eoꝝ vt mala ⁊ vitāda: ꝑm igit ordinē inclinationū naturaliū est ordo ꝑceptoꝝ legis nature. Jnest enim ꝑmo inclinatio hois ad bonū ꝑm naturā in q̄ coicat cū oīb⁹ substātijs ꝓut. s. q̄libet suba appetit ꝓseruationē sui eē ꝑm suam naturā: ⁊ ꝑm hāc inclinationē ptinet ad legē naturalem ea ꝑ q̄ vita hois ꝓseruat ⁊ ꝯriū ipedit. Secūdo inest hoi inclinatio ad liā magis spālia ꝑm naturā i q̄ coicat cū ceteris aialib⁹: ⁊ ꝑm hoc dicunt ea esse de lege naturali q̄ natura oīa aialia docuit: ut ē cōmixtio maris ⁊ femine: ⁊ educatio liberoꝝ ⁊ silia Tertio mō inest hoi iclinatio ad bonū ꝑm naturā rōnis q̄ est sibi ꝓpria: sicut hō hz naturalē inclinationē ad hoc ꝙ veritatē cognoscat de deo: ⁊ ad hoc ꝙ in societate viuat: ⁊ ꝑm hoc ad legē naturalē ptinēt ea q̄ ad huiusmodi inclinationē spectāt: vtpote qđ hō ignorantiā vitet: ꝙ alios nō offendat cū q̄bus oz ꝙuersari: ⁊ cetera huiusmodi q̄ ad hoc spectāt. ¶ Ad ꝓmuz ġ dicendū ꝙ oīa ista ꝓcepta legis nature inq̄ntū referunt ad vnū ꝑmū ꝓceptū habēt rōnez vni⁹ legis. ¶ Ad secundū dicendū ꝙ oēs huiusmodi inclinationes q̄rūcūq; ptiū nature humane: puta ꝓcupiscibilis ⁊ irascibilis: ꝑm ꝙ regulant rōne: ptinēt ad legē. naturalez ⁊ reducunt ad vnū ꝑmū ꝓceptū: vt dictū est: ⁊ ꝑm hoc sūt multa ꝓcepta legis nature in seipsis: q̄ tñ coicant i vna radice. ¶ Ad 3m dđ ꝙ rō etiā in se vna sit: tñ ē ordinatiua oium q̄ ad hoies spectāt: ⁊ ꝑm hoc sub lege rōnis ꝓtinent oīa ea q̄ rone regulari possunt.

❡ tertium sic ꝓ

cedit. Videt ꝙ nō oēs act⁹ virtutū sint de lege nature. Quia ut. ā. dictum est: de rōne legis est ut ordinet ad bonū cōe sz quidaz virtutū act⁹ ordinant ad bonū ꝑuatū alicui⁹ ut patet ꝓcipue in actib⁹ tpantie: nō ġ oēs act⁹ virtutum legi subdūtur naturali. ¶ Preterea oīa pcta aliq̄bus virtuosis actib⁹ opponunt: si igit oēs act⁹ virtutū sint de lege nature: videt ex ꝓsequēti ꝙ omnia peccata sint ꝓtra naturā: qđ tñ spāliter de q̄busdā peccatis dicit. ¶ Preterea in bis q̄ sūt ꝑm naturā oēs conueniūt: sed in actib⁹ virtutū nō oēs conueniūt: aliquid enim est virtuosum vni quod est alteri vitiosum: ergo nō oēs actus virtutum sunt de lege nature. ¶ Sed ꝓtra ē qđ damas. dicit in. 3°. lib° ꝙ virtutes sunt naturales: ergo ⁊ act⁹ virtuosi subiacent legi nature. ¶ Rsp̄deo dicendū ꝙ ō actibus virtuosis dupliciter loqui possum⁹. Uno mō inq̄ntum sunt virtuosi. Alio modo inq̄tum sunt tales actus in ꝓpriis specieb⁹ cōsiderati. Si igitur loquamur de actibus virtutū inq̄ntū sunt virtuosi sic omnes actus virtuosi pertinēt ad legez nature. Dictū est enim ꝙ ad legez nature pertinet omne illud ad quod homo inclinat ꝑm suā naturā. Jnclinatur aut ē vnūquodcūq; naturaliter ad operationem sibi cōuenientē scōm suā ꝓpriā formā: sicut ignis ad calefaciendū: vnde cum aīa rationalis sit ꝓpria forma hominis: naturalis inclinatio inest cuilibet homini ad hoc ꝙ agat ꝑm rationē: ⁊ hoc ē agere ꝑm virtutē: vnde ꝑm hoc oēs actus virtutuz sunt de lege naturali. dictat enim hoc naturaliter vnicuiq; ꝓpria ratio vt virtuose agat. Sed si loquimur de actib⁹ virtuosis ꝑm seipsos: scilicet in ꝓpriis specieb⁹ cōsiderantur: sic nō oēs act⁹ virtuosi sunt de lege nature: multa enim ꝑm virtutem fiūt ad que natura nō ꝓmo inclinat: sed per rationis inquisitionē ea hoies adinuenerūt quasi vtilia ad bene viuendū. ¶ Ad ꝓmū ergo dicendū ꝙ tē perātia est circa cōcupiscētias naturales cibi ⁊ potus ⁊ veneroꝝ: que quidem ordinātur ad bonuz cōmune nature: sicut ⁊ alia legalia ordinant ad bonū cōmune morale. ¶ Ad secundū dicendū ꝙ natura hois potest dici vel illa que est ꝓpria homini: ⁊ hoc omnia peccata inq̄ntum sunt cōtra rationē: sunt etiam cōtra naturam: ut patet per damas. in 2°. libro: vel illa que est cōmunis hoi ⁊ alīs aialib⁹ ⁊ ꝑm hoc queda specialia peccata dicūtur esse cōtra naturā: sicut cōtra cōmixtionē maris ⁊ femine que est naturalis omnib⁹ animalib⁹ est cōcubitus masculoꝝ quod specialiter dicitur vitium contra naturam. ¶ Ad tertiū dicendum ꝙ ratio illa ꝓcedit de actibus ꝑm seipsos cōsideratis. sic enīz ꝓpter diuersas hois cōditiones cōtingit ꝙ aliq̄ act⁹ sunt aliquib⁹ virtuosi tanꝙ eis ꝓportionati ⁊ conuenientes: qui tamen sunt alīs vitiosi tanꝙ eis nō ꝓportionati.

❡ quartum sic ꝓ

cedit. Videtur ꝙ lex nature non sit vna apud omnes. Dicitur enim in decretis dis. ꝑma: ꝙ ius naturale est quod in lege et in euāgelio cōtinetur: sed hoc nō est cōe oībus: q̄ vt dicit ro. x°. Nō oēs obediūt euāgelio: ergo lex naturalis nō est vna apud oēs. ¶ Preterea ea q̄ sūt ꝑm legē iusta eē dicunt: vt dicit in. 5°. ethicoꝝ: sz in eodē libro dicit ꝙ nihil est ita iustū apud omnes quin apud aliqs diuersificet: ergo etiam lex naturalis nō est apud oēs eadem. ¶ Preterea ad legē nature pertinet id ad quod hō ꝑm naturā suā inclinat: ut. ā. dictū est: sz diuersi hoies naturaliter ad diuersa iclinant: alī q̄dē ad ꝓcupiscētiā voluptatuz:

ditur. Videt q̄ lex vetus non debuit inducere ad obseruantiam preceptorum per temporales promissiones ⁊ cōminationes. Intētio enim legis diuine est vt homines deo subdantur per timorem ⁊ amorem: vnde dicitur Deutero. x. Et nunc israhel quid dominus tuus petit a te: nisi vt timeas dominū deuz tuum: ⁊ ambules in vijs eius: ⁊ diligas eum: sed cupiditas rerum temporalium abducit a deo. Dicit enim Augustinus in libro. 83. questionum. q̄ venenū charitatis est cupiditas. ergo ꝓmissiones ⁊ comminationes temporales videntur contrariari intentioni legislatoris: quod facit legem reprobabilez: vt patet per philosophū in secundo politice. ¶Preterea lex diuina est excellētioꝝ q̄ lex humana. videmus autem in scientijs q̄ quanto aliqua est altioꝝ tanto per altiora media ꝓcedit. ergo cum lex humana procedat ad inducendū homines per temporales cōminationes ⁊ ꝓmissiones: lex diuina nō debuit ex his procedere: sed per aliqua maiora. ¶Preterea id nō potest esse premiū iusticie: vel pena culpe quod equaliter euenit ⁊ bonis ⁊ malis sed sicut dicitur Eccl. ix. Uniuersa tēporalia eque eueniunt iusto ⁊ impio: bono ⁊ malo: mundo ⁊ immundo: immolanti victimas: ⁊ sacrificia contemnenti. ergo temporalia bona vel mala non conuenienter ponuntur vt pene vel premia mandato q̄ legis diuine. ¶Sed ꝓtra est qd dicitur Esaie primo. Si volueritis ⁊ audieritis me: bona terre cōmendetis. q̄ si volueritis: ⁊ me ad iracūdiam prouocaueritis: gladius deuorabit vos. ¶Rñdeo dicendū q̄ sicut in scientijs speculatiuis inducuntur homines ad essentiendum conclusionibus per media syllogistica: ita etiam in quibuslibz legibus homines inducuntur ad obseruantias preceptoꝝ per penas ⁊ premia. videmus autē in scientijs speculatiuis q̄ media ꝓponūtur auditori sm eius cōditionem: vnde sicut oportet ordinate in scientijs procedere vt ex notioribus disciplina incipiat: ita etiam oportet cum qui vult inducere hoiez ad obseruantiam preceptoꝝ: vt ex illis eum mouere incipiat que sunt in eius affectu: sicut pueri prouocantur ad aliquid faciendum aliquibus puerilibꝰ munusculis. dictum est aūt supra q̄ lex vetus disponebat ad christum sicut imperfectum ad perfectum. vnde dabatur populo adhuc imperfecto in comparatione ad perfectionem que erat futura p xpm: ⁊ ideo populus ille comparatur puero sub pedagogo existenti. vt patz Gal. 3°. ¶Perfectio autem hominis est vt contemptis temporalibus spiritualibus inhereat: vt patet per illud quod Apostolus dicit Phil. 3. Que quidem retro sunt obliuiscens: ad ea que prioza sunt me extendo. Quicū q̄ ergo perfecti sumus hec sentiamus. imperfectorum autē est q̄ temporalia bona desiderent. in ordine tamen ad deum. peruersoruz autem est q̄ in temporalibus bonis finem constituant. vnde legi veteri cōueniebat vt per temporalia que erant in affectū hominum imperfectoꝝ manuduceret homines ad deum. ¶Ad primuz ergo dō q̄ lex humana inducit homines ex temporalibus premijs vel penis per homines inducendis. lex vero diuina ex premijs vel penis exhibendis per deuz: ⁊ in hoc procedit per media altioza. ¶Ad scdm dō. q̄ cupiditas qua hō cōstituit finē in temporalibus bonis est charitatis venenum. sed consecutio temporalium bonoꝝ que homo desiderat in ordine ad deum est quedam via inducēs imperfectos ad dei amorem. Sm illud psal. Cōfitebitur tibi cū benefeceris illi. ¶Ad tertium dō. q̄ sicut patz historias veteris testamenti reuoluenti: cōmunis status populi semper sub lege in prosperitate fuit q̄diu legem obseruabant. ⁊ statim declinantes a p̄ceptis legis diuine in multas aduersitates incidebant: sed alique persone particulares etiam iusticiam legis obseruantes in aliquas aduersitates incidebant: vel quia iam erant spirituales effecti: vt per hoc magis ab affectu temporalium abstraherentur: ⁊ eoruz virtus probata redderet: aut quia opera legis exterius implentes cor totū habebāt in temporalibus defixum ⁊ a deo elongatum. Sm q̄ dicitur. Esaie. xxix. Populus hic labijs me honorat. cor autem eorum longe est a me.

Questio.c.

Einde cõsiderandum est de singulis generibus p̃ceptoꝝ non veteris legis. Et primo de p̃ceptis moralib⁹. Scõdo de cerimonialibus. Tertio de iudicialibus. Circa primũ querũt xij. Primo vtꝝ oĩa precepta moralia veteris legis sint de lege nature. Secundo vtrũ p̃cepta moralia veteris legis sint de actibus oĩum virtutum. Tertio vtrum oĩa p̃cepta moralia veteris legis reducãtur ad decẽ p̃cepta decalogi. Quarto de distinctione p̃ceptoꝝ decalogi. Quinto de numero eorum. Sexto de ordine. Septimo de mõ tradendi ipsa. Octauo vtꝝ sint dispẽsabilia. Nono vtꝝ modus obseruãdi virtutẽ cadat sub p̃cepto. Decimo vtꝝ modus charitatis cadat sub p̃cepto. Undecimo de distinctione alioꝝ p̃ceptoꝝ moralium. Duodecimo vtrũ p̃cepta moralia veteris legis iustificent.

Dprimum sic p̃z

ceditur. Uidetur q̃ ñ oĩa p̃cepta moralia ptineãt ad legẽ nature. Dicitur enĩ Eccl.i7°. Addidit illis disciplinã ⁊ legem vite hereditauit illos. sed disciplina diuidit cõtra legẽ nature: eo q̃ lex naturalis non adiscitur: ꝫ ex naturali instinctu habet. g̃ nõ oĩa precepta moralia sunt de lege nature. ¶ Preterea lex diuina pfecti or est q̃ lex hũana: sed lex hũana supaddidit aliq̃ ad bonos mores ptinẽtia his que sũt de lege nature: qõ p̃z ex hoc q̃ lex nature cadẽ apud oẽs. huiusmodi aũt moꝝ instituta sũt diuersa apud diuersos. ergo multo forti⁹ diuina lex aliqua ad bonos mores ptinẽtia debuit addere supra legẽ nature.

¶ Preterea sicut rõ naturalis inducit ad aliquos bonos mores ita ⁊ fides: vñ etiã dicitur ad Gal.5 q̃ fides per dilectiõem opatur: sed fides nõ ptinet sub lege nature: q⁹ ea que sunt fidei sunt supra rõnẽ naturalẽ: ergo nõ oĩa p̃cepta moralia legis diuine ptinẽt ad legẽ nature. ¶ Sꝫ ꝫ est qõ dicit apl's Ro.2°. q̃ gentes que legẽ nõ hñt naturaliter ea q̃ legis sunt faciũt: qõ oz intelligi de his que ptinẽt ad bonos mores: g̃ oĩa moralia p̃cepta legis sũt de lege nature. ¶ Respondeo dõ q̃ p̃cepta moralia a cerimonialib⁹ ⁊ iudicialibus sunt distincta. Mo ralia enĩ sunt de illis que ꝫ se ad bonos mores ptinẽt: cum aũt humani mores dicãtur in ordine ad rõnem qõ est ꝑpriũ ꝓncipiũ humanoꝝ actuꝫ illi mores dicũtur boni qui rõni cõgruũt. mali aũt qui a rõne discordãt. Sicut autẽ oẽ iudiciũ rõnis speculatiue ꝓcedit a naturali cognitiõe primoꝝ ꝓncipioꝝ: ita etiã omne iudiciũ rõnis practice ꝓcedit ex quibusdã ꝓncipijs naturaliter cognitis vt supra dictũ est. Ex quibus diuersimode ꝓcedi pot ad iudicandũ de diuersis. Quedam enĩ sũt in humanis actibus adeo explicita: q̃ statim cũ modica ꝓsideratione p̃nt approbari vel reprobari p illa cõmunia ⁊ prima principia. Quedã vero sũt ad quorum iudicium requirit multa consideratio diuersarum circũstantiarum: quas considerare diligenter non est cuiuslibet: sed sapientum: sicut cõsiderare particulares conclusiones scientiarũ nõ pertinet ad omnes: sed ad solos philosophos. Quedam vero sunt ad que diiudicanda indiget homo adiuuari per instructionem diuinam: sicut est circa credenda. Sic igitur patet q̃ cum moralia precepta sint de his que pertinẽt ad bonos mores. hec autem sunt que rationi conueniunt. omne autem rationis humane iudicium aliqualiter a naturali ratione deriuatur necesse est q̃ omnia p̃cepta moralia pertineant ad legem nature: sed diuersimode. Quedam enĩ sunt que statim per se ratio naturalis cuiuslibet hominis diiudicat esse facienda: vel non facienda: sicut honora patrẽ tuum ⁊ matrem: ⁊ non occides: non furtum facies: ⁊ huiusmodi sũt absolute de lege nature. Quedã vero sunt que subtiliori cõsideratione rationis a sapientibus iudicantur esse obseruanda. ⁊ ista sic sunt de lege nature: vt tamen indigeant disciplina qua minores a sapientioribus instruantur. sicut illud. Coram cano capite consurge ⁊ honora personam senis. ⁊ alia huiusmodi. Quedam vero sunt ad que iudicanda ratio humana indiget instructione diuina per quaꝫ erudimur de diuinis: sicut est illud. Non facies tibi sculptile: neq̃ oẽm similitudinẽ: non assumes nomẽ dei tui in vanũ. Et p̃ hoc patet rñsio ad obiecta.

Dsecundũ sic p̃z

ceditur. Uidetur q̃ p̃cepta moralia legis non sint de omnibus actib⁹ virtutum. Obseruatio autem preceptorum veteris legis iustificatio nominatur: ꝫm illud psal. Justificationes tuas custodiam. sed iustificatio est executio iustitie. ergo precepta moralia non sunt nisi de actibus iustitie. ¶ Preterea id quod cadit sub p̃cepto habet rationẽ debiti: sed ratio debiti non ptinet ad alias virtutes nisi ad solam iusticiam: cuius ꝑpriũ actus est reddere vnicuiq̃ debitũ. ergo precepta legis moralia nõ sunt de actibus aliarum virtutũ: sed soluꝫ de actibus iustitie. ¶ Preterea omnis lex ponitur ꝓpter bonum cõmune vt dicit Jsidorus. sed iter virtutes sola iustitia respicit bonum cõmune: vt philosophus dicit in 5°. ethicorum. ergo precepta moralia sunt solum de actibus iustitie. ¶ Sꝫ ꝑtra est quod Ambrosius dicit: q̃ peccatũ est transgressio legis diuine ⁊ celestium inobedientia mandatorum: sed peccata cõtrariantur omnibus actibus virtutuꝫ: ergo lex diuina habet ordinare de actibus omniũ virtutum. ¶ Rñdeo dõ. q̃ cum precepta legis ordinentur ad bonum commune: sicut supra habitum est: necesse est q̃ precepta legis diuersificentur ꝫm diuersos modos cõmunitatũ: vnde pbus in sua politica docet q̃ alias leges oportet statuere in ciuitate que regitur rege: ⁊ alias in ea que regit ꝑ populuꝫ vel ꝑ aliquos potentes de ciuitate. Est aũt ali⁹ mo

dus cõitatis ad quaz ordinatur lex humana z ad quã ordinatur lex diuina. Lex enĩ humana ordinatur ad cõitatẽ ciuilẽ que est hoiuz adinuicẽ. Homines aut ordinant adinuicẽ per exteriores actus qbus homines sibi inuicẽ cõmunicãt huiusmodi aũt cõicatio ptinet ad rõnez iusticie que est ppzie directiua cõicationis humane: z ideo lex humana nõ pponit pcepta nisi d actibus iusticie. z sic pcipiat actꝰ aliarũ virtutum: hoc non est nisi inq̃tum assumũt rõnem iusticie: vt patet per pbm in. v. ethicoz. sed cõitas ad quã ordinat lex diuina est hoiuz ad deũ vel in pñti: vel in futura vita: z ideo lex diuina pzecepta pponit de oibus illis per que homines bene ordinẽtur ad cõitatem cum deo. homo aũt deo pũgitur rõne siue mẽte i qua est dei imago: z ideo lex diuina pcepta pponit de oibus illis per que ratio ordinis bene ordinata est. hoc aũt pingit per actꝰ oium victum. nam virtutes intellectuales ordinãt bene actꝰ rõnis in seipsis. virtutes aũt morales ordinant bene actus rõnis circa interiores passiões z exteriores opationes: z ideo manifestũ est q̃ lex diuina ꝙuenienter pponit pcepta de actibus oium virtutũ: ita tamẽ q̃ quedã sine quibus ordo virtutis qui est ordo rõnis obseruari nõ põt: cadũt sub obligatiõe pcepti. quedã vero que ptinẽt ad bñ eẽ virtutis pfecte cadũt sub ãmonitiõe cõsilij. ¶ Ad primũ ergo dicẽdũ q̃ adimpletio mãdatoz legis etiam que sũt de actibus aliarũ virtutũ hñt rõnez iustificatiõis inq̃tum iustuz est: vt homo obediat deo: vel etiã inq̃tũ iustũ est q̃ oia que sunt homis rõnis subdant. ¶ Ad secũduz dõ q̃ iusticia ppzie dicta attendit debitum vnius hois ad aliũ: sz in oibus alijs virtutibus attẽdit debitũ inferioz virtutũ ad rõnẽ. z fm rõnem huius debiti pbs assignat in. 5°. ethi. quandã insticiam metaphoricã. ¶ Ad tertiũ dõ q̃ patet rñsio per ea que dicta sunt de diuersitate cõitatis.

¶ tertium sic pzo

cedit. Videt q̃ non oia pcepta moralia veteris legis reducãtur ad decez pcepta decalogi. Prima enĩ z principalia legis pcepta sunt. Diliges dñm deũ tuum. z diliges pximũ tuũ. vt habet Matth. 22°. sed ista duo nõ cõtinẽtur in pceptis decalogi: g̃ nõ oia pcepta moralia cõtinẽtur in pceptis decalogi. ¶ Preterea pzecepta moralia nõ reducũtur ad pcepta cerimonialia: sed potius ecõuerso. sz inter pcepta decalogi ẽ vnũ cerimoniale. s. memẽto vt diez sabbati sanctifices. g̃ pcepta moralia non reducũtur ad oia pcepta decalogi. ¶ Preterea pcepta moralia sũt de oibus actibus virtutuz. sed inter pcepta decalogi ponunt sola pcepta ptinẽtia ad actus iusticie. vt patet discurrẽti per singula. ergo pcepta decalogi nõ ptinẽt oia pcepta moralia. ¶ Sed cõtra est qđ Matth. v. dicitur super illud. Beati estis cũ maledixerint vẽ. dicit glo. q̃ Moyses. x. pcepta proponẽs: postea p partes explicat. g̃ oia pcepta legis sunt quedã ptes pceptoz decalogi. ¶ Rñ. dõ. q̃ pcepta decalogi ab alijs pceptis legis differũt i hoc q̃ pcepta decalogi per seipm deus dicit primo ꝓ posuisse. alia vero pcepta ꝓposuit populo p moysen. illa ergo pcepta ad decalogũ ptinẽt: quoz notitia homo hz p seipm a deo: huiusmodi sunt illa que statim ex fide diuinitus infusa innotescũt. Inter pcepta ergo decalogi non pputãtur duo genera pceptoz: illa sez que sunt prima z cõia: quoz nõ oportet aliquã editionẽ esse nisi q̃ sunt scripta in rõne naturali q̃si per se nota: sicut q̃ homo nulli debet malefacere: z alia huiusmodi. z iterum illa que p diligẽtem inquisitionẽ sapientum inueniũtur rõni cõuenire. hec enĩ ꝓueniunt a deo ad populum mediante disciplina sapientum. Utraq; tñ hoz pceptoz cõuenitur in pceptis decalogi: sed diuersimode. nam illa que sunt prima z cõia cõtinẽtur in eis sicut principia in cõclusionibus ꝓximis. illa vero que p sapientes cognoscũtur ptinẽtur in eis ecõuerso: sicut ꝓclusiones in principijs. ¶ Ad pmũ g̃ dicendum q̃ illa duo pcepta sunt prima z cõia pcepta legis nature que sunt p se nota rõni humane: vel p naturã: vel per fidem. z ideo oia pcepta decalogi ad illa duo referuntur sicut ꝓclusiones ad pncipia cõmunia. ¶ Ad secundum dicendũ q̃ preceptũ de obseruatione sabbati est fm aliquid morale: q̃tuz sez per hoc q̃ pcipit q̃ homo aliquo tpe vacet rebus diuinis. fm illud ps. Uacate z videte qm̃ ego sum deus. z fm hoc inter pcepta decalogi ꝓputantur. nõ aũt q̃tum ad taxationẽ tpis: qz fm hoc est cerimoniale. ¶ Ad tertiũ dõ. q̃ rõ debiti in alijs virtutibus est magis latẽs q̃ in iusticia. z ideo pcepta de actibus aliarũ virtutũ nõ sunt ita nota populo sicut pcepta de actibus iusticie. z ꝓpter hoc actus iusticie spãliter cadunt sub pceptis decalogi: que sunt prima legis elemẽta.

¶ quartũ sic pzo\

cedit. Videt q̃ incõuenienter pcepta decalogi distinguãtur. Latria enĩz ẽ alia virtus a fide. sed pcepta dantur de actibꝰ virtutum. sed hoc qõ dicitur in principio decalogi. Non habebis deos alienos coram me: ptinet ad fidẽ. quod aũt subditur. Non facies sculptile vẽ. ptinet ad latriã: ergo sunt duo pcepta z non vnum sicut aug. dicit. ¶ Preterea pcepta affirmatiua i lege distinguũtur a negatiuis. sicut honora patrez z matrez: z non occides. sed hoc qõ dicitur. Ego sum dñs deus tuus: est affirmatiuũ. quod aũt subditur. Nõ habebis deos alienos coram me: est negatiuũ. ergo sunt duo pcepta z non ptinentur sub vno: vt aug. ponit. ¶ Preterea aplus ad Ro. 7°. dicit. Cõcupiscẽtia nesciebã nisi lex diceret. Non concupisces. z sic videtur q̃ hoc pceptum. Non cõcupisces: sit vnum pceptum. non ergo debuit distingui in duo. ¶ Sed cõtra est auctoritas aug. in glo. sup Exo. vbi ponit tria pcepta ptinẽtia ad deum. z vñ. ad primũ. ¶ Respõdeo dicẽdũ q̃ pcepta decalogi diuersimode a diuersis distinguuntur Isitius enĩ. Leuit. 26°. super illud. Decẽ mulieres

in vno clibano coquũt panes: dicit ꝓceptũ de obseruatione sabbati non esse de decem ꝓceptis: qz non est obseruãdũ fm litterã fm omne tẽpus. Distinguit tamẽ quatruoz ꝓcepta ptinẽtia ad deũ: vt primũ sit. Ego sum dñs deus tuus scdz sit. Nõ habebis deo alienos coram me. ⁊ sic etiaz distinguit hec duo Hieronimus Osee. x. sup illud. Propter duas iniquitates tuas. tertiũ vero ꝓceptũ esse dicit Non facies tibi sculptile. quartũ vero. Non assumes nomẽ dei tui in vanũ. Pertinẽtia vero ad ꝓximũ dicit esse se: vt primũ sit. Honora patrem ⁊ matrẽ tuã. Secũdũ: Non occides. Tertiũ: Nõ mechaberis. Quartũ: Nõ furtũ facies. Quintũ: Nõ falsum testimoniũ dices. Sextũ: Nõ concupisces Sed primo hoc videt incõueniẽs q ꝓceptũ de obseruatione sabbati ꝓceptis decalogi interponat si nullo modo ad decalogũ ptineat. scdo qz cũ scriptũ sit Matth. vij. Nemo põt duob⁹ dominis seruire: eiusdẽ rõnis esse videt ⁊ sub eodẽ ꝓcepto cadere. Ego sum dñs deus tuus: ⁊ nõ habebis deos alienos. vnde Origenes distinguẽs etiã quattuoz ꝓcepta ordinãtia ad deũ: ponit ista duo ꝓ vno ꝓcepto. scdo vero ponit: Non facies sculptile. tertium vero: Non assumes nomẽ dei tui in vanũ. qrtum. Memẽto vt diẽ sabbati sanctifices. Alia vero sex põit sicut Ysitius: sed qz facere sculptile vel similitudinẽ nõ est phibitũ nisi fm hoc vt nõ colãtur ꝓ dijs: nam in tabernaculo de⁹ ꝓcepit fieri imaginẽ Seraphin: vt dicit Exo. 25°. Cõueniẽtius augustin⁹ ponit sub vno ꝓcepto. Nõ habebis deos alienos: ⁊ non facies sculptile. Similiter etiã concupiscẽtia vxoris aliene ad cõmixtionẽ ptinet ad ꝓcupiscẽtiã carnis. Cõcupiscẽtia aũt aliaꝝ rerum que desiderãtur ad possidẽdũ: ptinet ad concupiscentiã oculoꝝ. vnde etiã Aug. ponit duo ꝓcepta de nõ cõcupiscẽdo rem alienã: ⁊ vxorẽ alienam: ⁊ sic ponit tria ꝓcepta i ordine ad deũ: ⁊ septẽ in ordine ad ꝓximũ: ⁊ hoc melius est. ¶ Ad primum ergo dõ q latria non est nisi quedã ꝓtestatio fidei vñ si nõ sunt alia ꝓcepta dãda de latria ⁊ alia de fide. potius tñ sunt alia ꝓcepta dãda de latria q̃ de fide: qz ꝓceptum fidei ꝓsupponit ad ꝓcepta decalogi: sicut ꝓceptũ dilectois. sicut enĩ prima ꝓcepta cõia legis nature sunt p se nota habẽti rõnem naturalẽ: ⁊ ꝑmulgatione nõ idigẽt: ita etiã ⁊ hoc qõ est credere in deum est primũ ⁊ per se notũ ei q̃ habet fidem. accedẽtẽ enĩ ad deũ oportet credere, qz est: vt dicitur ad Heb. xi. ⁊ ideo non indiget alia ꝓmulgatione nisi infusione fidei. ¶ Ad scõm dõ. q ꝓcepta affirmatiua distinguũtur a negatiuis quando vnũ non ꝓphendit in alio: sicut in honoratiõe parentũ nõ includit q nullus homo occidat: nec ecõuerso. ⁊ ꝓpter hoc dantur diuersa ꝓcepta sup hoc: sed qñ affirmatinũ cõprehẽdit sub negatiuo vel ecõuerso: non dantur sup hoc diuersa ꝓcepta sicut non datur aliud ꝓceptum de hoc qõ est: Nõ furtũ facies: ⁊ de hoc qõ est cõseruare rem alienã vel restituere eã: ⁊ eadẽ rõne non sunt diuersa ꝓcepta de credẽdo in deũ: ⁊ de hoc q non credatur in alienos deos. ¶ Ad tertium dõ. q omnis concupiscẽtia cõuenit in vna cõi rõne: ⁊ ideo Apostolus singulariter de mãdato cõcupiscẽdi loquit: qz tñ in spãli diuerse sunt rõnes cõcupiscẽdi. ideo augustinus distinguit diuersa ꝓcepta de nõ ꝓcupiscẽdo. differũt enĩ specie cõcupiscẽtie fm diuersitatẽ actionũ: vel cõcupiscibiliũ. vt phs dicit. in. x. ethicozum.

Quintuz sic proceditur. Videt q incõueniẽter precepta decalogi enumerẽtur. Peccatuz enim vt Ambrosius dicit: est trãsgressio legis diuine ⁊ celestiũ inobediẽtia mandatoꝝ. sed peccata distinguũtur per hoc q homo peccat vel in deum vel in ꝓximũ: vel in seipm: cum igitur in preceptis decalogi nõ ponãtur aliqua ꝓcepta ordinãtia hominẽ ad seipm: sed solũ ordinãtia ipm ad deũ ⁊ ꝓximũ: videtur q insufficiẽs sit enumeratio ꝓceptorũ decalogi. ¶ Preterea sicut ad cultũ dei ptinebat obseruatio sabbati: ita etiã obseruatio aliarũ solẽnitatũ: ⁊ imolatio sacrificioꝝ: sed iter ꝓcepta decalogi est vnũ ptinẽs ad obseruãtiã sabbati: ergo etiã debent esse aliqua ptinẽtia ad alias solẽnitates: ⁊ ad ritum sacrificioꝝ. ¶ Preterea sicut cõtra deum peccare cõtingit piurãdo: ita etiam blasphemãdo: vel alias cõtra doctrinã diuinã mẽtiendo: sed ponit vnũ ꝓceptũ phibẽs piuriũ cũ dicitur Nõ assumes nomẽ dei tui in vanũ: ergo peccatuz blasphemie ⁊ false doctrine debent aliquo ꝓcepto decalogi phiberi. ¶ Preterea sicut homo naturalẽ dilectionẽ habet ad parẽtes: ita etiã ad filios mandatũ etiã charitatis ad omnes ꝓximos extẽditur: sed ꝓcepta decalogi ordinãtur ad charitatẽ: fm illud. i. ad Thimo. i. Finis ꝓcepti charitas ẽ ergo sicut ponit qõdã ꝓceptũ ptinẽs ad parentes ita etiã debuerunt poni aliqua ꝓcepta ptinẽtia ad filios: ⁊ ad alios ꝓximos. ¶ Preterea in quolibet genere peccati cõtingit peccare corde ⁊ ope: sz in quibusdã generib⁹ peccatoꝝ. s. in furto ⁊ adulterio seorsum phibet peccatũ opis cũ dicit. Non mechaberis: Nõ furtũ facies: ⁊ seorsum pctm̃ cordis cum dicit. Non cõcupisces rem ꝓximi tui: ⁊ ñ cõcupisces vxorẽ ꝓximi tui: ergo etiã idez debuit poni in pctõ homicidij ⁊ falsi testimonij. ¶ Preterea sicut cõtingit pctm̃ puenire ex inordinatiõe concupiscibilis: ita etiam ex inordinatione irascibilis: sed quibusdam ꝓceptis prohibet inordinata cõcupiscẽtia cum dicitur: Nõ cõcupisces. ergo etiã aliqua ꝓcepta in decalogo debuerũt poni per que phiberet inordinatio irascibilis: non ergo videtur q cõueniẽter decez ꝓcepta decalogi enumerẽtur. ¶ Sz̃ est qõ dicit Deutero. 4°. Ostendit vobis pctm̃ suũ quod ꝓcepit vt faceretis. ⁊ decez verba que scripsit in duabus tabulis lapideis.

¶ Rñdeo dicendũ q sicut supra dictum est: sicut ꝓcepta legis humane ordinant hoiem ad quandã cõitatẽ humanã: ita ꝓcepta legis diuine ordinant hoiem ad quãdã cõitatẽ seu rempublicaz hoium sub deo. Ad hoc aũt q aliquis i aliqua cõitate bñ cõmoret: duo requirũtur quoꝝ primũ est vt bene

se habeat ad eum qui pest cõitati. Aliud aũt est vt homo bene se habeat ad alios cõitatis cõsocios & comparticipes. Oportet igitur q̃ in lege diuina p̃mo ferantur quedam p̃cepta ordinãtia hoiem ad deum: & inde alia quedã p̃cepta ordinãtia hoiem ad alios p̃ximos simul cõueniẽtes sub deo. Principi aũt cõitatis tria debet homo. Primo fidelitatez. Scõo reuerẽtiã. Tertio famulatũ. Fidelitas quidẽ ad oñm in hoc consistit vt honorẽ principatus ad aliũ non deferat: & q̃tum ad hoc accipitur primũ p̃ceptum cũ dicitur. Non habebis deos alienos. Reuerẽtia aũt ad oñm requirit vt nihil iniuriosum in eũ cõmittatur. & q̃tum ad hoc accipitur ꝑm p̃ceptũ qõ est: Non assumes nomẽ dñi dei tui in vanum. Famulatus aũt debetur dño in recõpensatione bñficiorũ que ab ipso p̃cipiunt subditi & ad hoc ptinet tertium p̃ceptum de sanctificatiõe sabbati in memoriã creatiõis rerum. Ad p̃mos autẽ aliquis se habet & spãliter & generaliter. Specialiter quidez quãtum ad alios quos p̃ est debitor vt eis debitũ reddat. & q̃tum ad hoc accipitur p̃ceptum de honorationẽ parẽtũ. Generaliter autẽ q̃tum ad oẽs vt nulli nocumẽtũ inferat: neq; ope neq; ore: neq; corde. Opere q̃dẽ infertur nocumẽtũ p̃mo: qñq; quidẽ in ꝑsonam q̃tũ ad cõsistentiã. s. ꝑsone & ꝓhibet ꝑ hoc q̃ dicit: Nõ occides. Qñq; aũt in ꝑsonã cõiunctã q̃tum ad ꝓpagationẽ plis. & hoc ꝓhibet cum dicitur: Non mechaberis. Qñq; aũt in rem possessam que ordinatur ad vtrũq; & q̃tũ ad hoc dicit: Nõ furtũ facies. Nocumẽtum aũt oris ꝓhibet cũ dicit. Non loqueris contra proximũ tuũ falsum testimoniũ. Nocumentum autem cordis prohibetur cum dicitur Non cõcupisces. Et ex hac etiã differẽtiã possent distingui tria p̃cepta ordinãtia in deum: quoꝝ primus pertinet ad opus. vnde ibi dicit: Non facies sculptile. Scõs ad os: vnde dicit: Nõ assumes nomen dei tui in vanũ. Tertiũ ptinet ad cor: qz in sanctificatiõe sabbati ꝑm q̃ est morale p̃ceptũ p̃cipitur quies cordis in deum. Vel ꝑm Aug. per p̃mũ p̃ceptum reueremur vnitatẽ p̃ncipij. per secũdũ veritatẽ diuinã. per tertiũ eius bonitatẽ qua sanctificamur: & in qua desciũt sicut i fine. ¶ Ad p̃mũ ꝙ pot rñderi ouplicĩter. Primo quidẽ quia ꝑcepta decalogi referunt ad ꝑcepta dilectiõis. Fuit aũt dandũ ꝑceptũ hoi de dilectiõe dei & ꝓximi qz q̃tum ad hoc lex naturalis obscurata erat propter pctm: nõ aũt q̃tum ad dilectionẽ suiipsius: qz q̃tum ad hoc lex naturalis vigebat: vel qz etiam dilectio suiipsius includit in dilectiõe dei & ꝓximi In hoc enim homo vere se diligit q̃ se ordinat i deũ & ideo in ꝑceptis decalogi ponũtur solũ ꝑcepta ptinẽtia ad ꝓximũ & ad deũ. Aliter pot dici q̃ precepta decalogi sunt illa que imediate populus recepit a deo. vnde dicit Deutero. x. Scripsit in tabulis iuxta id qõ prius scripserat verba decẽ que locutus est ad nos dñs. vnde oportet ꝑcepta decalogi talia esse que statim in mente populi cadere possunt. ꝑceptũ autẽ habet rõnez debiti. q̃ aũt homo ex necessitate debeat aliquid deo vel ꝓximo: hoc de facili cadit in ꝑceptione hois: & ꝑcipue fidelis sed q̃ aliquid ex necessitate sit debitum hoi de his que pertinẽt ad seipsum: & non ad aliũ: hoc nõ ita in promptu apparet. videtur enim ꝓmo aspectu q̃ quilibet sit liber in his que ad ipsum pertinent. & ideo precepta quib⁹ ꝓhibent inordinatiões hois ad seipm pueniunt ad populũ mediãte instructione sapientum. vnde non ptinent ad decalogũ.

¶ Ad secũdum dicẽdum q̃ omnes solennitates legis veteris sunt institute in cõmemoratiõnẽ alicuius diuini beneficij vel ꝑteriti cõmemorati: vel futuri ꝑfigurati. & similiter ꝓpter hoc omnia sacrificia offerebant. inter oia aũt bñficia dei cõmemorãda primũ & precipuum erat bñficiũ creationis qõ cõmemoratur in sanctificatione sabbati. vnde Exo. xx. ꝓ rõne huius ꝑcepti ponit. Sex enim diebus fecit deus celum & terrã &c. Inter oia aũt futura beneficia que erãt ꝑfigurãda precipuũ & finale erat quies mẽtis in deo: vel in ꝑnti per gratiam: vel in futuro per gloriã: que etiã figurabat per observatiã sabbati. vnde dicit Esaie. 58°. Si auerteris a sabbato pedem tuũ: vocaberis sabbatũ domini delicatum & sanctum dñi gloriosum. Nec. n. beneficia primo & principaliter sunt in mente hominũ maxime fidelium. alie vero solẽnitates celebrantur ꝓpter aliqua ꝑticularia bñficia tpaliter trãseuntia. sicut celebratio phase ꝓpter bñficium preterite liberationis in egypto: & ꝓpter futuram passionẽ xꝑi que tpaliter transiuit: inducẽs nos in quietẽ sabbati spũalis. & ideo ꝑmissis oibus aliis solẽnitatibus & sacrificijs: de solo sabbato fiebat mentio inter ꝑcepta decalogi. ¶ Ad tertium dõ. q̃ sicut Apls dicit ad Heb. 7°. Homines per maiorez sui iurant: & ois cõtroversie eoꝝ finis ad cõfirmationẽ est iuramẽtũ. & ideo qz iuramẽtũ est oibus cõmune ꝓpter hoc ꝓhibitio inordinatiõis circa iuramẽtum spãliter precepto decalogi ꝓhibẽt peccatum vero falsi doctrine non pertinet nisi ad paucos. vnde non oportebat vt de hoc fieret mẽtio inter precepta decalogi: q̃uis etiam q̃tum ad aliquẽ intellectum in hoc q̃ dicitur: Non assumes nomen dei tui in vanũ: ꝓhiberetur falsitas doctrine. vna enim glosa exponit. Non dices xꝑm esse creaturã. ¶ Ad quartum dõ q̃ statim ratio naturalis homini dictat q̃ nulli iniuriam faciat. & ideo precepta decalogi ꝓhibentia nocumẽtũ: extendũt se ad oẽs. sed ratio naturalis non statim dictat q̃ aliquid sit ꝓ alio faciendum nisi cui homo aliquid debet. debitum aũt filij ad patrem adeo est manifestus q̃ nulla tergiuersatione pot negari: eo q̃ pater est principium generationis & esse & insup educationis & doctrine: & ideo nõ ponit sub precepto decalogi vt aliqõ bñficium vel obsequiũ alicui impendatur nisi parẽtibus. parẽtes aũt non videntur esse debitores filijs ꝓpter aliqua bñficia suscepta sed potius econuerso. Filius aũt est aliquid patris & patres amant filios vt aliquid ipsoꝝ: sicut dicit phus in. g°. ethicorum. vnde eisdem rationib⁹ nõ ponũtur aliqua ꝑcepta decalogi ptinẽtia ad amorem filiorum sicut neq; etiam aliqua ordinãtia ho

minē ad seipsum. ¶ Ad quitū dō q delectatio ad ulterū ⁊ vtilitas diuitiaruꝫ sunt propter seipsa appetibilia: inquātum habent rōnem boni delectabilis vel vtilis: ⁊ ꝓpter hoc oportuit in eis ꝓhiberi non solum opus: sed etiam cōcupiscētiam: sed homicidiuꝫ ⁊ falsitas sunt fm seipsa horribilia: quia ꝓximus ⁊ veritas naturaliter amātur: ⁊ nō desiderātur nisi ꝓpter aliud: ⁊ ideo non oportuit circa peccatum homicidū ⁊ falsi testimonū ꝓhibere peccatum cordis sed solum operis. ¶ Ad sextuꝫ dō. q sicut supra dictū est: oēs passiones irascibilis deriuatur a passiōibus cupiscibilis: ⁊ ideo in ꝑceptis decalogi que sunt quasi prima elemēta legis: non erat mentio facienda de passionibus irascibilis: sed solum de passionibus cōcupiscibilis.

℣ sextum sic proce

dit. Videt q inconuenienter ordinent decē precepta decalogi ℣ Dilectio enī ꝓximi videtur esse prima ad dilectionē dei: qꝫ ꝓximus est nobis magis notus q deus: fm illud .i. Jo.3°. Qui fratrē suū quē videt non diligit. deum quē non videt quō pōt diligere: sed tria prima precepta ptinēt ad dilectionē dei. septeꝫ vero alia ad dilectionē ꝓximi: ergo incōuenienter ꝑcepta decalogi ordinant. ¶]Preterea p ꝑcepta affirmatiua impantur actus virtutū. p ꝑcepta vero negatiua ꝓhibentur actus vitioꝝ: sed fm Boetiū in cōmēto ꝑdicamentoꝝ.]Prius sunt extirpanda vitia q inserātur virtutes. ergo inter ꝑcepta ptinētia ad ꝓximuꝫ primo ponēda fuerunt ꝑcepta negatiua q affirmatiua. ¶]Preterea ꝑcepta legis dāt de actibus hoium: sed prior est actus cordis q oris: vel exterioris opis: ergo icōueniēti ordine ꝑcepta de nō cōcupiscēdo que ptinēt ad cor vltimo ponūtur ¶ Sed contra est qđ Aplus dicit Ro.13°. Que a deo sunt ordinata sunt: sed ꝑcepta decalogi sūt immediate data a deo: vt dictum est. ergo cōueniēter ordinē habēt. ¶ Respōdeo dicēdū q sicut dictuꝫ est. ꝑcepta decalogi ordinātur de his que statiꝫ in ꝓmptu mens hois suscipit. ℣ Manifestū est autem q tanto aliquid magis a rōne suscipit quāto contrariū est grauius: ⁊ magis repugnās rōni. ℣ Manifestū est aūt q cuꝫ rōnis ordo a fine incipiat: maxime est ꝓtra rōnē vt homo inordinate habeat se circa finē. Finis autē humane vite ⁊ societatis est deus ⁊ ideo primo oportuit p ꝑcepta decalogi homīnē ordinare ad deū cum eius contrariū sit grauissimū: sicut etiam in exercitu qui ordinat ad ducem sicut ad finē: primū est q miles subdatur duci: ⁊ huius ꝓtrariū est grauissimū. Secūduꝫ vero est vt alīs ordinet. Inter ipa aūt p que ordinamur in deum: primuꝫ occurrit q homo fideliter ei subdatur nullam ptic̄ipationē cum inimicis habens. Secūdum aūt est q ei reuerētiā exhibebat. Tertium autē est q etiā famulatum impendat: maiusqꝫ peccatū est etiam in exercitu si miles infideliter agens cum hoste pactum habeat: q si aliquā irreuerentiā faciat duci: ⁊ hoc est etiā grauius q si in aliquo obsequio ducis deficiens inueniatur. Jn ꝑceptis aūt ordinātibus ad ꝓximū manifestum est q magis repugnat rōni: ⁊ grauius peccatū est: si homo non seruet ordinē debitū ad psonas quib⁹ est magis debitor: ⁊ ideo inter ꝑcepta ordinātia ad ꝓximū primo ponitur ꝑceptuꝫ ptinens ad parētes Jnter alia vero precepta etiā apparet ordo fm ordinē grauitatis peccatoꝝ. Grauius est eniꝫ ⁊ magis rōni repugnans peccare opere q ore: ⁊ ore q corde. ⁊ inter peccata opis grauius est homicidiū per quod tollitur vita hois iaꝫ existētis q adulterium per quod impedit certitudo prolis nascture: ⁊ adulteriū grauius est q furtum: qđ ptinet ad bona exteriora. ¶ Ad ꝓmū ergo dicendum. q q uis fm viam sensus ꝓximꝰ sit magis notus q deꝰ tn dilectio dei est ratio dilectionis ꝓximi: vt infra patebit: ⁊ ideo ꝑcepta ordinātia ad deum fuerūt preordināda. ¶ Ad secūduꝫ dicendū q sicut deꝰ est vniuersale ꝓncipiū eēndi oibus: ita ⁊ pater ē ꝓncipiū qōdam eēndi filio: ⁊ ideo ꝓuenienter post ꝑcepta ptinētia ad deum ponit ꝑceptuꝫ ptinēs ad parētes. Ratio aūt ꝓcedit qñ affirmatiua ⁊ negatiua ptinēt ad idem genus opis q uis etiā ⁊ in hoc non habeat omnimodā efficaciā: ⁊ si eni in executione opis ꝓius extirpāda sunt vitia q inserende virtutes: fm illud ps. Declina a malo ⁊ fac bonū. ⁊ Esaie primo. Quiescite agere puerse discite bn facere. tn in cognitiōe ꝓior est virtus q peccatuꝫ qꝫ per rectum cognoscit obliquū: vt dicit in ꝓmo de anima. per legeꝫ aūt cognitio peccati habet: vt Ro.v. dicitur: ⁊ fm hoc preceptū affirmatiuū debuisset primo poni. Sed non est ista ratio ordinis sed que supra posita est: qꝫ in ꝑceptis ptinētibꝰ ad deum que sunt prime tabule: vltimo ponitur ꝑceptum affirmatiuū: qꝫ eius trāsgressio minorē reatum inducit. ¶ Ad tertiū dicendum q peccatuꝫ cordis ⁊si sit prius in executione: tamē eius ꝓhibitio posterius cadit in ratione.

℣ septimū sic pro

cedit. Videtur q precepta decalogi incōueniēter tradātur.]Precepta enim affirmatiua ordinant ad actus virtutū. precepta aūt negatiua abstrahunt ab actibus vitioꝝ sed circa quamlibet materiā opponuntur sibi virtutes ⁊ vitia. ergo in qualibet materia de qua ordinat preceptum decalogi: debuit poni ꝑceptum affirmatiuū ⁊ negatiuū. inconuenienter igitur ponuntur quedam affirmatiua: ⁊ quedam negatiua. ¶]Preterea Jsidorus dicit q omnis lex rōne cōstat. sed omnia precepta decalogi ptinēt ad legem diuinam. ergo in oibus debuit ratio assignari: ⁊ nō solum in primo ⁊ in tertio ꝑcepto. ¶]Preterea per obseruantiaꝫ preceptoꝝ meretur alicꝭ ꝓmia a deo: sed diuine ꝓmissiones sunt de premiis preceptoꝝ: ergo ꝓmissio debuit poni in omnib⁹ preceptis: ⁊ non solum in primo ⁊ quarto. ¶]Preterea lex vetus dicitur lex timoris inq̄tum p cōminationes penarum inducebat ad obseruationes ꝑceptorum: sed omnia ꝑcepta decalogi pertinent ad legē veterem. ergo in omnibus debuit poni cō

minatio pene: ⁊ non solum in primo ⁊ secundo.
¶ Preterea omnia p̄cepta dei sunt in memoria retinēda. dicitur enī puer. 3°. Describe ea in tabulis cordis tui. incōueniēter ergo in solo tertio p̄cepto fit mētio de memoria: ⁊ ita vident p̄cepta decalogi incōueniēter tradita esse. ¶ Sed cōtra est qđ dicitur Sapiētie. xi. q̄ deus omnia fecit in numero: pondere ⁊ mēsura. multo magis ergo in p̄ceptis sue legis congruū moduꝫ tradēdi seruauit
¶ Rñdeo dicendū q̄ in p̄ceptis diuine legis maxima sapiētia cōtinetur. vnde dicitur Deutero. 4°. Hec est vestra sapiētia ⁊ intellectus coꝝ populis Sapiētis aūt est omnia debito modo ⁊ ordine disponere: ⁊ ideo manifestuꝫ esse debet q̄ p̄cepta legis cōueniēti modo fuut tradita. ¶ Ad primum ergo dōm q̄ semp ad affirmationē sequit negatio oppositi. non aūt semp ad negationē vnius oppositi sequit affirmatio alterius. sequit enī si ē albuꝫ non est nigrum: non tñ sequit si nō est nigrū: ergo est albuꝫ. qz ad plura se extēdit negatio q̄ affirmatio. ⁊ inde est etiā q̄ nō esse faciēduꝫ iniuriā quod ptinet ad p̄cepta negatiua: sed ad plures psonas se extendit fm primū dictamē rōnis q̄ esse debitum vt alteri obsequiū vel bñficiū impēdat. Inest aūt primo dictamē rōnis q̄ homo debitor est bñficij vl obsequij exhibēdis illis a quibus bñficia accepit si nondū repītauit. Duo sunt aūt quoꝝ bñficijs suficiēter nullꝰ recōpēsare pōt. s. deus ⁊ pater: vt dicitur in. viij. ethicoꝝ. ⁊ ideo sola duo p̄cepta affirmatiua ponūtur: vnum de honoratiōe parētū: aliud de celebratiōe sabbati in cōmemoratiōne diuini bñficij. ¶ Ad scōm dō. q̄ illa p̄cepta que sūt pure moralia habēt manifestā rōnē. vnde nō oportuit q̄ in eis aliqua ratio adderetur. sed quibusdam p̄ceptis additur cerimoniale: vel determinatiuuꝫ p̄cepti moralis cōmunis: sicut in primo precepto. Nō facies sculptile: ⁊ in tertio p̄cepto determinatur dies sabbati. ⁊ ideo vtrobiq̄ oportuit rōnem assignari. ¶ Ad tertium dō. q̄ homines vt plurimū actus suos ad aliquā vtilitatē ordināt. ⁊ ideo in illis p̄ceptis necesse fuit, pmissionē pmij apponere: ex quibus videbat nulla vtilitas sequi: vel aliq̄ vtilitas impediri: qz vero parētes sunt iam in reuerēdo ab eis nō expectatur vtilitas. ⁊ ideo p̄cepto de honore parētū additur, pmissio. Similiter etiā in p̄cepto de, phibitiōe idolatrie: qz p hoc videbatur impediri apparēs vtilitas quā homes credunt se posse consequi p pactū eam demonibus initum
¶ Ad quartū dō q̄ pene p̄cipue necessarie sūt cōtra illos qui sunt proni ad malum: vt dicitur in. x. ethicoꝝ. ⁊ ideo illis solis p̄ceptis legis addit comminatio penarum in quibus erat pronitas ad malum. erāt aūt homines proni ad idolatriam, ppter generalē consuetudinē gentiū. Et similiter sūt etiam homines proni ad piurium, ppter frequētiam iuramēti. ⁊ ideo primis duobus p̄ceptis adiungit comminatio. ¶ Ad quintū dō q̄ p̄ceptū de sabbato ponitur vt memoratiuū bñficij p̄teriti. ⁊ ideo spāliter in eo fit mētio de memoria. vel qz p̄ceptū de sabbato habet determinationē adiunctaꝫ que non est de lege nature. ⁊ ideo hoc p̄ceptū spāli ad monitione indiguit.

Octauuꝫ sic pro

ceditur. Videtur q̄ p̄cepta decalogi sint dispēsabilia. Precepta enim decalogi sunt de iure naturali. sed ius naturale in aliquibus deficit ⁊ mutabile est sicut ⁊ natura humana: vt phs dicit in. v. ethicoꝝ. defectus aūt legis in aliquibus pticularibus casibus est ratio dispēsandi: vt supra dictū est. ergo in p̄ceptis decalogi pōt fieri dispēsatio. ¶ Preterea sicut se habet homo ad legē humanā: ita se habet ad legē datam diuinitus. sed homo pōt dispensare in p̄ceptis legis que homo statuit. ergo cum p̄cepta decalogi sint instituta a deo: videtur q̄ deus in eis possit dispensare sed plati vice dei funguntur in terris. Dicit enim Aplꝰ. ij. ad Cozin. v. Nam ⁊ ego si quid donaui, pter vos donaui in psona xpi. ergo etiaꝫ ⁊ prelati possunt in p̄ceptis decalogi dispensare. ¶ Preterea inter p̄cepta decalogi continet, phibitio homicidij. sed isto p̄cepto videt dispensari p homines: puta cum fm p̄ceptum legis humane homines licite occidantur: puta malefactores vel hostes. ergo p̄cepta decalogi sunt dispēsabilia. ¶ Preterea observatio sabbati ptinetur inter p̄cepta decalogi. sz in hoc p̄cepto fuit dispensatū. Dicitur enim. i. Machab. ij. Et cogitauerunt in die illa dicētes: omis homo quicunq̄ venerit ad nos in bello die sabbato rū pugnem⁹ aduersus eum. ergo p̄cepta decalogi sunt dispensabilia. ¶ Sed ꝫ est qđ dicitur Esaie 24°. Quidā reph̄ēduntur de hoc q̄ mutauerunt ius: dissipauerunt fedus sempiternū: quod maxie videtur intelligēdum de p̄ceptis decalogi: ergo p̄cepta decalogi mutari p dispēsationē non possunt
¶ Respondeo dō. q̄ sicut supra dictum est tūc in p̄ceptis debet fieri dispensatio quādo occurrit aliquis particularis casus i quo si verbū legis observaretur: contrariaretur intentiōi legislatoris. Intentio aūt legislatoris cuiuslibꝫ ordinatur primo quidem ⁊ principaliter ad bonum cōmune. secundo aūt ad ordinem iusticie ⁊ virtutis: fm quē bonum cōmune conseruatur: ⁊ ad ipm puenitur. Sinum cōmune conseruatur: ⁊ ad ipm puenitur. Si qua ergo precepta dentur que contineant ipaz cōseruationē boni cōmunis: vel ipm ordinem iusticie ⁊ virtutis: huiusmodi precepta continent intētionē legislatoris: ⁊ ideo indispensabilia sunt: puta si poneretur hoc preceptum in aliqua cōmunitate: q̄ nullus destrueret rempublicam: neq̄ p̄deret ciuitatem hostibus: siue q̄ nullus faceret aliq̄d iniuste vel male huiusmodi precepta essent indispensabilia. Sed si aliqua alia p̄cepta traderentur ordinata ad ista p̄cepta: quibus determinātur aliqui spāles modi: in talibus preceptis dispensatio posset fieri inquātum per omissionem huiusmodi p̄ceptorum in aliquibus casibus non fieret preiudicium primis p̄ceptis que continent intentionē legislatoris: puta si ad conseruationē reipublice statueretur in aliqua ciuitate: q̄ de singulis vicis aliqui vigilarent ad custodiam ciuitatis obsesse: pos

set cum aliquibus dispensari ꝓpter aliquam maiorem vtilitatem. ¶Precepta autem decalogi continent ipsam intentionem legislatoris scilicet dei. nam p̄cepta prime tabule que ordinant ad deum continent ipsum ordinem ad bonum cōmune ⁊ finale quod deus est. ¶Precepta autem secunde tabule continent ip̄m ordinem iusticie inter homies obseruande vt scilicet nulli fiat indebitum: ⁊ cuilibet reddatur debitum: ꝑm hanc enim rationē sūt intelligenda p̄cepta decalogi: ⁊ ideo p̄cepta decalogi sunt omnino indispensabilia. ¶Ad primum ergo dicendū ꝙ philosophus non loquitur de iusto naturali quod continet ip̄m ordinem iusticie: hoc enim nunquā deficit scilicet iusticiā esse seruādam: sed loquitur quantum ad determinatos modos obseruationis iusticie qui in aliquibus fallūt ¶Ad secūduz dicēduz ꝙ sicut Apostolus dicit 2. ad Thimo. ij. Deus fidelis pmanet negare seipz non potest. Negaret autē seipm si ordinē sue iusticie auferret cum ipse sit ipsa iusticia. ⁊ ideo in hoc deus dispensare non potest: vt homini liceat non ordinate se habere ad deum. vel non subdi ordini iusticie eius etiam in his ꝑm que homines adinuicem ordinantur. ¶Ad tertium dicēdum ꝙ occisio hominis ꝓhibetur in decalogo ꝑm ꝙ habet rōnem indebiti. sic enim p̄ceptū continet ipam rōnē iusticie. Lex autez humana hoc concedere nō pōt ꝙ licite homo bonus indebite occidatur: sed malefactores occidi: vel hostes reipublice: hoc nō est indebitum. vnde hoc non contrariatur precepto decalogi: nec talis occisio est homicidium quod p̄cepto decalogi ꝓhibetur: vt Aug. dicit in primo de li. ar. Et similiter si alicui auferatur quod suum erat: si debitum est ꝙ ipm amittat: hoc non est furtum vel rapina: que precepto decalogi ꝓhibentur Et ideo quādo filij israel precepto dei tulerūt egyptiorum spolia non fuit furtum: quia hec eis debebatur ex sntia dei. Similiter ⁊ Abraham cum consensit occidere filium: non consensit in homicidiū qz debitum erat eum occidi per mandatū dei qui est dominus vite ⁊ mortis. Ipse enim est qui penā mortis infligit oibus hominibus iustis ⁊ iniustis p̄o peccato primi parentis: cuius sntie si homo sit executor auctoritate diuina: non erit homicida: sicut nec deus. Et similiter etiam ¶Hec accedēs ad vxorem fornicariam: vel mulierem adulteram nō est mecatus nec fornicatus: quia accessit ad eā que sua erat ꝑm mandatum diuinū qui est actor institutionis matrimonij. Sic igitur p̄cepta ipsa decalogi ꝙtum ad rōnem iusticie quam continent: imutabilia sunt: sed ꝙtum aliquam determinationē per applicationez ad singulares actus: vt scilicet hoc vel illud sit homicidium: furtum: vel adulterium: aut non: hoc quidem est mutabile qñqz sola auctoritate diuina: in his scilicet que a solo deo sunt instituta: sicut in matrimonio ⁊ in alijs huiusmodi: quādoqz etiā auctoritate humana: sicut in his que sunt commissa hominū iurisdictioni. quantū enim ad hoc homines gerunt vicem dei: non aūt ꝙtum ad omnia. ¶Ad quartum dō. ꝙ illa excogitatio magis fuit interpretatio precepti ꝙ dispensatio. Non enim intelligitur violare sabbatuz qui facit opus qđ est necessarium ad salutez humanā: sicut dominꝰ probat Matthei. xij.

Bonuz sic proce

ditur. Videt ꝙ modꝰ virtutis cadat sub precepto legis. Est enim modus virtutis vt aliquis iuste operetur iusta: ⁊ fortiter fortia: ⁊ similiter de alijs virtutibus: sed Deuter. 16ᵒ. precipitur. Juste quod iustum est exequeris. ꝯ modus virtutis cadit sub precepto. ¶Preterea illud maxime cadit sub precepto quod est de intētione legislatoris: sed intentio legislatoris ad hoc fertur principaliter vt homines faciat virtuosos sicut dicitur in. 2ᵒ. ethicorum. Virtuosi aūt est virtuose agere: ergo modus virtutis cadit sub precepto. ¶Preterea modus virtutis ꝓprie esse videtur vt aliquis voluntarie ⁊ delectabiliter operet sed hoc cadit sub precepto legis diuine: dicit enim ps. Seruite domino in letitia. ⁊. ij. ad Corinth. 9ᵒ. Non ex tristicia aut ex necessitate. hilarem enim datorem diligit deus. vbi glosa dicit. Quicqd boni facis cum hilaritate fac: ⁊ tunc bene facis: si aūt cū tristicia facis sic directe nō tu facis. ergo modꝰ virtutis cadit sub precepto legis. ¶Sed contra nullus potest operari eo modo quo operatur virtuosus nisi habeat habitum virtutis: vt patet per philosophum in. 2ᵒ. ⁊. 5ᵒ. ethicoꝝ. Quicunqz trāsgreditur preceptum legis meretur penam. sequeretur ergo ꝙ ille qui non habet habituz virtutis: quicquid faceret mereretur penam. hoc autem est contra intentionem legis que intendit hominem assuefaciendo ad bona opera inducere ad virtutem: non ergo modus virtutis cadit sub precepto ¶Rñdeo dō. ꝙ sicut supra dictum est: preceptuz legis habet vim coactiuam. illud ergo directe cadit sub p̄cepto legis ad quod lex cogit. coactio autem legis est per metum pene: vt dicitur in. x. ethicorum. Nam illud ꝓprie cadit sub precepto legis ꝓ quo pena legis infligitur. ad instituendum autem penaz aliter se habet lex diuina ⁊ aliter lex humana. Non enim pena infligitur nisi ꝓ illis de quibus legislator habet iudicare: quia ex iudicio lex punit. homo autem qui est legislator humane nō habet iudicare nisi de exterioribꝰ actibus: quia homines vident ea que parent. vt dicitur primo Regum. xvi. sed solius dei est qui est lator legis diuine est iudicare de interioribus motibus voluntatum. ꝑm illud psal. Scrutans corda ⁊ renes deꝰ ꝑm hoc igitur dicendum est ꝙ modus virtutis ꝙtuz ad aliquid respicitur a lege hūana ⁊ diuina. ꝙtū ad aliqd aūt a lege diuina sz nō a lege hūana quātū ad aliquid vero nec a lege humana: nec a lege diuina. Modus enim virtutis in tribus consistit ꝑm philosophum in. ij. ethicorum. quorū primum est si aliquis operetur sciens. hoc autem diiudicatur ⁊ a lege diuina ⁊ a lege humana. quod enim aliqs facit ignorans per accidens facit. vnde secundum ignorantiam aliqua diiudicātur ad penam vel ve

niam tam secundum legem humanam q̄ secūdū legem diuinā. Secundū autem est vt aliquis operetur volens vel eligens ꝛ propter hoc eligens in quo importatur duplex motus: iterior scilicet voluntatis ꝛ intentionis: de quibus supra dictum est ꝛ ista duo non diiudicat lex humana: sed solū lex diuina. Lex enim humana non punit eū qui vult occidere ꝛ non occidit: punit autem eum lex diuina ꝑ illud Matth. v. qui iracundia fratri suo reus erit iudicio. Tertium autē vt firmiter ꝛ immobiliter habeat ꝛ operetur ꝛ ista firmitas proprie pertinet ad habitum. vt scilicet aliquis ex habitu radicato operetur. ꝛ q̄tum ad hoc modus virtutis nō cadit sub precepto neq; legis diuine neq; legis humane. neq; enim ab homine neq; a deo punitur tanquam precepti transgressor qui debitum parētibus honorem impendit: q̄uis non habeat habitum pietatis. ¶ Ad p̄mū ergo dicendum. q̄ modus faciendi actum iusticie qui cadit sub p̄cepto ē vt fiat aliquid ſm ordinem iuris non aūt q̄ fiat ex habitu iusticie. ¶ Ad secūdū dicendū q̄ intentio legislatoris est de duob⁹. de vno quidem ad quod intēdit per p̄cepta legis inducere: ꝛ hoc est virtus. Aliud autem est de quo intendit preceptum ferre ꝛ hoc est quod ducit vel disponit ad virtutem scilicet actus virtutis. Non enim idem est finis precepti: ꝛ id de quo p̄ceptū datur: sicut neq; in alijs rebus idem est finis ꝛ quod est ad finē. ¶ Ad tertiū dicendum q̄ operari sine tristicia opus virtutis cadit sub p̄cepto legis diuine: quia quicūq; cū tristicia operatur non volens operatur. sed delectabiliter operari siue cū letitia vel hilaritate quodāmodo cadit sub precepto scilicet ſm q̄ sequitur delectatio ex dilectione dei ꝛ proximi: que cadit sub p̄cepto: cū maior sit causa delectationis: ꝛ quodāmodo non ſm q̄ delectatio consequitur habitum. Delectatio enim operis est signū habitus generati: vt dicitur in .2°. ethicorum. Potest enī aliquis actus esse delectabilis vel ꝓpter finem: vel ꝓpter cōuenientiam habitus.

D decimus sic proceditur. Videtur q̄ mod⁹ charitatis cadat sub p̄cepto diuine legis. Dicit enim Matth. 19°. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. ex quo videtur q̄ obseruatio mandatorum sufficiat ad introducendū ad vitam: sed opera bona non sufficiunt ad introducendum in vitam nisi ex charitate fiant. Dicitur enim prima ad Corinth. 13°. Si distribuero in cibos pauperū omnes facultates meas: ꝛ si tradidero corp⁹ meum ita vt ardeam. charitatē autem nō habuero nihil mihi prodest. ergo modus charitatis est in precepto ¶ Preterea ad modum charitatis ꝓprie pertinet vt omnia fiant ꝓpter deum. sed istud cadit sub p̄cepto. Dicit enim Apostolus prima ad Corinth. x. Omnia in gloriam dei facite. ergo modus charitatis cadit sub p̄cepto. ¶ Preterea si modus charitatis nō cadat sub precepto. ergo aliquis potest implere precepta legis non habens charitatē. sed quod potest fieri sine charitate pōt fieri sine gratia que semper adiuncta est charitati. ergo aliquis potest implere precepta legis sine gratia. hoc aūt est pelegiani erroris: vt patet per augustinum in libro de hereſibus. ergo mod⁹ charitatis est in precepto. ¶ Sed contra est: quia quicūq; non seruat preceptum peccat mortaliter. si igitur modus charitatis cadat sub precepto: sequetur q̄ quicunq; operatur aliquid ꝛ non ex charitate peccet mortaliter: sed quicunq; non habet charitatem operatur non ex charitate. ergo sequetur q̄ quicunq; nō habet charitatē peccet mortaliter in omni opere q̄ facit q̄tūcunq; sit de genere bonorum: quod est inconueniens. ¶ Respōdeo dicēdū q̄ circa hoc fuerūt contrarie opiniones. Quidam enim dixerunt absolute modum charitatis esse sub precepto nec est impossibile obseruare hoc preceptum charitatem non habenti: q̄ potest se disponere ad hoc q̄ charitas ei infundatur a deo: nec quādocunq; aliquis non habens charitatē facit aliquid de genere bonorum peccat mortaliter: quia hoc est preceptum affirmatiuū vt ex charitate operetur: ꝛ non obligat ad semper: sed ꝓ tempore illo quo aliquis habet charitatem. Alij vero dixerunt q̄ omnino modus charitatis non cadit sub precepto. Utriq; autem quantum ad aliquid verum dixerunt. Actus enim charitatis dupliciter ꝓsiderari potest. Uno modo ſm q̄ est quidam actus per se: ꝛ hoc modo cadit sub precepto legis quod de hoc specialiter datur scilicet. Diliges dominum deum tuum: ꝛ diliges proximum tuum. ꝛ quantum ad hoc primi verum dixerunt. Non enim est impossibile hoc p̄ceptum obseruare quod est de actu charitatis: q̄ homo potest se disponere ad charitatem habendam: ꝛ quando habuerit eam potest ea vti. Alio modo potest cōsiderari actus charitatis ſm q̄ est modus actuum aliarū virtutū: hoc est ſm q̄ actus aliarum virtutum ordinantur ad charitatem que est finis precepti. vt dicitur. 1. ad Thimo. 1. Dictum est enim supra q̄ intentio finis est quidam modus formalis suppositis ꝓ diuinis actus ordinati in finem: ꝛ hoc modo verum est quod secundi dixerūt q̄ modus charitatis non cadit sub precepto: hoc est dictu q̄ in hoc precepto. Honora patrem. non includitur q̄ honoretur pater ex charitate: sed solum q̄ honoretur pater: vnde qui honorat patrem licet non habeat charitatē: non efficitur transgressor huius precepti: ꝛ si sit transgressor precepti qō est de actu charitatis: propter quam transgressionem meretur penam. ¶ Ad p̄mū ergo dom̄ q̄ dominus non dixit. Si vis ad vitam ingredi serua vnum mandatum: sed serua omnia mandata. inter que etiam continetur mandatum de dilectione dei ꝛ proximi. ¶ Ad secundum dicēdum. q̄ sub precepto charitatis continetur vt diligatur deus ex toto corde: ad quod pertinet vt omnia referantur in deum: ꝛ ideo preceptum charitatis implere homo non potest: nisi etiam omnia referantur in deum. Sic ergo qui honorat parentes tenetur ex charitate honorare non ex vi huius precepti. Si

liges dominum deum tuum ex toto corde tuo. Et cum ista sint duo precepta affirmatiua ꝛ non obligantia ad semper: possunt pro diuersis temporibus obligare: ꝛ ita potest contingere ꝙ aliquis implens preceptum de honoratione parentum: non tunc transgrediatur preceptum de omissione modi charitatis. ¶ Ad tertium dō. ꝙ obseruare omnia precepta legis homo non potest nisi impleat preceptuꝫ charitatis: quod non fit sine gratia. ꝛ ideo impossibile est ꝙ Pelagius dixit hominem imple re legem sine gratia.

¶ Vndecimum sic

vero adipum prohibebatur eis ad vitandū lasciuiam: vnde dicit ezech. 24°. Quod crassum erat occidebatis. Tertia vero ratio est ppter reuerētiam diuinam: quia sanguis ē maxime necessarius ad vitam: ratione cuius dicitur anima cē in sanguine: adeps aūt abundantiā nutrimēti demonstrat: ⁊ iō vt ostēderet q̄ a deo nobis est ⁊ vita ⁊ ois bonoꝝ sufficiētia: ad honorē dei effundebat sanguis ⁊ adurebatur adeps. Quarta ratio ē: quia p hoc figurabatur effusio sanguinis christi: ⁊ pinguedo charitatis eius per quam se obtulit deo p nobis. De hostijs autē pacificis in vsum sacerdotis cedebat pectusculū ⁊ armus dexter ad excludendū quandam diuinationis speciē que vocatur spatulamantia: quia. s. in spatulis animalium īmolatoꝝ diuinabant: ⁊ similiter in osse pectoris: ⁊ ideo ista offerētibus subtrahebant. Per hoc etiam significabat q̄ sacerdoti erat necessaria sapiētia cordis ad instruēdum populum: quod significabatur p pectus quod est tegumentuz cordis: ⁊ etiam fortitudo ad sustentandū defectus: que significatur p armuz dextruz. ¶ Ad nonū dicendū q̄ quia holocaustum erat pfectissimū inter sacrificia ideo nō offerebat in holocaustum nisi masculus: nam femina est animal imperfectum. Oblatio autē turturū ⁊ columbarum erat ppter paupertatē offerētiuz: quia maiora animalia offerri nō poterāt: ⁊ quia hostie pacifice gratis offerebant ⁊ nullus eas offerre cogebatur nisi spontaneus: ideo huiusmodi aues nō offerebātur inter hostias pacificas: sz inter holocausta ⁊ hostias pro peccato quas quandoq; oportebat offerre. Aues etiam huiusmodi propter altitudinē volatus congruūt pfectioni holocaustoꝝ: et etiam hostijs pro peccato: quia habēt gemitū pro cantu. ¶ Ad decimū dicendū q̄ inter omnia sacrificia holocaustum erat precipuū: quia totū cōburebatur in honorē dei ⁊ nihil ex eo comedebatur. Secundū vero locum in sanctitate tenebat hostia pro peccato: que comedebat soluz in atrio a sacerdotibus in ipsa die sacrificij. Tertiū vero gradum tenebant hostie pacifice pro gratiaꝝ actione q̄ comedebantur ipso die: sz vbiq; in hierusalē. Quartum vero locum tenebāt hostie pacifice ex voto: q̄ rum carnes poterāt etiā in crastino comedi. Et est ratio huiꝰ ordinis: q̄ maxime obligat homo deo propter eius maiestatē: secūdo propter offensam cōmissam: tertio propter bñficia iam suscepta: q̄rto ppter bñficia seperata. ¶ Ad vndecimū dicēdum q̄ peccata aggrauant ex statu peccātis: ut. s. dictū est: ⁊ iō alia hostia mādabat offerri p peccato sacerdotis ⁊ principis: vel altariꝰ p̄uate psone. Est autē attendendū vt rabi moyses dicit q̄ ūnto granioz erat peccatū tāto vtilioz spēs animalis offerebatur p eo vñ capra quod ē vilissimū animal offerebatur pro idolatria qō est grauissimū peccatuz: p ignorātia vero sacerdotis offerebat vitulꝰ. p negligētia aūt p̄ncipis hircus. ¶ Ad duodecimū dicendum q̄ lex in sacrificijs p̄uidere voluit pauperi of ferentiū: vt qui non posset habere animal quadrupes saltē offerret auē: quā qui habere nō posset saltem offerret panē: ⁊ si hūc habere nō posset saltē offerret farinā vel spicas. Causa vero figuralis ē quia panis significat christū qui ē panis viuꝰ: vt dicitur ioā. 6°. Qui quidē erat sicut in spica pro statu legis nature in fide patrū: erat aūt sicut similia i doctrina legis prophetaꝝ: erat aūt sicut panis formatꝰ post humanitatē assūptā: coctus igne. i. formatꝰ spiritu sancto: in clibano vtere virginalis qui etiā fuit coctus in certagine p labores quos in mūdo sustinebat: in cruce vero quasi in carticula adustꝰ. ¶ Ad tertiumdecimū dicendū q̄ ea que in vsu hominis veniūt de terre nascentibus: vel sunt in cibū ⁊ de his offerebatur panis vel sunt in potum: ⁊ de his offerebat vinū: vel sunt in condimentū: ⁊ de his offerebatur oleum: ⁊ sal vel sunt in medicamentū ⁊ de his offerebat thus quod est aromaticū ⁊ consolidatiuū. Per panē aūt figurat caro christi: per vinum autem sanguis eius per quē redēpti sumꝰ: oleum figurat gratiā christi: sal scientiā: thus oratione. ¶ Ad quartumdecimū dicendū q̄ mel non offerebat in sacrificijs dei: tum quia consueuerat offerri in sacrificijs idoloꝝ: tum etiam ad excludēdum omnē carnalem dulcedinē ⁊ voluptatem ab his qui deo sacrificare intendūt: fermentum vero non offerebat ad excludendum corruptionē: ⁊ forte etiaz in sacrificijs idoloꝝ solitū erat offerri: sal autem offerebatur q̄ impedit corruptionē putredinis: sacrificia autem dei debent esse incorrupta: ⁊ etiā q̄ in sale significatur discretio sapientie: vel etiā mortificatio carnis: thus aūt offerebatur deo ad designandum deuotionē mentis: que ē necessaria offerētibus: ⁊ etiā ad designandū odorē bone fame: nā thus ⁊ pingue ē ⁊ odoriferuz: ⁊ q̄ sacrificiū zelotopie nō p̄cedebat ex deuotione: sz magis ex suspitione: iō in eo nō offerebat thus.

¶ quartuz sic pro

ceditur. Videtur q̄ cerimoniaꝝ veteris legis que ad sacra pertinēt sufficiens ratio assignari non possit. Dicit enim paulus actuum. 17°. Deus qui fecit mundū ⁊ omnia que i eo sunt: hic celi ⁊ terre cum sit domin⁹: in manu factis tēplis habitat: inconuenienter igitur ad cultuz dei tabernaculū vl tēplum in lege veteri ē institutū ¶ Preterea status veteris legis nō fuit imutatus nisi p christū: sz tabernaculū designabat statū veteris legis: nō g̃ debuit mutari p edificationē alicui⁹ tēpli. ¶ Preterea diuina lex p̄cipue debet homines inducere ad diuinū cultū: sz ad augmentuz diuini cultus ptinet q̄ fiant multa altaria ⁊ multa tēpla: sicut patet in noua lege: g̃ videt q̄ etiā in veteri lege nō debuit cē solū vnū tēplū: aut vnū tabernaculū sed multa. ¶ Preterea tabernaculū seu tēplū ad cultū dei ordinabat: sz in deo p̄cipue oportet venerari vnitatē ⁊ simplicitatē: nō videt igitur fuisse conueniēs vt tabernaculū seu tēplū p q̄da vela distingueret. ¶ Preterea virtus p̄mn mouētis q̄ ē deꝰ p̄mo apparet in parte ortētis a q̄ parte incipit p̄mꝰ motꝰ: sz tabernaculū fuit institutū ad dei adorationē: g̃ debebat cē dispositū magis versus

oriẽtẽ q̃ versus occidentẽ. ¶ Preterea exo. xx. dñs p̃cepit vt nõ facerẽt sculptile neq; aliquã simílitudinẽ: inconueniẽter igit in tabernaculo vel i tẽplo fuerũt sculpte imagines cherubin: simílit etiaz ⁊ archa ⁊ ppitiatoriũ ⁊ candelabrũ ⁊ mẽsa ⁊ duplex altare sine rõnabili cã ibi fuisse vidẽt. ¶ Preterea dñs p̃cepit exo. xx°. Altare de terra facietis mihi: ⁊ itex. Nõ ascendes ad altare meũ p gradꝰ. inconueniẽter igit mandat postmodũ altare fieri de lignis: aure vel ere cõtextis: ⁊ tante altitudinis vt ad illud nisi p gradus ascẽdi nõ posset. Dicitur enim exo. 27°. Facies altare de lignis sethim quod habebit quinq; cubitos in lõgitudine: ⁊ totidez in latitudine: ⁊ tres cubitos in altitudine: ⁊ operis illud ere. ⁊ exo. 30. dicit: Facies altare ad adolendũ thymiamata de lignis sethim: vestieq; illud auro purissimo. ¶ Preterea in operibꝰ dei nihil debet supfluũ: quia nec in operibꝰ nature aliquid supfluũ inuenit: sz vni tabernaculo vel domui sufficit vnũ operimentũ: inconueniẽter igit tabernaculo fuerũt apposita multa tegumẽta. s. coztine: saga cilicinia: pelles arietum rubzicate: ⁊ pelle s hyacinthine.

¶ Preterea cõsecratio exterioz interioze sanctitatẽ significat: cuiꝰ subiectũ est anima: inconueniẽter igit tabernaculũ ⁊ eius vasa consecrabant cũ essent quedam corpora inanimata. ¶ Preterea i psal. dicit: Bñdica dominũ in omni tẽpore: semp laus eiꝰ in ore meo. sz solẽnitates instituunt ad laudandum deum: non g̃ fuit conueniẽs vt aliqui certi dies statuerẽtur ad solẽnitates pagẽdas: sic igit videtur q̃ cerimonie sacroꝝ conueniẽtes causas nõ haberẽt. ¶ Sed ptra est quod apls dicit ad hebr. 8°. q̃ illi qui offerũt fm legẽ munera exẽplari ⁊ vmbze deseruiũt celestiũ: sicut responsum est moysi cũ cõsumaret tabernaculũ. Vide inquit omnia facito fm exẽplar quod tibi in monte monstratũ est: sed valde rationabile est q̃ imaginẽ celestiũ repsentat g̃ cerimonie sacroꝝ rationabilẽ causam habebãt. ¶ Respondeo dicendũ q̃ totus exterioz cultꝰ dei ad hoc p̃cipue ordinat vt homines deũ in reuerẽtiam habeat. Habet aũt hoc humanus effectus vt ea q̃ cõmunia sunt ⁊ nõ distincta ab alijs minus reuereãtur: ea vero q̃ habẽt aliquã excellẽtie discretionẽ ab alijs magis admirãtur ⁊ reuerẽtur: ⁊ inde etiã hominũ consuetudo inolcuit: vt reges ⁊ principes quos oportet in reuerẽtia haberi a subditis ⁊ pciosioribus vestibꝰ ornẽtur: ⁊ etiã ampliozes ⁊ pulchziores habitationes possideãt. ⁊ ppter hoc oportuit vt aliqua spãlia tẽpora ⁊ speciale tabernaculũ ⁊ spãlia vasa ⁊ spãles ministri ad cultũ dei ordinarẽtur ⁊ p hoc animi hominũ ad maiorẽ dei reuerẽtiam adducerẽtur. Similiter etiam statꝰ veteris legis sicut dictũ est: institutus erat ad figurandum mysteriũ christi. Oportet autẽ cẽ aliquid determinatuz id p quod aliquid figurari debet: vt. s. eius aliquã similitudinẽ repsentet: ⁊ ideo oportuit aliqua spãlia obseruari in his q̃ ptinẽt ad cultum dei. ¶ Ad primũ g̃ dicendum q̃ cultus dei duo respicit. s. deum qui colit ⁊ omnes colẽtes: ipse igitur deus qui colitur nullo corporali loco claudit: vñ propter ipsum non oportuit speciale tabernaculũ fieri aut tẽplum: sz homines ipsum colẽtes corporales sunt: ⁊ ppter eos oportuit spãle tabernaculum vel tẽplum institui ad cultum dei ppter duo. Primo quidẽ vt ad huiusmodi locum conuenientes cum hac cogitatione q̃ deputarẽtur ad colendum deum cum maiozi reuerẽtia accederẽt. Secũdo vt p dispositionẽ talis tẽpli vel tabernaculi significarẽtur aliqua ptinẽtia ad excellẽtiam diuinitatis vl̃ humanitatis christi: ⁊ hoc ẽ quod salomõ dicit. 3° reg. 8°. Si celũ ⁊ celi celoꝝ te capere nõ possunt: q̃nto magis domus hec quam edificaui tibi: ⁊ postea subdit. Sint oculi tui aperiti sup domuz hãc de qua dixisti. Erit nomẽ meum ibi ut exaudias oẽpcationẽ fui tui ⁊ populi tui isrl̃. Ex quo patet q̃ dom⁹ sanctuarij nõ ẽ instituta ad hoc q̃ deuz capiat quasi localiter inhabitantẽ: sz ad hoc q̃ nomẽ dei inhabitet ibi. i. vt noticia dei ibi manifestet p aliqua q̃ ibi fiebãt vl̃ dicebant: ⁊ q̃ ppter reuerẽtiam loci oratiões fierẽt ibi magis exaudibiles ex deuotione orantiũ. ¶ Ad secundũ dicendũ q̃ status veteris legis nõ fuit ĩmutatus añ christũ q̃ntũ ad implẽtionẽ legis q̃ facta ẽ solum p christuz: ẽ tñ ĩmutatus q̃ntũ ad conditionẽ populi qui erat sub lege: nam primo populus fuit in deserto nõ habẽs certam mansionẽ: postmodũ aũt habuerũt varia bella cum finitimis gẽtibus. Vltimo aũt tẽpore dauid regis ⁊ salomonis populus ille habuit quietissimũ statum: ⁊ tũc primo edificatũ fuit tẽplum in loco quẽ designauerat abzahã ex diuina demonstratione ad ĩmolandũ. Dicitur enim gen. 22. q̃ dominus mandauit abzahe vt offerret filium suũ in holocaustum sup vnum montiũ quẽ monstrauero tibi: ⁊ postea dicit q̃ appellauit nomẽ illi⁹ loci. Dominus vider: quasi fm dei puisionẽ cẽt locꝰ ille electus ad cultũ diuinum: ppter qõ dicit deutero. 12° Ad locũ quẽ elegerit dominꝰ deus vester venietis ⁊ offeretis holocausta ⁊ victimas vestras. Locus autẽ ille designari nõ debuit p edificationẽ tẽpli añ tẽplus p̃dictum ppter tres rationes qs rabi moyses assignat. Prima est ne gẽtes appropriarẽt sibi locum illum. Secũda ẽ ne gẽtes ipsum destruerẽt. Tertia vero ratio ẽ ne q̃libet tribus vellet habere locum illum in sorte sua: ⁊ ppter hoc oriẽtur lites ⁊ iurgia: ⁊ tõ non fuit edificatũ tẽplum donec haberẽt regẽ p quẽ posset huiusmodi iurgiũ cõpesci: antea vero ad cultũ dei erat ordinatũ tabernaculum portatile p diuersa loca quasi nondũ existẽte determinato loco diuini cultus: ⁊ hec ẽ ratio litteralis diuersitatis tabernaculi ⁊ tẽpli. Ratio autez figuralis esse pot: quia p hec duo significat duplex status. Per tabernaculũ enim quod ẽ mutabile significatur status pñtis vite mutabilis. Per tẽplũ vero quod erat fixum ⁊ stans significat statum future vite q̃ omnino ĩmutabilis ẽ: ⁊ ppter hoc i edificatione tẽpli dicitur q̃ nõ ẽ auditus sonitus mallei vel securis ad significandũ q̃ omnis pturbationis tumultus lõge erit a statu futuro. Vel p tabernaculũ significat status veteris legis. Per tẽplum autẽ a salomone constructũ status noue legis: vñ

ad constructionē tabernaculi soli iudei sunt opati ad edificationē vero tēpli cooperati sunt etiā gētiles.s.thiri ⁊ sinonȳ. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ rō vnitatis tēpli vel tabernaculi pōt cē ⁊ litteralis et figuralis:litteralis quidē est ratio ad exclusionem idolatrie:quia gentiles diuersis dīs diuersa tēpla constituebant:⁊ ideo vt firmaretur in animis hominum fides vnitatis diuine:voluit deus vt in vno loco tm̄ sibi sacrificium offerret:⁊ iterum vt p hoc ostēderet q̄ cōzpozalis cultꝰ nō ꝓpter se erat acceptus ei:⁊ ideo compescebant ne passim ⁊ vbiq̄ sacrificia offerrēt:ſz cultus noue legis in cuiꝰ sacrificio spiritualis gratia continet:est fm se deo acceptus:⁊ ideo multiplicatio altariū ⁊ templozū acceptat in noua lege:quantum vero ad ea que ptinebant ad spiritualē cultum dei:qui consistit i doctrina legis ⁊ prophetaruz:erant etiam in veteri lege diuersa loca deputata in quibus conueniebant ad laudē dei q̄ dicebant synagoge sicut ⁊ nunc dicunt ecclesie in quibus populus christianus ad laudem dei congregat:⁊ sic ecclesia nostra succedit in locū ⁊ tēpli ⁊ synagoge:quia ipsum sacrificium ecclesie spirituale est:vnde nō distinguitur apud nos locꝰ sacrificij a loco doctrine. Ratio autē figuralis esse potest quia p hoc significabat vnitas ecclesie vel militantis vel triumphantis. ¶ Ad quartū dicendum q̄ sicut in vnitate tēpli vel tabernaculi repzesentabatur vnitas dei vel vnitas ecclesie:ita etiam in distinctione tabernaculi vel templi repzesentabatur distinctio eozum que deo sunt subiecta: ex q̄bus in dei veneratione consurgimꝰ. Distinguebat aūt tabernaculū in duas partes:in vnam q̄ vocabatur sancta sanctoꝝ q̄ erat occidentalis:⁊ aliam q̄ vocabatur sancta:que erat ad orientē:⁊ iterum ante tabernaculū erat atrium. Hec igit distinctio duplicem habet rationē.vnam quidē fm q̄ tabernaculū ordinatur ad cultū dei:sic enīz diuerse partes mundi in distinctione tabernaculi figurant: nā pars illa que sancta sanctoꝝ dicit figurabat seculuz altius quod est spiritualiū substantiaꝝ. Pars vero illa q̄ dicit sancta expzimebat mundū cozporalē:⁊ ideo sancta a sanctis sanctoꝝ distinguebat quodam velo quod quattuoz colozibꝰ erat distinctum:p quos quattuoz elemēta designant.s.byssо: per quod designat terra:quia byssus.i.linum ō terra nascit purpura:p quam significat aqua: fiebat enim purpureus colox ex quibusdaz conchis q̄ inueniunt in mari. Hyacintho:p quē significatur aer quia habet aereū colorē:⁊ cocco bis tincto:p quē designat ignis:⁊ hoc ideo quia materia quattuor elementoꝝ est impedimentū p quod velant nobis incozporales substātie:⁊ ideo in interius tabernaculum.i.in sancta sanctoꝝ solus sūmus sacerdos ⁊ semel in anno introibat:vt designaretur q̄ hec finalis pfectio hominis est vt ad illud seculū introducat:in tabernaculū vero exterius.i. in sancta introibant sacerdotes quottidie: non autē populus qui solum ad atriū accedebat: quia ipsa cozpozalia populus ꝑcipere pōt:ad interiozes aūt eozum rationes solū sacerdotes p considerationē attingere possunt. Secundū vero rationē figuralē p exterius tabernaculū quod dicit sancta significat status veteris legis:vt apls dicit ad heb.9°.quia ad illud tabernaculū semper introibant sacerdotes sacrificiozum officia consumantes. Per interiꝰ vero tabernaculum quod dicitur sancta sanctozum significatur vel celestis gloria:vel etiam status spiritualis noue legis qui est quedam inchoatio future glorie:in quem statum nos christus introduxit: quod figurabatur per hoc q̄ summus sacerdos semel in anno solus in sancta sanctoꝝ intrabat. Velum autē figurabat spiritualiū occultationē sacrificiozum in veteribus sacrificijs:quod velum quattuoz colozibus erat ornatū: byssо quidem ad designandū carnis puritatē:purpura aūt ad figurandum passiones ꝗs sancti sustinuerūt ꝓ deo: cocco bis tincto ad significandū charitatē geminam dei ⁊ proximi:hyacintho aūt significabat celestis meditatio. Ad statū aūt veteris legis aliter se habebat populus ⁊ aliter sacerdotes: nam populus ipsa cozpozalia sacrificia considerabat q̄ in atrio offerebant:sacerdotes vero rationē sacrificiozuz considerabāt habētes fidē magis explicitā de mysterijs christi:⁊ ideo intrabant in exteriꝰ tabernaculū:qō etiam quodā velo distinguebat ab atrio: quia quedā erant velata populo circa mysterium christi que sacerdotibꝰ erant nota: non tamen eis erāt plene reuelata sicut postea in nouo testamēto vt habetur ephe.3°. ¶ Ad quintū dicendū q̄ adoratio ad occidentem fuit introducta in lege ad excludēdam idolatriam:nam omnes gētiles in reuerentiam solis adorabant ad orientē:vnde dicitur ezech.8°.q̄ quidam habebāt dorsa contra templum domini ⁊ facies ad orientem:⁊ adorabant ad ortum solis:vnde ad hoc excludendum tabernaculū habebat sancta sanctorum ad occidentem vt versus occidentem adorarent. Ratio etiaz figuralis esse potest:quia totus status prioris tabernaculi ordinabatur ad significandum mortē christi:que figuratur per occasum fm illud psal. Qui ascendit super occasum domin̄ nomen illi. ¶ Ad sextum dicendum q̄ eorum que in tabernaculo cōtinebantur ratio reddi potest ⁊ litteralis ⁊ figuralis. Litteralis q̄dē p relationē ad cultū diuinū ⁊ q̄ dictum est q̄ per tabernaculū interius quod dicebatur sancta sanctorum significabatur seculum altius spiritualiū substantiaꝝ: ideo in illo tabernaculo tria continebant.s.archa testamenti in q̄ erat vrna aurea habens mānā:⁊ virga aarō que fronduerat:⁊ tabule in quibus erāt scripta decem precepta legis. Hec aūt archa sita erat inter duos cherubim qui se mutuis vltibus respiciebant:⁊ super archā erat quedā tabula lapidea que dicebatur propiciatorium super alas cherubim:q̄si ab ipsis cherubim portaret:ac si imaginaret q̄ illa tabula cēt sedes dei:vñ ⁊ propiciatozium dicebatur quasi ex inde populo propiciaretur ad ꝑces summi sacerdotis:⁊ ideo quasi portabat a cherubim q̄si deo obsequētibus. Archa vero testamēti erat tā q̄ scabellum sedētis supza propiciatozū. Per hec aūt

tria designãtur tria que sunt in illo altiori seculo. s. deus qui super omnia est ⁊ incomprehensibilis oi creature: ⁊ propter hoc nulla similitudo eius ponebatur ad representandũ ei⁹ inuisibilitatẽ: ꝛ ponebatur quedam figura sedis eius quia. s. creatura comprehensibilis est q̃ est subiecta deo: sicut sedes sedenti. Sunt etiaꝫ in illo altiori seculo spirituales substantie que angeli dicũtur: ⁊ hi significantur p duos cherubim mutuo se respicientes: ad designandum concordiam eorum adinuicem: ſm illud iob 25°. Qui facit concordiã in sublimibus. ⁊ propter hoc etiam non fuit vnus tm̃ cherub vt designaret multitudo celestium spirituũ ⁊ excluderetur cult⁹ eorum ab his quibus preceptũ erat vt solum vnũ deum colerent. Sunt etiam in illo intelligibili seculo rationes omnium eorum que in hoc seculo perficiũtur quodãmodo clause: sicut ratiões effectuũ clauduntur in suis causis: ⁊ rationes artificiatorũ in artifice: ⁊ hoc significabatur per archam in qua representabantur per tria ibi cõtente tria que sũt potissima in rebus humanis. s. sapiẽtia que representabatur per tabulas testamẽti: potestas regiminis que representabat per virgam aaron: vita que representabatur per manna quod fuit sustentamẽtum vite. Vel per hec tria significabantur tria dei attributa. s. sapientia in tabulis: potentia in virga: bonitas in mãna: tum ꝓpter dulcedinẽ: tum quia ex dei misericordia est populo datũ: ⁊ ideo in memoriam diuine misericordie conseruabatur ⁊ hec tria etiam figurata sunt in visione esaie. Vidit enim dominũ sedentẽ super solium excelsum ⁊ eleuatũ: ⁊ seraphin assistẽtes ⁊ domũ impleri a gloria dei: vnde ⁊ seraphin dicebant: ¶Plena est omnis terra gloria eius: ⁊ sic similitudines seraphin non ponebantur ad cultũ quod prohibebat primo legis precepto: sed in signũ ministerij vt dictũ est. In exteriori vero taberuaculo quod significabat presens seculum continebant etiã tria. s. altare thymiamatis quod directe erat contra archã. Mensa autẽ propositionis super quam duodecim panes apponebantur erat posita ex parte aquilonari. Candelabrum vero ex parte australi. Que tria videt respõdere tribus q̃ erant in archa clausa: sed magis manifeste eadẽ representabant: oportet enim rationes rerum ad manifestiorẽ demonstrationẽ perduci q̃ sunt in mẽte diuina ⁊ angelorum ad hoc q̃ homies sapientes eas cognoscere possint: qui significant p sacerdotes ingrediẽtes tabernaculũ. In candelabro igitur designabatur sicut in signo sensibili sapientia que intelligibilibus verbis exprimebat in tabulis. ¶Per altare vero thymiamatis significabat officium sacerdotũ quorum erat populus ad deũ reducere: ⁊ hoc etiã significabat per virgam: nam in illo altari intendebatur thymiama boni odoris per quod significabatur sanctitas populi accepta bilis deo. Dicitur enim apoc. 7°. q̃ per fumũ aromatum significant iustificationes sanctorũ. Cõuenienter autem sacerdotalis dignitas in archa significabatur per virgam: in exteriori vero tabernaculo per altare thymiamatis: quia sacerdos medi-

tor est inter deum ⁊ populum regens populus per potestatem diuinã quã virga significat: ⁊ fructum sui regiminis. s. sanctitatem populi acceptam deo offerret quasi in altari thymiamatis. ¶Per mensã autem significat temporale nutrimentum vite sicut ⁊ p manna: sed hoc est conuenientius ⁊ grossius nutrimentum: illud autem suauius ⁊ subtili⁹. Conuenienter autem candelabrum ponebatur ex parte australi: mensa autem ex parte aquilonari: quia australis pars est dextra pars mundi: aquilonaris autem sinistra: vt dicitur in secũdo de celo ⁊ mundo. sapientia autem pertinet ad dexteram sicut ⁊ certa spiritualia bona: temporale autem nutrimentum ad sinistrã: ſm illud prouerb. 3°. In sinistra illius diuitie ⁊ gloria. ¶Potestas autem sacerdotalis media est inter temporalia ⁊ spiritualem sapientiã: quia per eam ⁊ spiritualis sapientia ⁊ tẽporalia dispensantur. ¶Potest autem ⁊ horum alia ratio assignari magis litteralis. In archa enim cõtinebatur tabule legis ad tollendam legis oblitionẽ. vnde dicitur exodi. 24°. Dabo tibi duas tabulas lapideas ⁊ legem ac mãdata que scripsi vt doceas filios israel. Virga vero aaron ponebat ibi ad comprimendã dissentionem populi de sacerdotio aaron. vnde dicitur numeri. 17°. Refer virgam aaron in tabernaculum testimonij vt reseruet in signum rebellium filiorum israel. Manna autem conseruabatur in archa ad cõmemorandum beneficium quod dominus prestitit filijs israel in deserto. vnde dicitur exo. 16°. Imple gomor ex eo ⁊ custodiatur in futuras retrogenerationes vt nouerint panes de quibus alui vos in solitudine. Candelabrum vero erat institutum ad honorificentiã tabernaculi: pertinet enim ad magnificentiam domus q̃ sit bene luminosa. Habeat autem candelabrum septem calamos: vt iosephus dicit ad significandum septem planetas quibus totus mundus illuminatur: ⁊ ideo ponebatur ad candelabrum ex parte australi: quia ex illa parte est nobis planetarum cursus. Altare vero thymiamatis erat institutum vt iugiter in tabernaculo esset fum⁹ boni odoris: tum ꝓpter veneratiõnẽ tabernaculi: tum etiã in remedium fetoris quem oportebat accidere ex effusione sanguinis ⁊ ex occisione animalium. Ea enim que sunt fetida despiciuntur quasi vilia: que vero sunt boni odoris homines magis appreciãtur. Mensa autem apponebatur ad significandũ q̃ sacerdotes templo seruientes in templo victum habere debeãt: vnde duodecim panes superpositos mẽse in memoriã duodecim tribuum: solis sacerdotibus edere licitum erat: vt habetur matth. 12°. Mensa autem nõ ponebatur directe in medio autem propiciatorij ad excludendum ritum idolatrie: nam gentiles in sacris lune proponebãt mẽsam corã idolo lune: vnde dicitur hiere. 7°. Mulieres conspergunt adipem vt faciãt placentas regine celi. In atrio vero extra tabernaculũ continebatur altare holocaustorum: in quo offerebantur deo sacrificia de his que erant a populo possessa: ⁊ ideo in atrio poterat esse populus qui huiusmo

di deo offerebat per manus sacerdotum: sed ad interius altare in quo ipsa deuotio ⁊ sanctitas populi deo offerebatur: non poterant accedere nisi sacerdotes: quorum erat deo offerre populum. Est autem hoc altare extra tabernaculum in atrio cōstitutum ad remouendum cultum idolatrie: nam gentiles infra templa altaria constituebāt ad īmolādum idolis. Figuralis vero ratio omniū horum assignari potest ex relatione tabernaculi ad christum qui figurabatur. Est autem considerandum q̄ ad designandum imperfectionem legaliū figurarum diuerse figure fuerunt institute i templo ad significandum christum. Ipse enim significatur per propiciatoriū: quia ipse est propiciatio pro peccatis nostris: vt dicitur. j. ioā. 2°. Et conueniēter hoc propiciatorium a cherubim portat: quia de eo scriptum est. Adorent eum omnes angeli dei: vt habetur heb. primo. Ipse etiā significatur per archam quia sicut archa erat constructa de lignis sethim: ita corpus christi de membris purissimis ꝓstabat. Erat autem deurata: quia christus fuit plenus sapientia ⁊ charitate: que per aurum significat. Intra archam autez erat vrna aurea. i. sancta anima habens manna. i. omnem plenitudinez sanctitatis ⁊ diuinitatis. Erat etiā in archa virga. i. potestas sacerdotalis: quia ipse est factus sacerdos in eternum. Erant etiā ibi tabule testamenti ad designandum q̄ ipse christus est legis dator: ipse etiam christus significatur per candelabrum: quia ipse dicit: Ego sum lux mundi per septem lucernas septem dona sancti spiritus. Ipse etiā significatur p mensam: quia ipse est spiritualis cibus: fm illud ioā. 6°. Ego sum panis viuus. Duodecim enim panes significabāt duodecim apostolos vel doctrinā corū Siue per candelabrum ⁊ mensam potest significari doctrina: ⁊ fides ecclesie que etiā illuminat ⁊ spiritualiter reficit. Ipse etiā christus significat p duplex altare: scilicet holocaustorum ⁊ thymiamatis: quia per ipsum oportet nos deo offerre omnia virtutum opera: siue illa quibus carnem affligim⁹ que offerūtur quasi in altari holocaustorum: siue illa que maiore mentis perfectione per spiritualia perfectorum desideria deo offerunt in christo q̄si in altari thymiamatis: scōm illud ad heb. vltimo. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semp deo. ¶ Ad septimū dicendum q̄ dominus precepit altare construi ad sacrificia ⁊ munera offerenda in honorem dei ⁊ sustentationem ministrorum qui tabernaculo deseruiebant. De constructione aūt altaris dat a domino duplex preceptum. Unū quidem in principio legis exo. xx. Ubi domin⁹ mādauit q̄ facerent altare de terra: vel saltem de lapidibus non sectis: ⁊ iterum q̄ non facerēt altare excelsum ad quod oporteret per gradus ascendere: ⁊ hoc ad detestandum idolatrie cultum: gentiles enim idolis construebāt altaria ornata ⁊ sublimia in quibus credebāt aliquid sanctitatis ⁊ numinis esse: propter quod etiā domin⁹ mādauit deutero. 16°. Non plantabis lucum ⁊ omnē arborem iuxta altare domini dei tui. Idolatre enī cōsueuerūt sub arboribus sacrificare propter amenitatē ⁊ umbrositatem. Quorum etiā preceptorū rō figuralis fuit quia in christo qui est nostrum altare: debem⁹ confiteri veram carnis naturā quantum ad humanitatem: quod est altare de terra facere: ⁊ quantum ad diuinitatem debemus in eo confiteri patris eq̄litatem: quod est non ascendere per gradus ad altare. Nec etiā iuxta christum debemus admittere doctrinā gentilium ad lasciuiā prouocātem: ſz facto tabernaculo ad honorem dei non erāt timēde huiusmodi occasiones idolatrie: ⁊ ideo dominus mādauit q̄ fieret altare holocaustorum de ere q̄ō esset omni populo conspicuum: ⁊ altare thymiamatis de aure quod soli sacerdotes videbāt. Nec erat tāta preciositas eris vt per huius copiam populus ad aliquā idolatriam prouocaretur: ſz quia exo. xx°. ponitur pro ratione huius precepti. Nō ascendes per gradus ad altare meuz: id quod subditur. Ne reueletur turpitudo tua. considerandū est q̄ hoc etiā fuit institutū ad excludendum idolatriā nam in sacris priapi sua prudēda gentiles populo denudabāt: postmodum autem inductus est sacerdotibus seminalium vsus ad tegmen pudendorum: ⁊ ideo sine periculo institui poterat tanta altaris altitudo: vt per aliquos grad⁹ ligneos non stātes: sed portatiles in hora sacrificij sacerdotes ad altare ascenderent sacrificia offerentes. ¶ Ad octauum dicendum q̄ corpus tabernaculi constabat ex quibusdam tabulis in longitudinem erectis que quidem interius tegebantur quibusdam cortinis ex quattuor coloribus variatis: scilicet de byſſo retorta: ⁊ hyacintho: ac purpura: coccoq; bis tincto: sed huiusmodi cortine tegebāt solum latera tabernaculi. In tecto autem tabernaculi erat operimentum vnum de pellibus hyacinthinis: ⁊ supra hoc aliud de pellibus arietum rubricatis: ⁊ desuper tertium de quibusdam sagis cilicinis: que non tm operiebant tectum tabernaculi: sed etiā descendebant vsq; ad terram: ⁊ tegebāt tabulas tabernaculi exterius. Horum autem operimentorū ratio literalis in cōmuni erat ornatus ⁊ protectio tabernaculi vt in reuerentia haberetur. In specialiuero scōm quosdā per cortinas designabatur celum sidereum quod est diuersis stellis variatū: per saga aque que sunt supra firmamentū: per pelles rubricatas celum empyreum in quo sunt angeli: per pelles hyacintinas celum sancte trinitatis. Figuralis autem ratio horum est: quia per tabulas ex quib⁹ cōstruebat tabernaculū significant christi fideles ex quibus cōstruit ecclesia. Tegebant autem interius tabule cortinis quadricoloribus: quia fideles interius ornant quattuor virtutibus: nā in byſſo retorta: vt glosa dicit: significat caro castitate retinens i hyacincto mens supna cupiens: in purpura caro passionibus subiacens: in cocco bis tincto mens inter passiones dei ⁊ proximi dilectione prefulgens. Per operimenta vero tecti designant prelati ⁊ doctores in quibus debet retinere ecclesia cōuersatio: quod significat per pelles hyacinthinas: promptitudo ad martyrium: quod significāt pel-

les rubricate austeritas vite ⁊ tolerātia aduersoꝝ que significant p saga cilicina que erāt exposita vē tis ⁊ pluuijs: vt gloſa dicit. ¶ Ad nonuꝫ dicendū q̄ sanctificatio tabernaculi ⁊ vaſoꝝ eius habebat cauſam litteralem vt in maiori reuerētia habe retur: quaſi p huiuſmodi cōſecrationē diuino cultui deputatū. Figuralis autem ratio eſt: quia p huiuſmodi ſanctificationē ſignificatur ſpiritualis ſāctificatio viuentis tabernaculi: ſcilicet fidelium ex quibus conſtituit eccleſia chriſti. ¶ Ad decimum dicendum q̄ in veteri lege erāt ſeptē ſolēnitates tē porales ⁊ vna continua: vt poteſt colligi numeri 28°. 7. 29°. Erat enim quaſi continuū feſtum: quia quottidie mane ⁊ veſpere imolabat agnus: ⁊ p illud continuū feſtū iugis ſacrificiū repſentabat ppetuitas diuine beatitudinis. Feſtorum autē tēporaliū primum erat quod iterabat qualibet ſepti mana: ⁊ hec erat ſolēnitas ſabbati: quod celebrabatur in memoriā creationis rerum: ut. ſ. dictū eſt Alia autē ſolēnitas iterabat quolibet mēſe: ſcilicet feſtum neomenie: quod celebrabat ad cōmemorādum opus diuine gubernationis. Nam hec inferiora pcipue variant ſm motū lune: ⁊ ideo celebrabatur hoc feſtum in nouitate lune: non autē in ci° plenitudine: ad cuitandū idolatrarum cultuꝫ qui in tali tēpore lune ſacrificabāt. Hec duo beneficia ſunt cōmunia toti humano generi: ⁊ ideo frequentius iterebant: alia vero quinq̄ feſta celebrabant ſemel in anno: ⁊ recolebant in eis beneficia ſpecialiter illi populo exhibita. Celebrabat enim feſtum phaſe primo mēſe ad cōmemorandum liberatiōis bñficium ex egypto. Celebrabat autē feſtuꝫ pēthecoſtes poſt quinquaginta dies ad recolēdum bñficium legis date: alia vero tria feſta celebrabant in mēſe ſeptimo qui quaſi totus apud eos erat ſolennis ſicut ⁊ ſeptimus dies. In prima enim die menſis ſeptimi erat feſtum tubaruꝫ in memoriam liberationis iſaac quando abraā inuenit arietē herentem cornibus: quē repreſentabant p cornua quib⁹ buccinabant. Erat aūt feſtum tubarū quaſi quedā inuitatio vt prepararēt ſe ad ſequēs feſtum quod celebrabatur decimo die: ⁊ hoc erat feſtum expiationis in memoriā illius bñficij quo deus propicius eſt peccato populi de adoratione vituli ad preces moyſi. Poſt hoc autē celebrabat feſtum ſcenophegie. i. tabernaculoꝝ ſeptē diebus ad cōmemorandum bñficium diuine protectionis ⁊ deductionis p deſertum vbi in tabernaculis habitauerunt. vnde in hoc feſto debebant habere fructum arboris pulcherrime. i. citrum ⁊ lignum denſarum frōdium. i. myrrum que ſunt odorifera: ⁊ ſpatulas palmarum ⁊ ſalices de torrente: que diu retinent ſuum virorē: ⁊ hec inueniunt in terra promiſſionis ad ſignificandū q̄ per aridam terrā deſerti cos duxerat deus ad terram deliciosam. Octauo autem die celebrabat aliud feſtum. ſ. cetus atq̄ collecte i quo colligebant a populo ea que erant neceſſaria ad expēſas cultus diuini: ⁊ ſignificabat adunatio populi ⁊ pax preſtita in terra promiſſionis. Figuralis autem ratio horum feſtorum eſt quia per iuge ſacrificium agni figurat perpetuitas chriſti qui eſt agnus dei: ſcōm illud heb. vltimo. Jeſus chriſtus heri ⁊ hodie ipſe ⁊ in ſecula. Per ſabbatum autē deſignatur ſpiritualis requies nobis data p chriſtum: vt habetur ad heb. 4°. Per neomeniaꝫ autē que eſt incēſio noue lune ſignificat illuminatio primitiue eccleſie per chriſtum eo predicante ⁊ miracula faciēte. Per feſtum autē pēthecoſtes ſignificat deſcēſus ſpiritus ſācti in apoſtolos. Per feſtum autē tubarum ſignificat p̄dicatio apoſtolorum. Per feſtum autē expiationis ſignificat emūdatio a peccatis populi chriſtiani. Per feſtuꝫ aūt tabernaculoꝝ peregrinatio eorum in hoc mūdo in quo ambulant in virtutib⁹ pficiēdo. Per feſtuꝫ autē cetus atq̄ collecte ſignificat congregatio fidelium in regno celorum: ⁊ ideo iſtud feſtum: dicebatur ſanctiſſimū eſſe: ⁊ hec tria feſta erant continua adinuicē: q̄ oportet expiatos a vitijs proficere in virtute quouſq̄ perueniāt ad dei viſionē: vt dicitur in pſal.

¶ quintum ſic procedit. Videtur q̄ ſacramentorum veteris legis conueniēs cauſa eē non poſſit.

Ea enim q̄ ad cultū diuinū fiūt non debent eē ſimilia his q̄ idolatre obſeruabant. vñ dicitur deutero. 12°. Non facies ſimiliter domino deo tuo omnes enim abominatiōes quib⁹ aduerſat dominus fecerunt dijs ſuis: ſed cultores idolorum in cultu eorum coltris ſe incidebant vſq̄ ad effuſionem ſanguinis. Dicitur enim in. 3°. reg. 18° q̄ incidebant ſe iuxta ritum ſuum cultris ⁊ lāceolis donec pfunderētur ſanguine: propter quod domin⁹ mandauit deutero. 14°. Non vos incidetis nec facietis caluicium ſup mortuos. inconueniēter igit circumciſio erat inſtituta in lege. ¶ Preterea ea que i cultum diuinū fiūt debēt honeſtatē ⁊ grauitatē habere: ſm illud pſal. In populo graui laudabo te: ſed ad leuitatē quandā ptinere videt vt homines feſtinanter comedant: inconueniēter igit pceptum eſt exo. 12° vt comederēt feſtināter agnum paſchalē: ⁊ alia etiam circa huiuſmodi comeſtionē ſunt inſtituta q̄ vident omnino irrationabilia eē. ¶ Preterea ſacramēta veteris legis figure fuerūt ſacramētorum noue legis: ſz p agnum paſchalē ſignificat ſacramentū euchariſtie. ſm illud. j. ad corinth. 5°. Paſcha noſtrum imolatus eſt chriſtus: g̃ etiā debuerūt eē aliqua ſacramēta in lege q̄ prefigurarēt alia ſacramēta noue legis ſicut cōfirmationē: ⁊ extremā vnctionē: ⁊ matrimoniū ⁊ alia ſacramēta. ¶ Preterea purificatio nō pōt conueniēter fieri niſi ab aliquib⁹ imundicijs: ſz quantū ad deū nullū corporale reputat imundū: q̄ omne corpus creatura dei eſt: ⁊ oīs creatura dei bona: ⁊ nihil ejciendum quod cū gratiarū actione pcipit: vt dicit. j. ad thim. 4°. inconueniēter igit purificabant ꝓpter contactū hominis mortui: vel propter alicui⁹ huiuſmodi corporales infectiones. ¶ Preterea ecc. 34° dicit. Ab imundo quid mūdabit: ſz cinis vitule rufe que cōburebat imundus erat: quia imundū

reddebat. Dicit enim numero. 19° q̄ sacerdos qui īmolabat eam cōmaculatus erat vsq; ad vesperū. Similiter ꝛ ille q̄ eam cōburebat: ꝛ etiā ille qui ei⁹ cineres colligebat. g̈ inconueniēter p̄ceptū ibi fuit vt p huiusmodi cinerē ibi aspersum īmundi purificarent. ¶ Preterea peccata nō sūt aliqd corporale quod possit deferri de loco ad locū: neq; etiā p aliqd īmundū potest homo a peccato mundari: inconueniēter igitur ad expiationē peccatoꝝ populi sacerdos sup vnū hircoꝝ confitebat peccata filiorū israel vt portaret ea in deserti: aliū autē quo vtebant ad purificationes simul cum vitulo comburētes extra castra īmūdi reddebant: ita q̄ oportebat eos lauare vestīmēta ꝛ carnē aqua. ¶ Preterea illud quod iam est mundatū non oportet iterum mūdari: inconueniēter igit mūdata lepra hominis vel etiā ei⁹ dom⁹ alia purificatio adhibebat vt habet leuit. 14°. ¶ Preterea spūalis īmūdicia non potest p corporalē aquam vel pilorū rasuraꝫ emūdari: irrationabile igit videt q̄ dominus p̄cepit exo. xxx°. vt fieret labiū eneum cū basi sua ad lauandū manus ꝛ pedes sacerdotū qui ingressuri erant tabernaculū: ꝛ quod p̄cipit numeri. 8° q̄ leuite abstergerent aqua lustrationis ꝛ raderēt oēs pilos carnis sue. ¶ Preterea q̄ maius est nō pōt sanctificari p illud q̄ minus est: inconueniēter igitur p quandā vnctionē corporalē ꝛ corporalia sacrificia ꝛ oblationes corporales fiebant in lege cōsecratio maioꝝ ꝛ minoꝝ sacerdotuꝫ: vt habet leuit. 8° ꝛ leuitaꝝ: vt habet numeri. 8°. ¶ Preterea sicut dicit. j. reg. 16°. homies videt ea q̄ parēt: deꝰ aūt intuet cor. ſz ea q̄ exterꝰ apparēt in homine ē corporales dispositio ꝛ indumēta: inconueniēter igit sacerdotib⁹ maioꝝib⁹ ꝛ minoꝝib⁹ quedam spālia vestīmēta deputabant. de quib⁹ habet exo. 28° ꝛ sine ratione videt q̄ prohiberet aliqs a sacerdotio propter corporales defectus: ſm q̄ dicit leuit. 21°. Homo de semine tuo p familias qui habuerit maculam non offeret panē deo: si cecus fuerit: vel si clausus ꝛc. sic igit videt q̄ sacramēta veteris legis irrationabilia fuerunt. ¶ Sed ꝓtra ē quod dicitur leuit. xx°. Ego sum dom⁹ qui sanctifico vos ſz a deo nihil sine rōne fit. Dicit enim in psal. Dia in sapiētia feciſti: ergo in sacramētis veteris legis que ordinabant ad hominū sanctificationeꝫ nihil erat sine rōnabili eā. ¶ Respōdeo dicendum q̄ sicut. s. dictū est: sacramēta proprie dicunt illa q̄ adhibebant dei cultoꝝib⁹ ad quandā consecrationeꝫ p quam. s. deputabant quodāmodo ad cultuꝫ dei: cultus aūt dei generali quidē modo dei ptinebat ad totū populū: ſz speciali modo ptinebat ad sacerdotes ꝛ leuitas q̄ erāt ministri cultus diuini: et ideo in istis sacramētis veteris legis quedā pertinebāt cōmuniter ad totū populū: quedā aūt speciali ter ad ministros: ꝛ circa vtroſq; tria erāt necessaria quoꝝ primū est institutio in statu colēdi deū ꝛ hec quidē institutio cōmuniter q̄ntum ad oēs fiebat p circūcisionē sine qua nullus admittebat ad aliquid legaliū: q̄ntum vero ad sacerdotes p sacerdotum consecrationē. Secundo requirebat vsus eoꝝ que pertinēt ad diuinū cultū: ꝛ sic q̄ntum ad populū erat esus paschalis pecuniæ: ad quē null⁹ in circūcisus admittebat: vt patet exo. 12°. ꝛ q̄ntū ad sacerdotes oblatio victimaꝝ ꝛ esus panū propositionis ꝛ alioꝝ que erāt sacerdotū vsibus deputata. Tertio requirebat remotio eoꝝ p que aliqui impediebant a cultu diuino. s. īmundiciarum: ꝛ sic q̄ntū ad populū erant institute quedam purificationes a quibusdā exterioꝝib⁹ īmūdicijs: ꝛ etiā expiatiōes a peccatis. Quantū vero ad sacerdotes ꝛ leuitas erat instituta ablutio manuū ꝛ pedum ꝛ rasio pilorum: ꝛ hec omnia habebāt rationabiles causas ꝛ litterales ſm q̄ ordinabant ad cultū dei p̄o tēpore illo: ꝛ figurales ſm q̄ ordinabant ad figurandū christū: vt patebit p singula discurrenti. ¶ Ad primuꝫ ergo dicendū q̄ litteralis ratio circūcisionis principalis quidē fuit ad protestationē fidei vni⁹ dei: ꝛ quia abrahā fuit prim⁹ qui se ab infidelibus separauit exiēs de domo sua ꝛ de cognatione sua: ideo ipse prim⁹ circumcisionē accepit: ꝛ hāc causaꝫ assignat apl's ad ro. 4°. Signū accepit circūcisionis signaculum iustīcie fidei q̄ est in ꝑputio: quia. s. in hoc legit abrahe fides reputata ad iustīciā q̄ contra spem in spem credit. s. contra spem nature in spem gratie: vt fieret pater multaꝝ gentiū cū ipse esset senex anus ꝛ sterilis. Et vt hec protestatio ꝛ imitatio fidei abrahe firmaret in cordibus iudeoꝝ: acceperūt signū in carne sua cui⁹ obliuisci non possent: vñ dicit gen. 17°. Erit pactū meū in carne vestra i fedus eternū: ideo aūt fiebat octaua die: quia antea puer est valde tenellus: ꝛ posset ex hoc grauiter ledi: ꝛ reputat adhuc q̄si quidda non solidatū: vnde etiā nec animalia offerebātur ante octauū diē: ideo vero non magis tardabatur ne ꝓpter dolorē aliqui signū circūcisionis refugerent: ꝛ ne parētes etiā quoꝝ amor increscit ad filios post frequentē conuersationē ꝛ coꝝ augmentū eos circūcisioni subtraherēt. Secūda ratio eē potuit ad debilitationē concupiscētie in mēbro illo. Tertia ratio est in sugillationē sacroruꝫ veneris ꝛ priapi: in quib⁹ illa pars corporis honorabat: dominus autem nō ꝓhibuit nisi incisionē que in cultum idolorum fiebat: cui non erat simul predicta circūcisio. Figuralis vero ratio circūcisionis erat quia figurabat ablatio corruptionis fieda p christum: que perfecte cōplebit in octaua etate: que est etas resurgentiū: ꝛ quia omnis corruptio culpe et pene prouenit in nos per carnalē originē ex peccato primi parētis: ideo talis circūcisio fiebat in mēbro generationis: vnde apl's dicit ad col'. 2°. Circūcisi estis in christo circūcisione non manufacta in expoliatione corporis ꝛ carnis: ſz in circūcisione domini nostri iesu christi. ¶ Ad secundū dicendū q̄ litteralis ratio conuiuij paschalis fuit in cōmemorationē beneficij quos deus eduxit eos de egypto: vnde per huiusmodi conuiuū celebrationē ꝓfitebantur se ad illum populū pertinere quem deꝰ sibi assumpserat ex egypto. Quando enim fuerūt ex egypto liberati p̄ceptū est eis vt sanguie agni linirēt super luminaria domoruꝫ: quasi protestan-

tes se recedere a ritibus egyptioꝝ qui arietez colebant: vnde ⁊ liberati sunt per sanguinis agni aspersionem: vel linitionē in postibus domoruz a periculo exterminij q̄ imminebat egyptijs. In illo autez exitu eorum de egypto duo fuerūt. s. festinātia ad egrediendū. impellebāt enim eos egyptij vt exirēt velociter: vt habet exo. xij°. Imminebat autē periculum ei qui non festinaret exire cum multitudine remanēs occideret ab egyptijs. Festinātia aūt designabatur dupliciter. Uno quidem modo p ea que comedebant: preceptum enim eis erat q̄ comederent panes azimos: ⁊ huius signum est q̄ nō poterant fermentari cogentibus exire egyptijs: ⁊ q̄ comederēt assum igni: sic enim velotius preparabatur: ⁊ q̄os nō cōminuerent ex eo. quia in festinātia nō vacat ossa frāgere. Alio modo q̄ntū ad modum comedēdi: dicitur enim renes vestros accingetis: calciamēta habebitis in pedibus tenētes baculos in manib⁹ ⁊ comedetis festināter. quod manifeste designat homines existentes in promptu itineris. Ad idem etiam pertinet quod eis precipit. In vna domo comedetis: neq̄ feretis de carnib⁹ eius foras: quia scilicet propter festinātiam non vacabat innicem mittere encenia. Amaritudo autez quā passi fuerant in egypto significabat p lactucas agrestes. Figuralis autē ratio patet: quia p immolationē agni paschalis significabatur immolatio christi: fm illud. j. ad corinth. v°. Pascha nostrum immolatus est christus. Sanguis vero agni liberans ab exterminatore linitus super liminarib⁹ domorum significat fidē passionis christi in corde ⁊ ore fidelium per quam liberamur a peccato ⁊ a morte fm illud. j. pe. p̄mo. Redēpti estis precioso sanguine agni imaculati. Comedebant autem carnes ille ad significandū esum corporis christi in sacramento. Erant autem assi igni ad significandum passionem vel charitatem christi. Comedebant autē cū azimis panibus ad significandam puram conuersationem fidelium sumentiū corpus christi: fm illud j. ad corinth. v°. Epulemur in azimis sinceritatis ⁊ veritatis. Lactuce autē agrestes addebantur in signum penitētie peccatorum: que necessaria est sumentibus corpus christi. Renes autem accingendi sunt cingulo castitatis: calciamēta autem pedum sunt exēpla mortuorum patrum: baculi autē habēdi in manibus significant pastoralem custodiam. Precipitur autem q̄ in vna domo agnus paschalis comedatur. i. in ecclesia catholicorū: non in cōuenticulis hereticoꝝ. ¶ Ad tertiū dicendum q̄ q̄dam sacramēta noue legis habuerunt in veteri sacramenta figuralia sibi correspondētia: nam circūcisioni respondet baptismus qui est fidei sacramētum: vnde dicitur ad col. 2°. Circūcisi estis in circumcisione domini nostri iesu christi consepulti ei in baptismo. Conuiuio vero agni paschalis respōdet in noua lege sacramentum eucharistie. Omnibus autem purificationibus veteris legis respondet in noua lege sacramentū penitētie. Consecrationi autem pontificis ⁊ sacerdotū respondet sacramentum ordinis. Sacramento autē confirmationis quod est sacramentuz plenitudinis gratie non potest respondere in veteri lege aliquod sacramētum: quia nondum aduenerat tēpus plenitudinis: eo q̄ neminē ad perfectum adduxit lex. Similiter autem ⁊ sacramento extreme vnctionis quod est quedam imediata pparatio ad introitum glorie: cuius aditus nondū patebat in veteri lege precio nondū soluto. Matrimoniū autem fuit quidez in veteri lege prout erat in officiū nature: non autem prout est sacramentū coniunctionis christi ⁊ ecclesie que nondum erat facta: vnde ⁊ in veteri lege dabatur libellus repudij: quod est contra sacramēti rationē. ¶ Ad quartū dicendum q̄ sicut dictū est purificationes veteris legis ordinabantur ad removendum impedimēta cultus diuini qui quidez est duplex. s. spiritualis q̄ consistit in deuotiōe mētis ad deum: ⁊ corporalis qui cōsistit in sacrificijs ⁊ oblationibus ⁊ alijs huiusmodi. A cultu autem spirituali impediunt homines p peccata quib⁹ homines polluti dicebātur sicut p idolatriā ⁊ homicidium: p adulteria ⁊ incestus: ⁊ ab istis pollutionibus purificabant homines p aliqua sacrificia: vel cōmuniter oblata pro tota multitudine: vel etiam pro peccatis singulorum: non q̄ sacrificia illa carnalia haberēt ex ipsis virtutē expiandi peccatuz: sz quia significabāt expiationē peccatorum futurā p christum: cuius participes erant etiaz antiqui p testantes fidē redēptoris in figuris sacrificiorum. A cultu vero exteriori impediebant homines per quasdam imundicias corporales: que quidē pmo considerabant in hominibus: ⁊ consequēter etiaz in alijs animalibus ⁊ in vestimētis ⁊ domib⁹ ⁊ vasis. In hominib⁹ quidē imundicia reputabaf partim quidem ex ipsis hominib⁹: partim autē ex cōtacta rerum imundaꝝ. Ex ipsis aūt hominib⁹ imundū reputabatur omne illud quod corruptionem aliquā iam habebat: vel erat corruptioni expositū: ⁊ ideo quia mors est corruptio queda: cadauer hominis reputabaf imundū. Similiter etiā quia lepra ex corruptōe humoꝝ contingit qui etiā exterius erūpunt: ⁊ alios inficiūt: leprosi etiam reputabant imundi. Similiter etiā mulieres patientes sanguinis fluxū siue p infirmitatē: siue etiam p naturā vel tēporibus mēstruis: vel etiaz tēpore cōceptionis: ⁊ cadē ratione viri reputabant imundi fluxum seminis patiētes vel p infirmitatē: vel per pollutionē nocturnā: vel etiā p coituz. Nā omnis humiditas p dictis modis ab hoie egrediēs quandam imundā infectionē habet. Inerat etiā hominibus imundicia q̄dam ex contactu quarumcūq̄ rerum imundarū. Istaꝝ autē imundiciarum erat ratio ⁊ litteralis ⁊ figuralis. Litteralis quidē propter reuerentiā eorum que ad diuinū cultum pertinēt: tum q̄ homines p̄ciosas res contingē nō solēt cum fuerint imundi: tum etiaz vt ex raro accessu ad sacra ea magis venerarētur. Cum enim omnes huiusmodi imundicias raro aliquis cauere possit contingebat q̄ raro poterāt homines accedere ad attingēdum ea q̄ pertinebāt ad diuinum cultuz: ⁊ sic quādo accedebat cum maiori reuerētia ⁊ humili-

tate mētis accedebāt. Erat aūt in quibusdā horuz ratio litteralis vt homines nō reformidarēt accedere ad diuinū cultū quasi refugiētes consortiū leprosoz z simul infirmoz quoz morbus abominabilis erat z cōtagiosus. In quibusdā etiā ratio erat advitandū idolatrie cultū: quia gētiles in ritu suoz sacrificiorum vtebant quandoq; z humano sanguine z semine. Omnes aūt huiusmodi īmūdicie corporales purificabant vel p solā aspersionē aque: vel que maiores erāt p aliquod sacrificiū ad expiandū peccatū ex quo tales infirmitates cōtingebant. Ratio aūt figuralis hay īmundiciay fuit: q; p huiusmodi exteriores īmundicias figurabantur diuersa peccata. Hā īmundicia cadaueris cuiꝰ cūq; significat īmundiciaz peccati quod est mors anime. Immūdicia aūt lepre significat īmūdiciaz heretice doctrine: tum q; heretica doctrina cōtagiosa est sicut z lepra: tum quia nulla etiā falsa doctrina est q; vera falsis nō admisceat: sicut etiaz in pfice corporis leprosi apparet quedā distinctio q; rundam maculay ab alia carne integra: p īmundiciam aūt mulieris sanguiflue designat īmundicia idolatrie ppter īmolaticiū cruoꝛē: p īmundiciam vero viri seminiflui designat īmūdicia vane locutionis eo q; semē est verbū dei. Per īmundiciā vero coitus z mulieris parietis designat īmundicia peccati originalis. Per īmundiciā vero mulieris mēstruate designat īmundicia mētis pvoluptates emollite. vniuersalia vero p īmundiciā contactus rei īmunde designat īmundicia cōsensus in peccatum alterius: fm illud. 2. ad corinth. 6°. Exite ō medio eoz z separamini z īmundū ne tetigeritis. Huiusmodi aūt īmundicia cōtactus deriuabat etiam ad res inanimatas: quicquid enim quocūq; mō tangebat īmundus īmundū erat. In quo lex attendit superstitionē gentiliū: qui nō solū p contactū īmūdi dicebāt īmundiciā cōtrahi: sed etiā p collocutionem aut per aspectū: vt rabi moyses dicit de muliere mēstruata: p hoc aūt mystice significabat id q; dicit sap. 14°. Similiter odio sunt deo impius z impietas eiꝰ. Erat aūt z īmundicia quedā ipsaruz rerum inanimay scōm se: sicut erat īmundicia lepre in domo z in vestimētis. Sicut enim morbꝰ lepre accidit i hominibꝰ ex humore corrupto putrefaciente carnē z corrūpente: ita etiā ppter aliquaz corruptionē z excessum humiditatis vel siccitatis fit quādoq; aliqua corrosio in lapidibꝰ domus vel etiā in vestimētis: z ideo hāc corruptionē vocabat lex lepraz: ex qua domꝰ vel vestis īmunda iudicaretur: tum quia ois corruptio ad īmūdiciā ptinebat: vt dictū est: tum etiā q; circa huiusmodi corruptionem gētiles deos penates colebāt: z ideo lex precepit huiusmodi domꝰ in quibꝰ fuerit talis corruptio perseueras destrui z vestes cōburi ad tollendam idolatrie occasionē. Erat etiā z quedā īmundicia vasoz de qua dicitur numeri. 19°. Vas quod non habuit cooperculū z ligaturā desup īmundū erit. Cuiꝰ īmundicie cā est: q; in talia vasa de facili poterat aliquid īmūdū cadere: vnde poterant īmūdari. Erat etiā hoc preceptū ad declinandā idolatriā. Credebant enim idolatre q; si murus aut lacerte: vel aliquid huiusmodi que īmolabāt idolis caderent in vasa vel in aqs q; essent dōs gratiosa. Adhuc etiā alique mulierc̄ule vasa dimittūt discoopta in obsequiū nocturnoz numinū que ianas vocant. Hay aūt īmundiciay ratio est figuralis: q; p lepram domus significat īmūdicia congregatōis hereticoz um: p lepram vero in veste linea significatur puersitas moz ex amaritudine mētis: p lepraz vero vestis lanee significat puersitas adulatoz: p lepraz in stamine significantur vitia aīe: p lepraz vero i subtegmine significant peccata carnalia: sicut enim stamē est in subtegmine: ita aīa in corpore: p vas aūt quod nō habet cooperculū nec ligaturā significat homo qui non habet aliqd velamē tacitur nitatis: z qui nō constringit aliq censura disciplineCAd quintū dicendū q; sicut dictum est: duplex erat īmundicia in legevna quidē p aliquā corrupti onem mētis vel corporis: z hec etiā īmundicia maioz erat. Alia vero erat īmundicia ex solo contactu rei īmunde. z hec minoz erat z facilioz ritu expiabat: nam īmundicia prima expiabat per sacrificia p peccato: quia omnis corruptio procedit ex peccato z peccatū significat: sed secūda īmundicia expiabatur p solā aspersionē aque cuiusdā: de q; qdē aqua expiationis habet numeri. 19°. Mādat enim ibi a dño q; accipiāt vaccā ruffā in memoriā peccati qđ cōmiserūt in adoratione vituli: z dicit vacca magis q; vitulus: q; sic dōs synagogā vocare psueuit: fm illud osee. 5°. Sicut vacca lasciuiēs declinauit israel: z hoc forte ideo q; vaccas in more egyptū coluerūt: fm illud osee. x°. Vaccas bethauē coluerūt: z i detestationē peccati idolatrie īmolabat extra castra: z vbicūq; sacrificiū fiebat p expiatione multitudinis peccatoz cremabat extra castra totū: z vt significaret p hoc sacrificiū cmūdari populus ab vniuersitate peccatoz: intingebat sacerdos digitū in sanguine eiꝰ z aspergebat ptra foras sanctuarū septē vicibꝰ: quia septenariꝰ numerꝰ vniuersitatē significat: z ipsa etiaz aspersio sanguinis ptinebat ad detestationē idolatrie: in q; sanguis īmolaticius nō effundebat: sz congregabat z circa ipsum boies comedebāt in honoꝛē idoloz. Cōburebatur aūt in igne: vel quia deus moysi in igne apparuit z in igne data est lex: vel q; per hoc significabatur q; idolatria totaliter erat extirpāda z oē quod ad idolatriā pertinebat: sicut vacca cremabatur cum pelle z carnibꝰ: sanguine z fimo. Ramē traditis. Addiūgebat etiā in combustione lignū cedrinuz: hysopus: coccusq; bis tinctus ad significādum q; sicut ligna cedrina nō de facili putrescūt: z coccus bis tinctus nō amittit coloꝛē: z hysopꝰ retinet etiā odoꝛē postq; fuerit desiccatus. Ita etiaz hoc sacrificiū erat in cōseruationē ipsius populi z honestatis z deuotionis ipsiꝰ: vnde dicit de cinere bus vacce vt sint multitudini filioz israel in custodiam. Vel fm iosephū quattuoz elementa signata sunt: ignis enim apponebat cedrus significās terra propter sui terrestritatē. hysopus significās aerez propter odoꝛē: coccus significās aquā cadez rōne

qua etiã purpura ꝓpter tincturis que ex aquis sumũtur: vt p hoc exprimeret q illud sacrificiũ offerebatur creatori quattuor elementorũ: ⁊ quia huiusmodi sacrificiũ offerebat ꝓ peccato idolatrie: in eius detestationẽ ⁊ comburens: ⁊ cineres colligẽs ⁊ ille qui aspergit aquas in quib⁹ cinis ponebatur ĩmundi reputabant̃: vt p hoc ostenderet q qcquid quocũq; modo ad idolatriã ptinet quasi ĩmundum est abiciendũ. Ab hac autẽ ĩmundicia purificabant̃ per solã vestimentorũ ablutionẽ: nec indigebãt aqua aspergi ꝓpter huiusmodi ĩmundicia: quia sic esset ꝓcessus in infinitũ. Ille enim qui aspgebat aq̃ ĩmundus fiebat: ⁊ sic si ipse seipsũ aspgeret ĩmundus remaneret. Si aũt alius eũ aspgeret ille ĩmundus esset: ⁊ sic in infinitũ. Figuralis aũt ratio huius sacrificij est q ꝓ vaccã ruffam signat christ⁹ fm infirmitatẽ assumptã quã femin⁹ sex⁹ designat: sanguinẽ ãt passionis ei⁹ designat vacce color. Erat aũt vacca rufa etatis integre: q ois operatio christi est pfecta ĩ qua nulla erat macula nec portauit iugũ peccati: ꝓcipit aũt adduci ad moysen: q ĩputabãt ei trãsgressionẽ mosaice legis in violatione sabbati: ꝓcipit autẽ tradi eleazaro sacerdoti: quia christ⁹ occidẽdus in manus sacerdotũ traditus est: ĩmolat aũt extra castra: quia extra portã christus passus est intingit autem sacerdos digitũ in sanguinẽ ei⁹ quia p discretionẽ quã digitus significat mysteriũ passionis christi est cõsiderandũ ⁊ ĩmitandũ. Aspgitur aũt cõtra tabernaculũ p quod synanoga designatur: vel ad condẽnationẽ iudeorũ nõ credentiũ: vel ad purificationẽ credentiũ: ⁊ hoc septẽ vicibus: vel ꝓpter septẽ dona spiritus sancti: vl p pter septẽ dies in quib⁹ ómne tẽpus intelligit. Sũt aũt oia que ad christi incarnationem pertinẽt igne cremãda. i. spiritualiter intelligẽda: nã per pellem ⁊ carnẽ exterior christi operatio significat: p sanguinẽ subtilis ⁊ interna virtus exteriora factaver sificãs: p simũ lassitudo sitis: ⁊ oia huiusmodi ad infirmitatẽ pertinẽtia. Addũtur aũt tria. s. cedrus quod significat altitudinẽ spei vel contẽplationis. Hyssopus qõ significat humilitatẽ vel fidez. Cocc⁹ bis tinctus significat geminã charitatẽ: p hec enim debem⁹ christo passo adherere. Ista aũt cinis cõbustionis colligit a viro mũdo: q reliquie passionis peruenerũt ad gẽtiles qui nõ fuerũt culpabiles in christi morte. Apponunt aũt cineres in aqua ad expiandũ: q ex passione christi baptim⁹ sortitur virtutẽ emũdãdi peccata. Sacerdos aũt q ĩmolabat ⁊ cõburebat vaccã: ⁊ ille q cõburebat ⁊ q colligebat cineres ĩmundus erat ⁊ etiam qui aspergebat aquã: vel q iudei sunt facti ĩmundi ex occasione christi: p quã nostra peccata expiãtur: ⁊ hoc vs q ad vesperũ. i. vsq; ad finem mũdi quãdo relique israel cõuertent̃: vel q illi qui tractãt sancta intendẽtes ad emundationẽ aliorũ: ipsi etiã aliq̃s ĩmundicias cõtrahũt: vt greg. dicit in pastorali. Et hoc vsq; ad vesperũ. i. vsq; ad finẽ ꝑsentis vite. ¶ Ad sextũ dicendum q sicut dictum est: ĩmundicia que ex corruptione prouenichat vel mentis vel corporis: expiabatur per sacrificia pro peccato. Offerebantur autem specialia sacrificia pro peccatis singulorum: sed quia aliqui negligẽtes erant circa expiationem huiusmodi peccatorum ⁊ ĩmundicia ꝓ vel etiam ꝓpter ignorantiã ab expiatione huius modi desistebant: institutum fuit vt semel in anno decima die septima die mensis fieret sacrificiũ expiationis pro toto populo: ⁊ quia sicut apostolus dicit ad heb. 7ᵒ. Lex ꝓstituit homines sacerdotes infirmitatez habentes oportebat q sacerdos pri⁹ offerret pro seipso vitulum pro peccato in cõmemorationem peccati quod aaron fecerat in cõflatione vituli aurei: ⁊ arietem in holocaustum: per quod significabatur q sacerdos prelatio quã aries designat q est dux gregis: erat ordinãda ad honorem dei. Deinde autẽ offerebat pro populo duos hircos: quorum vnus ĩmolabatur ad expiandum peccatum multitudinis: hircus enim animal fetidum est: ⁊ de pilis eius fiunt vestimenta pungẽtia: vt per hoc significaret fetor ⁊ ĩmundicia aculei peccatorũ. Huiusmodi autem hirci ĩmolati sanguis inferebatur simul etiam cum sanguine vituli in sancta sanctorum: ⁊ exaspergebatur ex eo totũ sanctuarium ad significandũ q tabernaculũ emũdabatur ab ĩmundicijs filiorum israel. Corp⁹ vero hirci ⁊ vituli que ĩmolata sũt pro peccato oportebat cõburi ad ostendendũ consũmationẽ peccatorum: nõ autem in altari: q ibi non cõburebãtur totaliter nisi holocausta: vnde mãdatum erat vt cõburerentur extra castra in detestationẽ peccati hoc enim fiebat quãdocũq; ĩmolabatur sacrificiũ pro aliquo graui peccato: vel ꝓ multitudine peccatorum. Aliter vero hircus emittebatur in desertum: nõ quidem vt offerretur demonib⁹ quos colebãt gentiles in desertis: q eis nihil licebat ĩmolari sed ad significandum effectum illius sacrificij ĩmolati: ⁊ ideo sacerdos ĩponebat manus super caput eius confitens peccata filiorum israel: ac si ille hircus deportaret ea in desertum vbi a bestijs comederetur: q̃si portans penã pro peccatis populi. Dicebatur autem portare peccata populi: vel quia in eius emissione significabatur remissio peccatorum populi: vel quia colligebatur super caput eius aliqua cedula vbi erãt scripta peccata. Ratio autem figuralis horũ erat quia christus significat ⁊ per vitulum ꝓpter virtutẽ: ⁊ per arietez: quia ipse est dux fideliũ: ⁊ per hircum ꝓpter similitudinem carnis peccati: ⁊ ipse est ĩmolatus ꝓ peccatis ⁊ sacerdotum ⁊ populi: quia pro eius passione et maiores ⁊ minores a peccato mundãtur. Sãguis autem vituli ⁊ hirci infert ĩ sancta per pontificẽ: quia per sanguinẽ passionis christi patet nobis introitus in regnũ celorum. Comburunt̃ aũt eorum corpora extra castra: q extra portã christ⁹ passus est: vt aplꝰ dicit ad heb. vltimo. ¶Per hircũ autẽ q emittebat pot̃ significari vel ipsa diuinitas christi que in solitudinẽ abijt hoie christo patiente: non q dem locum mutãs sed virtutẽ cohibẽs: vel significatur ꝓcupiscentia mala quã debem⁹ a nobis abijcere: virtuosos autem motus dño ĩmolare. De im

mūdicia vero eoꝝ qui huiusmodi sacrificia cōburebāt eadem ratio est que in sacrificio vitule rufe dicta est. ¶ Ad septimū dō q̄ p ritū legis leprosꝰ nō emūdabat a macula lepre: sed emūdatus ostēdebatur: ⁊ hoc significat Leuit. 14°. cum dicit de sacerdote. Cum inuenerit lepra esse mūdatā: p̄cipiet ei qui purificat: iā ergo lepra mūdata erat: ꝛ purificari dicit in q̄tum iudicio sacerdotis restituebat consortio hoium ⁊ cultui diuino. Contingebat tn̄ q̄nq̄ vt diuino miraculo p ritū legis corporalis mūdaretur lepra q̄n sacerdos decipiebat in iudicio. Huiusmodi aūt purificatio leprosi dupliciter fiebat: nā primo iudicabat esse mūdus. secūdo aūt restituebat tāquā mundus consortio hominū ⁊ cultui diuino. ſ. post septez dies. In prima aūt purificatione offerebat p se leprosus mundādus duos passeres viuos ⁊ lignū cedrinum: ⁊ vermiculū ⁊ hysopū hoc modo vt filo coccineo ligaretur passer ⁊ hysopus simul cum ligno cedrino: ita. ſ. q̄ lignū cedrinū essꝫ quasi manubriū aspersorū. Hysopus vero ⁊ passer erāt id q̄d de aspersorio tingebatur in sanguine alterius passeris imolati in aquis viuis. Hec aūt quattuor offerebat ꝓtra q̄ttuor defectus lepre. Nā cōtra putredinē offerebatur cedr⁹ que est arbor imputribilis: cōtra fetorē hysop⁹: que est herba odorifera: cōtra insensibilitatē: passer viuus cōtra turpitudinē coloris: vermiculus qui habet viuū colorē. passer vero viuus aduolare dimittebat in agrū: q̄ lepra restituebat pristine libertati. In octauo vero die admittebat ad cultū diuinū ⁊ restituebat consortio hominū. Primo tn̄ rasis pilis totius corporis ⁊ vestimentis eo q̄ lepra pillos corrodit ⁊ vestimēta coinquinat ⁊ fetida reddit: ⁊ postmodū sacrificium offerebat p delicto eius: q̄ lepra plerūq̄ inducit p peccato. De sanguine aūt sacrificij tangebat extremū auricule eius qui erat mūdādus: ⁊ polices manus dextre ⁊ pedis: q̄ in istis ptibus primū lepra dignoscitur ⁊ sentit: adhibebātur etiā huic rituī tres liquores. ſ. sanguis cōtra sanguinis corruptionē oleū ad designādū sanationē morbi: aqua viua ad emūdāduꝫ spurcitiā. Figuralis aūt ratio erat: q̄ per duos passeres significātur diuinitas ⁊ humanitas xp̄i: quoꝝ vnus. ſ. humanitas imolat i vase fictili sup aquas viuētes: q̄ p passionē xp̄i aq̄ baptismi cōsecrātur. Alius aūt. ſ. ipassibilis diuinitas viuus remanebat: q̄ diuinitas mori nō p̄t vnde ⁊ auolabat: q̄ passiōe astringi non poterat. Hic aūt passer viuus simul cū ligno cedrino ⁊ coccо: vel vermicula ⁊ hysopo. i. fide spe ⁊ charitate vt supra dictum est: mittitur in aquā ad aspgendū q̄ i fide dei ⁊ hois baptizamur. Lauat aūt homo p aquā baptismi vel lachrymaꝝ. vestimēta sua. i. opa ⁊ oēs pilos. i. cogitatiōes. Tāgitur aūt extremū auricule dextre eius qui mūdat de sanguine ⁊ de oleo vt eius auditū muniat cōtra corrūpentia verba. Polices aūt manus dextre ⁊ pedis tāguntur vt sit eius actio sancta. Alia vero que ad hanc purificationē ptinēt vel etiā aliaꝝ imūdiaꝝ nō hn̄t aliquid spāle p̄ter alia sacrificia ꝓ p̄ctis vel ꝓ delictis. ¶ Ad octauū dō q̄ sicut populꝰ instituebat ad cultū dei p circūcisionē: ita minister p aliq̄ spālem purificationē vel ꝓsecrationē. vnde ⁊ separi ab aliꝭ p̄cipiūt quasi spāliter ad ministeriū cultus diuini p aliꝭ deputati: ⁊ totū q̄d circa eos fiebat in eoꝝ cōsecratiōe vel institutiōe: ad hoc ptinebat vt ostēderet eos habere quādā ꝓgatiuaꝫ puritatis ⁊ veritatis ⁊ dignitatis: ⁊ ideo in institutiōe ministroꝝ tria fiebāt. Primo eni purificabātur. ſcō ordinabāt ⁊ ꝓsecrabāt. tertio applicabātur ad vsum ministerij. Purificabāt quidē cōiter oēs p ablutionē aque: ⁊ p quedā sacrificia. Spāliter aūt leuite radebāt oēs pilos carnis sue: vt habet Leuit. 7°. Cōsecratio vero circa pontifices ⁊ sacerdotes hoc ordie fiebat. Prio. n. postq̄ ablutī erāt induebātur q̄busdā vestimētis spālibꝰ ptinētibꝰ ad designādū dignitatē ip̄oꝝ. Spāliter autē pōtifex oleo vnctionis in capite vngebat: vt designaret q̄ ab ipso diffundebat ptās consecrādi ad alios: sicut oleuꝫ a capite deriuat ad inferiora: vt habet in ps. Sicut vnguētū in capite q̄d descendit in barbā Aaron. Leuite vero nō habebāt aliā cōsecrationē nisi q̄ offerebāt dño a filiꝭ israel p manus pōtificis qui orabat p eis. Minoꝝ vero sacerdotū sole manus cōsecrabātur: que erāt applicande ad sacrificia: ⁊ de sanguine aialis imolatiq̄ tingebat extremū auricule dextre ip̄oꝝ: ⁊ policeſ pedis aut manus dextre: vt. ſ. eēnt obediētes legi dei in oblatiōe sacrificioꝝ: q̄d significat in ūtinctione auris dextre: ⁊ q̄d eēnt solliciti ⁊ ꝑmpti in executione sacrificioꝝ: quod sacrificatur in intentiōe pedis ⁊ manus dextre aspgebātur etiā ipsi ⁊ vestimenta coꝝ sanguine aialis imolati in memoriā sanguinis agni p quem fuerunt liberati in egypto. offerebātur aūt in eoꝝ consecratione huiusmodi sacrificia. vitulus ꝓ peccato in memoriam remissionis peccati. Aaron circa conflationē vituli: aries in holocaustum in memoriaꝫ oblationis Abrahe: cuius obedientiam pontifex imitari debebat. Aries etiam consecrationis qui erat quasi hostia pacifica in memoriā liberationis de egypto p sanguinem agni. Canistrum autem panum in memoriā manne p̄stiti populo pertinebat ad applicationē ministerij quod imponebatur super manus eorum. Adeps arietis: ⁊ tota panis vnius: ⁊ armus dexter vt ostenderetur q̄ accipiebant potestatem huiusmodi offerendi domino. Leuite vero applicabantur ad ministeriuꝫ per hoc q̄ intromittebantur in tabernaculuꝫ federis quasi ad ministrandum circa vasa sanctuarij. Figuralis vero horuꝫ ratio erat: quia illi qui sunt consecrandi ad spirituale ministerium christi debent primo purificari per aquam baptismi ⁊ lachrymarum in fide passionis christi quod expiatiuum ⁊ purgatiuum sacrificiuꝫ: ⁊ debent radere omnes pilos carnis eius idest omnes prauas cogitationes debent etiam ornari virtutibus ⁊ consecrari oleo spiritus sancti: ⁊ aspersione sanguinis christi: ⁊ sic debent esse intenti ad exequenda spiritualia ministeria. ¶ Ad nonum dicendum. q̄ sicut iam di-

ctum est: intentio legis erat inducere ad reuerentiã diuini cultus: & hoc dupliciter. Uno mõ excludẽdo a cultu diuino omne id qõ poterat esse contẽptibile. Alio modo apponẽdo ad cultũ diuinũ omne illud qõ videbat ad honorificẽtiã ptinere: & si hoc quidẽ obseruabat in tabernaculo & vasis eius & aialibus imoladis: multo magis hoc obseruãdũ erat in ipsis ministris: & ideo ad remouẽdũ contẽptum ministrorũ preceptum fuit vt nõ haberent maculã vel defectũ corpalem: q; huiusmodi homines solẽt apud alios incontẽptu haberi propter quod etiã institutũ fuit vt nõ sparsim ex quolibet genere ad dei ministeriũ applicarẽtur: ex certa psapia fm generis successionẽ: vt ex hoc clariores & nobiliores haberent. ad hoc aũt q; in reuerẽtia haberẽtur adhibebat eis spalis ornatus vestium & spalis cõsecratio: & hec est in cõi cã ornat9 vestiũ. Jn spali aũt sciẽdũ est q; pontifex habebat octo ornamẽta. Primo enĩ habebat vestẽ lineam scõo habebat tunicã hyacinthinã: in cuius extremitate versus pedes ponebãtur p circuitũ tintinnabula quedã & mala punica facta ex hyacintho & purpura coccoq; bis tincto. Tertio habebat superhumerale qõ tegebat humeros & anteriorem ptez vsq; ad cingulũ: qõ erat ex auro & hyacintho purpura coccoq; in bis tincto & byssо retorta: & sup humeros habebat duos onichinos in quibus erãt sculpta nomina filioz israel. Quartũ erat rõnale ex eadẽ materia factũ: qõ erat q̃dratũ: & põebatur in pectore: & diligebat superhumerali: & i hoc rõnali erãt duodecim lapides pciosi distincti per quattuor ordines: in quibus etiã sculpta erãt noia filioz israel quasi ad designãdũ q; ferret onus totius populi: p hoc q; habebat noia eorũ in humeris & q; iugiter debebat de eoz salute cogitare: p hoc q; portabat eos in pectore quasi in corde habens: in quo etiam rõnali mãdauit dñs poni doctrinam & veritatẽ: q; quedã ptinẽtia ad veritatẽ iusticie & doctrine scribebãtur in illo rõnali. Judei tñ fabulãtur q; in rõnali erat lapis qui fm diuersos colores mutabat fm diuersa que debebãt accidere filiis israel: & hoc vocãt veritatẽ & doctrinã. Quintũ erat baltheus idest cingul9 quidã fact9 ex predictis quattuor coloribus. Sextuz erat thyara. i. mitra quedã de byssо. Septimũ aũt erat lamina aurea pẽdens in fronte eius: in qua erat scriptum nomẽ domini. Octauũ aũt erat femoralia linea vt operirẽt carnem turpitudinis sue q̃ accederet ad sanctuariũ vel ad altare. Ex istis aũt octo ornamẽtis minores sacerdotes habebãt quattuor. s. tunicã lineã: femoralia & baltheũ & thyarã. Horũ ornamẽtoz quidã rõnem litteralẽ assignãt dicẽtes: q; i istis ornamẽtis designabat disposition orbis terrarũ: quasi põtifex ptestaret se eẽ ministrũ creatoris mundi. vnde etiã Sap. 18°. dicit q; in veste Aaron erat descriptus orbis terra. nã femoralia linea figurabãt terrã ex qua linũ nascitur: baltheĩ circunuolutio significabat oceanũ qui circũcingit terraz tunica hyacinthina suo colore significabat aerem per cuius tintinnabula significabãtur tonitrua: p mala granata corruscatiões. superhumerale vero significabat sua varietate celũ sidereuz: duo onichini duo emisperia: vel solẽ & lunã: duodecim gẽme in pectore: duodeciz signa in zodiaco: que dicebãtur posita in rõnali: q; in celestibus sũt rõnes terrenoz: fm illud Job. 38°. Nũquid nosti ordinem celi & ponis rõnẽ eius in terra. Cydaris autez vel thyara significat celuz empyrerũ. Lamina aurea deũ omnibus psidẽtẽ. Figuralis vero rõ manifesta est. Nã macule vel defectus corpales a quibus debebãt sacerdotes esse imunes: significãt diuersa vitia & pctã qubus debẽt carere. phibet enĩ esse cecus. i. ne sit ignorãs: ne sit claudus. instabilis & ad diuersa se inclinãs: ne sit paruo vel grãdi vel torto naso. i. p defectũ discretiois vel in plus vel in min9 excedat: aut etiã aliqua praua exerceat. Per nasum enĩ discretio designat q; est discretiuus odoris: ne sit fracto pede vel manu. i. ne amittat virtutẽ bene opandi vel pcedendi in virtutẽ. Repudiat etiã si habeat gibbum vel ante vel retro: p quez significat superfluus amor terrenoz. Si est lippus. i. per carnalẽ affectionẽ eius ingeniũ obscurat. Cõtingit enim lippitudo ex fluxu humoris. Repudiatur etiã si habeat albuginẽ in oculo. i. psumptionẽ cãdoris iusticie in sua cogitatione. Repudiat etiã si habeat iugem scabiẽ. i. petulãtiaz carnis & si habuerit ipetiginez que sine dolore corpus occupat & mẽbroz decorem fedat: p quã auaricia designat & etiã si sit hernioſus vel ponderosus: qui. s. gestat pondus turpitudiuis in corde: licet nõ exerceat in opere. Per ornamẽta vero designãt virtutes ministroruz dei. Sunt aũt quattuor que sunt necessaria oib9 ministris. s. castitas que significat p femoralia. Puritas vero vite que significat per lineaz tunicã. Moderatio discretionis que significatur per cingulum Et rectitudo intentionis que significatur per thyarã ptegenẽ caput. Sed pre his pontifices debẽt quattuor habere. Primo quidẽ iugẽ dei memoriã in contemplatione: & hoc significat lamina aurea habens nomen dei in fronte. Secundo q; supportent infirmitates populi: quod significat superhumerale. Tertio q; habeãt populum in corde & in visceribus per sollicitudinẽ charitatis quod significatur per rõnale. Quarto q; habeant conuersationẽ celestez per opera pfectionis: qõ significatur per tunicã hyacinthinã. vnde & tunice hyacinthine adiunguntur in extremitate: tintinnabula aurea: per que significatur doctrina diuinorum que debet coniungi celesti conuersationi pontificis. Adiunguntur autẽ mala punica: per que significatur vnitas fidei & concordia in bonis moribus: q; sic cõiuncta debet esse eius doctrina: vt p eam fidei & pacis vnitas nõ rumpatur.

Sextum sic pro\

ceditur. Uidet q; obseruantiarum cerimonialiuz nulla fuerit rationabilis causa. Quia vt Apostolus dicit. i. ad Thimo. 4°. Omnis creatura dei bona: & nihil reiciendum qõ cum gratiarum actiõe pcipit. inconuenienter igitur

phbiti sunt ab esu quorūdam ciborū tanq̄ īmundorum: vt patet Leuit. x. ¶ Preterea sicut aialia dātur in cibum hois: ita etiam z herbe: vnde dicit Gen. 9°. Quasi olera virētia dedi vobis oēm carnem. sed in herbis lex non distinxit aliquas īmundas: cum tñ alique illarū sint maxime nociue vtputa venenose. ḡ videt q̄ nec de aialibus aliqua debuerint phiberi tāquam īmunda. ¶ Preterea si materia est īmūda ex qua aliquid generat pari rōne videt q̄ id qđ generat ex ea fit īmūdū: ſz ex sanguine generat caro: cum igit non oēs carnes phiberent tanq̄ īmunde pari rōne nec sanguis debuit phiberi quasi īmūdus: aut adeps: qui ex sanguine generatur. ¶ Preterea Dñs dicit Matth. x. Eos nō esse timēdos qui occidūt corpus: q̄ post mortē non habēt qđ faciāt: qđ nō esset verū si in nocumētū hoī cederet quid ex eo fieret: multo igitur minus ptinet ad aialiam occisum qualiter ei° carnes decoquātur: irrōnabile igit videt esse qđ dicit Exo. 23°. Non coques hedū in lacte matris sue.

¶ Preterea ea que sunt primitiua in boib° z aialibus tanq̄ pfectiora pcipiūtur dño offerri: inconuenienter igit pcipit Leuit. 19°. Quādo ingressi fueritis terrā z plātaueritis in ea ligna pomifera: auferetis ppucia eorū. i. prima germina z īmūda erūt vobis nec edetis ex eis. ¶ Preterea vestimētū extra corpus hois est: nō igit debuerūt quedā spālia vestimēta īdeis interdici: puta qđ dicit Leuit. 19. Vestē que ex duob° texta est nō indueris. z Deutero. 22°. Nō induet mulier veste virili: z vir nō induetur veste feminea. z infra. Non indueris vestimēto qđ ex lana linoq̄ cōtextuz est. ¶ Preterea memoria mādatorū dei nō ptinet ad corp°: ſz ad cor. incōueniēter igit pcipit Deutero. vi. q̄ ligarēt pcepta dei quasi signum in manu sua: z q̄ scriberētur in limine ostiorū: z q̄ p angulos pallioꝝ facerent fimbrias in quib° ponerēt vitas hyacintinas in memoriā mādatorū dei: vt habet Numeri. xv. ¶ Preterea Apl's dicit. i. ad Corin. vi. q̄ non est cura deo de bobus: z p ons neq̄ de alijs aialibus irrōnalib°. incōueniēter igit pcipitur Deutero. 22. Si ambulaueris p viam z inueneris nidū auis nō tenebis matrē cum filijs. z Deutero. 15°. Non alligabis os bouis triturātis. z Leuitici. xix. Jumēta tua non facies coire cum alterius generis animātibus. ¶ Preterea inter plantas nō fiebat discretio mūdorum ab īmūdis: ergo multo min° circa cultura plātarū debuit aliqua discretio adhiberi. ḡ incōueniēter pcipit Leuit. xix. Agr̄ non seres diuerso semine. z Deutero. xxij. Non seres vineā tuā altero semine: z non arabis in boue simul z asino.

¶ Preterea ea que sunt inaiata maxime videtur hoium ptāti esse subiecta. incōueniēter igit arcet homo ab argēto z auro ex quibus fabricata sunt idola: z ab alijs que i idolorū domib° inueniūtur precepto legis qđ habet Deute. 7°. Ridiculū etiaz videt esse pceptū qđ habet Deutero. 23°. Ut egestiones humo operiret fodientes in terra. ¶ Preterea pietas maxime in sacerdotibus requirit: sed ad pietatē ptinere videt q̄ aliquis funeribus amicorū interſit. vnde etiaz de hoc Tobias laudat vt habetur Tobi. primo. Similiter etiā qnq̄ ad pietatē ptinet q̄ aliquis in vxorē accipiat meretricez q̄ p hoc eā a peccato z infamia liberat: ḡ videtur q̄ hec incōueniēter phibeātur sacerdotib° Leuit. xxi. ¶ Sed contra est qđ dicit Deute. 18. Tu aūt a domino deo tuo aliter institutus es. ex quo pōt accipi q̄ huiusmodi obseruātie sunt institute a deo ad quādā spālem illius populi progatiuā. nō ergo sunt irrōnabiles aut sine cā. ¶ Respondeo dicendū. q̄ populus iudeorū: vt supra dictū est: spāliter erat deputatus ad cultū diuinū: z inter eos spāliter sacerdotes: z sicut alie res que applicātur ad cultū diuinū aliquā spālitatem debent habere: quod ptinet ad honorificentiā diuini cultus: ita etiā z incōuersatione illius populi z precipue sacerdotū debuerunt esse aliqua spālia cōgruentia ad cultū diuinū vel spūalem vel corpalez. Cultus aūt legis figurabat mysteriū xpi: vnde oia eorū gesta figurabat ea que ad xpm ptinent: fm illud. i. ad Corint. x. Omnia in figurā cōtingebāt illis: z ideo rōnes harum obseruātiarū dupliciter assignari possūt. Uno mō fm ꝓgruentiā ad diuinū cultū. Alio modo fz q̄ figurat aliquid circa xpianorū vitā. ¶ Ad primum ergo dicendū. q̄ sicut supra dictū est: duplex pollutio vel īmundicia obseruabatur in lege. Una quidem culpe: p quā polluebat aīa. Alia aūt corruptionis cuiusdā p quā quodāmodo inquinat corpus. Loquēdo igit de prima īmūdicia nulla genera ciborū īmūdicia sunt. vel hoiem inquinare pōt fm suā naturā. vñ dicit Matth. 15°. Nō qđ intrat in os coinquinat hoiem. sed que pcedūt de ore hec coinquinat hoiez. z exponit hoc de pctis. Possunt tñ aliqđ sibi p accns inquinare aīam: inq̄tuz s. ꝺ obedientiā: vel votū: vel ex nimia cōcupiscētia comedūtur: vel inq̄tum pbent fomētum luxurie: pp quod aliqui a vino z carnibus abstinēt: fm aūt corpalē īmūdiciā que est corruptionis cuiusdā alique aialium carnes īmūdiciā hñt: vel q̄ ex rebus īmūdis nutriūtur: sicut porcus: aut īmūde puersant: sicut quedā aialia sub terra habitātia sicut talpe z mures z alia huiusmodi: vñ etiā quēdā fetorē ꝺhunt vel q̄ eorū carnes ꝓpter supfluā humiditatez vel siccitatē corruptos humores in corpibus hūanis generāt z ideo phibite sūt eis carnes aialiū hñtiū soleas. i. vngulā vnā non fissam: pp eorū terrestritatē: z similiter sunt eis phibite carnes aialiū habētiū multas fissuras in pedib°: q̄ sūt nimis colerica z adusta: sicut carnes leonis z huiusmodi: z eadē rōne phibite sunt eis aues quedā rapaces q̄ sunt nimie siccitatis: z qdā aues aquatice pp excessum humiditatis. Similiter etiā quidā pisces non hñtes pēnulas z squamas: vt anguille z huiusmodi pp excessū humiditatis. Sūt aūt eis cōcessa ad esum aialia ruminātia z findēria vngulā: q̄ habēt humores bñ digestos z sūt medie cōplexionis: q̄ nec sunt nimis humida: qđ significāt vngule neq̄ sunt nimis terrestria cū nō habeāt vngulā ꝓtinuā ſz fissam. In piscib° etiā ꝓcessi sūt eis pisces sicciores qđ significat p hoc q̄ hñt squamas z pēnulas p

hoc enim efficit tpata cōplexio humida piscium. In auibus etiam sunt eis cōcessa magis tpata: sicut galline: pdices ⁊ alie huiusmodi. Alia ratio fuit in detestatione idolatrie: nam gētiles ⁊ pcipue egyptij inter quos erāt nutriti huiusmodi aialia p bibita idolis īmolabāt: vel eis ad maleficia vtebātur. Aialia vero q̄ iudeis sūt cōcessa ad esu nō comedebāt: sed ea tāquā deos colebāt: vel pp aliam cām ab eis abstinebāt: vt supra dictū est. Tertia ratio est ad tollēdā nimiā diligentiā circa cibaria: ⁊ ideo cōcedunt illa aialia que de facili ⁊ in pmptu haberi possunt. generaliter tñ phibit⁹ est eis esus omnis sanguinis ⁊ adipis cuiuslibet aialis. sanguinis quidē tum ad vitandā crudelitatē vt detestarētur humanū sanguinē effundere: sicut supra dictū est: tum etiam ad vitandū idolatrie ritum: q̄ eor cōsuetudo erat vt circa sanguinē pgregatū aduna rent ad comedēdū in honore idolor: quib⁹ reputabāt sanguinē acceptissimū esse ⁊ ideo dns mandauit q̄ sanguis effunderet ⁊ q̄ puluere operietur ⁊ ppter hoc etiā phibitum est eis comedere aialia suffocata vel strangulata: q̄ sanguis eor nō separat a carne: vel q̄ in tali morte aialia multū afflīguntur: ⁊ dns voluit eos a crudelitate phibere etiā circa aialia bruta: vt per hoc magis recederēt a crudelitate hois hītes exercitiū pietatis etiā circa bestias. Adipis etiā esus phibitus est eis: tū q̄ idolatre comedebāt illū in honorē deor suor: tū etiā q̄ cremabat in honorē dei: tum etiā quia sanguis ⁊ adeps non generāt bonū nutrimētum: qō p cā inducit rabi Moyses. Causa aūt phibitionis esus neruor exprimit Gen. 32°. vbi dicit. q̄ nō comedūt filij israel neruū: eo q̄ tetigerit neruū femoris Jacob ⁊ obstipuerit. Figuralis aūt rō horum est: q̄ per oia huiusmodi aialia phibita designāt aliqua pcā in quor figurā illa aialia phibebant: vnde dicit Aug. in libro contra Faustū. Si de porco ⁊ agno requirat: vtrūq̄ natura mundū est: q̄ omnis creatura dei bona est. quadā vero significatione agnus mūdus: porcus īmūdus est: tanquā si stultū ⁊ sapiētē diceres: vtrūq̄ hoc verbū natura vocis ⁊ litteraꝝ ⁊ syllabaꝝ ex quibus constat mūdum est. significatiōe aūt vnū est mundū ⁊ aliud īmundū. Animal eni q̄ rūminat ⁊ vngulā findit mundū est significatiōe: q̄ fissio vngule significat distinctionē duor testamētor: vel patris ⁊ filij: vel duaꝝ naturarū in xpo: vel discretionē bōi ⁊ mali. Rūminatio aūt significat meditationē scripturaꝝ ⁊ sanum intellectū eaꝝ. Cuicūq̄ aūt horꝝ alterū deest spūaliter īmundus est. Similiter etiā in piscibus illi qui habēt squāmas ⁊ pēnulas significatione mundi sunt: q̄ p pēnulas significat vita sublimis: vel contēplatio. p squāmas aūt significatur aspa vita: quoꝝ vtrūq̄ necessariū est ad mundiciā spūalem. In auibus aūt spālia quedā genera, phibent. In aquila enim que alte volat, phibet supbia. in gryphe aūt qui equis ⁊ boibus infestus est crudelitas potentum, phibet: in halyeto autē qui pascit minutis auib⁹ significant illi qu sūt pauperibus molesti. In miluo aūt qui maxie insidīs vtit: designant fraudulenti. In vulture aūt qui sequit exercitu expectās comedere cadauera mortuoꝝ. significant illi qui mortes ⁊ seditiōes hominū affectāt vt inde lucrent. Per aialia cozuini generis significant illi qui sunt voluptatib⁹ denigrati: vel qui sunt expertes bone affectionis: q̄ cozu⁹ semel emissus ab archa nō est reuersus. Per struthionē qui cum sit auis volare non pōt: sed semp est circa terrā: significant deo militātes ⁊ se negocijs secularibus implicātes. Nycticoraꝝ que in nocte acuti est visus. in die aūt non videt significat eos qui in tpalibus sunt astuti: in spūalibus hebetes. Larꝰ aūt qui ⁊ volat in aere ⁊ natat in aqua: significat eos qui ⁊ circūcisionē ⁊ baptismū veneranť: vel significat eos qui p ꝓtemplationē volare volunt: ⁊ tamē viuūt in aquis voluptatū. Accipiter vero qui deseruit hominibus ad predā significat eos qui ministrant potentibus ad depredandum paupes. Per bubonē qui i nocte victū querit: de die aūt latet: significant luxuriosi qui occultari q̄runt in nocturnis opibus que agūt. Mergulꝰ aūt cuius natura est vt sub vndis diutius īmoret: significat gulosos qui in aqs delicijs se īmergūt. Ibis vero auis est in affrica hīs longū rostū que ex serpētibus pascit ⁊ forte est idē qō ciconia: ⁊ significat inuidos: qui de malis alioꝝ quasi de serpētib⁹ reficiunt. Cignus aūt est colorīs cādidi: ⁊ longum collū habet: qui ex pfunditate terre vel aque cibū trahit: ⁊ pōt significare hoies qui p exteriorē instar candorem lucra terrena querūt. Onocrotalus aūt auis est in ptibus orientis longo rostro: que in faucibus habet quosdā folliculos in quibus pmo cibū reponit ⁊ post horā in ventrē mittit: ⁊ significat auaros qui īmoderata sollicitudine necessaria vite cōgregant. Porphyrio aūt preter moduꝝ aliaꝝ auium hꝫ vnū pedem latū ad natandū aliū fissum ad ambulandū: q̄ ⁊ in aqua natat vt anates ⁊ in terra ambulat vt pdices: solo morsu bibit oēm cibum aqua tingēs: ⁊ significat eos qui nihil ad alterius arbitriū facere volūt: sed solum quod fuerit tinctum aqua ꝓprie voluntatis. Per herodionē qui vulgariter falco dicit: significāt illi quorum pedes sunt veloces ad effundendū sanguinē Caradrion aūt que est auis garrula significat loquaces. Upupa aūt que nidificat in stercoribus ⁊ fetenti pascit fimo: ⁊ gemitu in cātu simulat significat tristiciā seculi que in hominibus īmūdis mortem opat. Per vesptilionē aūt que circa terrā volitat: significant illi qui seculari sciētia prediti sola terrena sapiunt. Circa volatilia aūt etiā quadrupedia illa sola concedūtur eis que posteriora crura habent longiora: vt salire possint: alia vero que terre magis adherent, phibent: q̄ illi qui abutunt doctrina quattuor euāgelistaꝝ vt p eam in altum nō subleuētur: īmūdi reputant. In sanguine vero ⁊ adipe ⁊ neruo itelligit, phiberi crudelitas ⁊ voluptas ⁊ fortitudo ad peccandum. ¶ Ad secundū dicēdum q̄ esus plātaꝝ aliorum terre nascētium fuit apud homines etiam ante diluuium: sed esus carnium videtur esse post diluuiū introduct⁹. Di

citur enim Gen. xlij. Quasi olera virētia dedi vobis oēm carnem: ꝛ hoc ideo: qz esus terre nascentium magis pertinet ad quandā simplicitatē vite. esus aūt carniū ad quasdam delicias ꝛ curiositatem viuendi. sponte enim terra herbaz germinat: vel cum modico studio huiusmodi terre nascētia in magna copia ꝓcurātur: oportet aūt cū magno studio aīalia vel nutrire: vel etiā capere: ꝛ ideo volens dom⁹ populū tuum reducere ad simpliciorem victum. multa in ḡnere aīalium eis ꝓhibuit: non aūt in genere terre nascētium: vel etiā quia animalia īmolabātur idolis non aūt terre nascentia. ¶ Ad tertiū patet responsio ex dictis. ¶ Ad quartū dō ꝙ ꝛ si hedus occisus non sentiat qualiter carnes eius coquātur tñ in animo decoquētis ad quādam crudelitatē ptinere videtur si lac matris quod datum est ei ꝓ nutrimēto adhibeatur ad consumptionē carnium ipsius. Vel pōt dici ꝙ gentiles in solēnitatibus idolorum taliter carnes hedi decoquebāt vel ad īmolādum vel ad comedendum. ꝛ ideo Exo. 23. postꝙ ꝑdictus fuerat de solēnitatibus celebrandis in lege subditur. Nō coques hedum in lacte matris sue. Figuralis autem ratio huius ꝓhibitionis est: qz ꝑfigurabat ꝙ christus qui est hedus ꝓpter similitudinē carnis peccati non erat a iudeis coquēdus. i. occidēdus in lacte matris idest tempore infantie vel significat ꝙ hedus idest peccator non est coquendus in lacte matris idest non est blanditijs deliniēdus. ¶ Ad quintū dō. ꝙ gentiles fructus primitiuos quos fortunatos extimabāt dijs suis offerebāt: vel etiā cōburebant eos ad quedā magica faciēda: ꝛ ideo ꝑceptum est eis vt fructus trium primoꝝ annoꝝ ĩmūdos reputarēt. In tribus enī annis fere oēs arbores terre illius fructū ꝓducūt que. s. vel seminādo: vel inserēdo: vel plantādo colūtur. Raro aūt contingit ꝙ ossa fructuū arboris vel semina latentia seminētur. hec enim tardius facerēt fructū: sed lex respexit ad id quod frequētius fit. Poma aūt quarti anni tanꝙ primicie mūdorum fructuū deo offerebant. quinto aūt anno ꝛ deinceps comedebātur. Figuralis aūt ratio est quia p hoc ꝑfigurat ꝙ post tres status legis quorum vnus est ab Abraham vsq; ad Dauid: secūdus vsq; ad trāsmigrationē babylonis. tertius vsq; ad christū erat christ⁹ deo offerēdus qui est fructus legis: vel qz primordia nostroꝝ operum debēt eē nobis suspecta ꝓpter impfectionē. ¶ Ad sextū dicēdū ꝙ sicut dicit Eccle. xix. Amictus corporis enunciat de homine: ꝛ ideo voluit dominus vt populus eius distingueretur ab alijs populis: non solū signo circūcisiōis quod erat in carne: sed etiā certa habitus distinctione: ꝛ ideo ꝓhibitum fuit eis ne induerētur vestimēto ex lana ꝛ lino contexto: ꝛ ne mulier induerētur veste virili: aut ecōuerso ꝓpter duo. Primo quidem ad vitandū idolatrie cultuz. Huiusmodi enim varijs vestibus ex diuersis contextis gētiles in cultu suoꝝ deorum vtebantur: ꝛ etiam in cultu Martis mulieres vtebātur armis viroꝝ. in cultu aūt Veneris ecōuerso viri vtebātur vestib⁹ mulieꝝ. Alia ratio est ad declinandā luxuriā: nam per cōmixtiones varias in vestimētis ois inordinata cōmixtio coitus excluditur: ꝙ aūt mulier induat veste virili: aut econuerso incentiuū est cōcupiscētie: ꝛ occasionē libidini prestat. Figuralis autē rō est: qz in vestimēto contexto ex lana ꝛ lino interdicitur coniunctio simplicitatis ꝛ innocentie que figuratur per lanam: ꝛ subtilitatis malicie que figuraf ꝑ linum. Prohibet etiam ꝙ mulier non vsurpet sibi doctrinā vel alia viroꝝ officia: vel vir nō declinet ad mollicies mulierū. ¶ Ad septimū dō ꝙ sicut Hieronim⁹ dicit sup Matth. Dom⁹ iussit vt in ḡttuor angulis pallioꝝ hyacinthinas fimbrias facerent ad populū israel dinoscendum ab alijs populis: vnde per hoc se esse iudeos ꝓfitebātur: ꝛ ideo p aspectum huius signi inducebant in memoriam sue legis: ꝙ autem dicit. Ligabis ea in manu tua ꝛ erūt semp ante oculos tuos. pharisei male interpretabant scribentes in mēbranis decalogum Moysi: ꝛ ligabant in fronte quasi coronā vt ante oculos mouerētur: cum tamē intentio domini mandantis fuerit vt signarent in manu idest in operatione: ꝛ essent ante oculos. i. in meditatione In hyacintinis autē vitis que pallijs inserebātur significat celestis intentio que omnibus operibus nostris debet adiungi. Pōt tamē dici ꝙ quia populus ille carnalis erat dure cervicis: oportuit eiam p huiusmodi sensibilia eos ad legis obseruantiam excitari. ¶ Ad octauū dicendū ꝙ affect⁹ hominis est duplex. Vnus quidem fm rationē: alius vero fm passionē: fm igitur affectum rationis nō refert quid homo circa bruta animalia agat: quia omnia sunt subiecta eius potestati a deo: secūdum illud psal. Omnia subiecisti sub pedib⁹ eius: ꝛ fm hoc Apostolus dicit ꝙ non est cura deo de bobus quia deus non requirit ab homine quid circa boues agat vel circa alia animalia Quantum vero ad affectum passionis mouetur affectus hominis etiam circa alia animalia: quia enim passio misericordie consurgit ex afflictionibus aliorum: contingit etiam bruta animalia penas sentire: potest in homine consurgere misericordie affectus etiā circa afflictionē animalium. proximus aūt est vt qui exercetur in affectu misericordie circa animalia: magis ex hoc disponatur ad affectum misericordie circa homines: vnde dicitur ꝓuer. xij. Nouit iustus animas iumentorum suorum. viscera autem impiorum crudelia: ꝛ ideo vt dominus populum iudaicum ad crudelitatem pronum ad misericordiam reuocaret: voluit eos exercere ad misericordiam etiam circa bruta animalia: prohibens quedam circa animalia fieri que ad crudelitatem quedam circa animalia viri que ad crudelitatē quandam pertinere videntur: ꝛ ideo prohibuit ne coqueretur hedus in lacte matris: ꝛ ꝙ non alligaret os bouī triturāti: ꝛ ꝙ non occideretur mater cuz filijs: quāuis etiam dici possit ꝙ hec prohibita sunt eis in detestationem idolatrie: nam egyptij nefarium reputabant vt boues triturantes de frugibus comederent: aliqui etiam malefici vtebantur

matre auis incubãte ⁊ pullis eius simul captis ad fecunditatem: ⁊ fortunam circa nutritionez filiorum: ⁊ quia etiaz in augurijs reputabatur hoc est fortunatum q̃ inueniretur mater incubans filijs. Circa ꝓmixtionẽ vero aialium diuerse spẽi rõ litteralis potuit esse triplex. Una quidẽ ad detestationẽ idolatrie egyptiorum qui diuersis cõmixtiõibus vtebãtur in seruitium planetarum: qui ꝑm diuersas cõiunctiones habẽt diuersos effectus: ⁊ super diuersas spẽs reruz. Alia ratio est ad excludẽdum concubitus contra naturã. Tertia rõ est ad tollendam vniuersaliter occasionẽ cõcupiscẽtie. Animalia enim diuersarũ specierũ non cõmiscentur de facili adinuicẽ nisi hoc per hoies ꝓcuretur: ⁊ in aspectu coitus aialium excitatur hoi concupiscẽtie motus. vnde ⁊ in traditionibus iudeorum ꝓhibitũ inuenit: vt rabi Moyses dicit vt homies auertant oculos ab aialibus coeũtibus. Figuralis aũt hoꝝ ratio est: q̃ boui triturãti idest ꝓdicatori deferẽtes segetes doctrine non sunt necessaria victꝰ subtrahẽda: vt Apls dicit. i. ad Corint. 9. Mã trem etiã non simul debemus tenere cum filijs: q̃ in quibusdã retinẽdi sunt spũales sensus quasi filij ⁊ dimittẽda est litteralis obfuãtia q̃si mater sicut in oibus cerimonijs legis: ꝓhibetur etiã q̃ iumenta. i. populares homines non faciamus coire. i. cõiunctiõem habere cum alterius generis animantibus. i. cum gentibus vel iudeis. ¶ Ad nonũ dõ q̃ oẽs ille cõmixtiões in agricultura sunt ꝓhibite ad litterã in detestatione idolatrie: q̃ egyptij in veneratione stellarũ diuersas cõmixtiões faciebãt ⁊ in seminibus ⁊ in animalibus ⁊ in vestibus repũtantes diuersas cõiũctiões stellarũ. Vel oẽs huiusmodi cõmixtiones varie ꝓhibẽtur ad detestationez coitus contra naturã. habẽt tñ figuralẽ rõnem: q̃ qõ dicitur. Non seres vineã tuã altero semine. est spũaliter intelligendũ q̃ in ecclesia que est spũalis vinea nõ est seminãda aliena doctrina: ⁊ similiter ager. i. ecclesia nõ est seminãdus diuerso semine. i. catholica doctrina ⁊ heretica. Non est etiã simul arãdum in boue ⁊ asino: q̃ fatuus sapienti in ꝓdicatione non est sociãdus: q̃ vnus impedit alium. ¶ Ad decimũ dõ. q̃ maleifici ⁊ sacerdotes idolorum vtebãtur in suis ritibus ossibus vel carnibus hoium mortuoꝝ: ⁊ ideo ad extirpãduz idolatrie cultũ ꝓcepit dñs vt sacerdotes minores p tempora certa ministrabant in sanctuario: non inquinarẽt ĩ mortibꝰ nisi valde ꝓpinquoꝝ. s. patris ⁊ matris ⁊ huiusmodi cõiuncturaz psonaꝝ. Pontifex aũt semp debebat esse paratus ad ministeriũ sanctuarij: ⁊ ideo totaliter ꝓhibitꝰ erat ei accessus ad mortuos quãtumcũq; ꝓpinquos. Preceptũ etiã est eis ne ducerẽt vxorẽ meritricẽ ac repudiatã: sz virginẽ: tum ꝓpter reuerẽtiam sacerdotũ: quoruz dignitas quodãmodo ex tali coniugio diminui videtur: tum etiam ꝓpter filios quibus esset adiguominiã turpitudo matris: quod maxime tunc erat vitandum quãdo sacerdotij dignitas ꝑm successionem generis cõferebatur. Preceptum etiam erat eis vt non raderẽt caput nec barbã: nec in carnibꝰ suis facerent incisurã ad remouendũ idolatrie ritũ Nam sacerdotes gentilium radebant caput ⁊ barbam. vnde dicitur Baruch. vi. Sacerdotes sedẽt habẽtes tunicas scissas ⁊ capita ⁊ barbã rasaz. ⁊ etiã in cultu idoloꝝ incidebant se cultris ⁊ lanceolis: vt dicitur. 3ᵐ. Reg. 18ᵐ. vñ cõtraria ꝓcepta sũt sacerdotibus veteris legis. Spũalis aũt rõ horuz est: q̃ sacerdotes omnino debẽt esse immunes ab opibus mortuis que sunt opera peccati: ⁊ etiã nõ debent radere caput. i. deponere sapientiam: neq; deponere barbam. i. sapiẽtie pfectionẽ: neq; etiam scindere vestimẽta aut incidere carnes: vt. s. vitiuz scismatis non incurrant. Questio. ciij.

Einde cõsiderandum est de duratione cerimonialium ꝓceptorũ. Et circa hoc querunt quattuor Primo vtꝝ ꝓcepta cerimonialia fuerint ante legẽ. Secũdo vtꝝ in lege aliquã virtutem habuerint iustificandi. Tertio vtꝝ cessauerint christo veniẽte. Quarto vtꝝ sit peccatũ mortale obseruare ea post christum.

B primum sic ꝓceditur. Videt q̃ cerimonie legis fuerint ante legẽ. Sacrificia eni ⁊ holocausta ꝓtinẽt ad cerimonias veteris legis: vt supra dictum est: sed sacrificia ⁊ holocausta fuerũt ante legem. Dicit eni Genẽ. 4ᵐ. q̃ Cayn obtulit de fructibus terre munera domino. Abel aurem obtulit de primogenitis gregis sui: ⁊ de adipibus eorum. Noe etiaz obtulit holocausta domino: vt dicitur Genẽ. 8ᵐ. ⁊ Abraham similiter vt dicitur Genẽ. 22ᵐ. ergo cerimonie veteris legis fuerunt ante legem. ¶ Preterea ad cerimonias sacroruz pertinet cõstructio altaris ⁊ eius inunctio: sed ista fuerũt ante legem. legitur enim Genẽ. 13ᵐ. q̃ Abraham edificauit altare domino. ⁊ de Jacob dicitur Genẽ. 28. q̃ tulit lapidem ⁊ erexit in titulum fundens oleuz desuper. ergo cerimonie legales fuerunt ante legẽ ¶ Preterea inter sacramenta legalia primum dicitur fuisse circuncisio: sed circuncisio fuit ante legem: vt patet Genẽ. 17ᵐ. similiter etiam sacerdotiũ fuit ante legem. Dicitur enim Genẽ. 14ᵐ. q̃ melchisedech erat sacerdos dei summi. ergo cerimonia sacramentorum fuerunt ante legem. ¶ Preterea discretio mundorum animalium ab imundis ptinet ad cerimonias obseruantiarum. vt supra dictum est: sed talis distinctio fuit ante legem. Dicit enim Genẽ. vij. Ex oibus mũdis animalibꝰ tolle septena ⁊ septena. de animãtibus vero imũdis duo ⁊ duo ergo cerimonie legales fuerunt ante legem. ¶ Sz contra est quod dicit Deutero. vi. Hec sunt precepta ⁊ cerimonie que mandauit dominus deus noster vt docerem vos: non autem indiguissent supbis doceri si prius predicte cerimonie fuissent. ergo cerimonie legis non fuerunt ante legem. ¶ Respondeo dicẽdum q̃ sicut ex dictis patet: cerimo-

nie legis ad duo ordinabāt. s. ad cultuz dei z ad figurādū xp̄m. Quicunq; aūt colit deuz oportet q̄ per aliqua determinata cum colat que ad exteriorē cultum ptinent. Determinatio autē diuini cult⁹ ptinet ad cerimonias sicut etiam determinatio eorum per que ordinamur ad proximū ptinet ad p̄cepta iudicialia: vt supra dictū est. z ideo sicut inter homines cōiter erant aliqua iudicialia: non tamen ex auctoritate legis diuine instituta: sed rōne boīum ordinata: ita etiā erant quedam cerimonie nō quidē ex auctoritate alicuius legis determinate: sed soluz fm voluntatē z deuotionē hoiuz deū colentium: sed q; etiam ante legem fuerunt quidā viri p̄cipui ꝓphetico spiritu pollētes: credēduz est q; ex instinctu diuino quasi ex quandā priuata lege inducerētur ad aliquē certum modum colendi deum qui z cōueniēs esset interiori cultui: z etiam congrueret ad significandū xp̄i mysteria que figurabātur etiā per alia eorum gesta: fm illud .i. ad Corin. x. Omnia in figura contingebant illis. Fuerunt igitur ante legem quedā cerimonie: nō tamen cerimonie legis: q; non erant per aliquam legis latorem institute. ¶ Ad primum ergo dm. q; huiusmodi oblatiōes z sacrificia z holocausta offerebant antiqui ante legem ex quadā deuotiōe ꝓprie voluntatis fm q; eis videbatur cōueniēs: vt in rebus quas a deo acceperant quas in reuerētiā diuinā offerrent, ptestarentur se colere deū qui est oium principium z finis. ¶ Ad scdm dō. q; etiam sacra quedam instituerunt: q; videbatur eis cōuenies vt in reuerentiā diuinā essent aliqua loca ab alijs distincta diuino cultui mancipata. ¶ Ad tertium dō. q; sacramētum circūcisionis p̄cepto diuino fuit statutū ante legē: vnde non pōt dici sacramētum legis quasi in lege institutū: sed solū quasi i lege obseruatū: z hoc est qd̄ dñs dicit Jo. vij. Circūcisio nō ex Moyse ē: sed ex patribus. Sacerdotiū etiā erat ante legē apud colētes deū fm humanā determinationē qui hanc dignitatē primogenitis attribuebāt. ¶ Ad q̄rtum dō. q; distinctio mūdoz aialium z īmūdoz nō fuit ante legē q̄tuz ad esum: cum dictum sit. Gen. 9°. Omne qd̄ mouetur z viuit erit vobis in cibum. sed solū q̄tuz ad sacrificioz oblationē: quia de quibusdaz determinatis aialibus sacrificia offerebant: si tamē quātum ad esum erat aliqua aialium discretio: hoc nō erat ex esus illoz reputarctur illicitus cum nulla lege cēt ꝓhibitus: sed ꝓpter abominationē vel cōsuetudinem: sicut z nunc videm⁹ q; aliqua cibaria sunt in aliquibus terris abominabilia que in alijs comeduntur.

❡ secundū sic ꝓceditur.

ceditur. Videt ꝙ gratia inconuenienter diuidatur per operantem ⁊ cooperantem. Gratia enim accidens quoddaz eſt: vt ſupra dictum eſt: ſed accidens non poteſt agere in ſubiectum. ergo nulla gratia debet dici operans. ¶ Preterea ſi gratia aliquid operetur in nobis maxime operatur in nobis iuſtificationē. ſed hoc non ſolum gratia operatur in nobis. Dicit enim Auguſtinus ſuper illud Jo. 14°. Opera que ego facio ⁊ ipſe faciet: qui creauit te ſine te non iuſtificabit te ſine te. ergo nulla gratia debet dici ſimpliciter operans. ¶ Preterea cooperari alicui videtur pertinere ad inferius agens. non autem ad principalius: ſed gratia principalius operat in nobis ꝙ liberum arbitrium: ſm illud Ro. 9°. Nō eſt currentis neq; volentis: ſed miſerentis dei. ergo gratia non debet dici cooperās. ¶ Preterea diuiſio debet dari per oppoſita: ſed operari ⁊ cooperari non ſunt oppoſita. idem enim poteſt operari ⁊ cooperari. ergo inconuenienter diuiditur gratia per operanē ⁊ cooperantē. ¶ Sed ꝓtra eſt qđ Aug. dicit in libro de gratia: ⁊ li. arbi. Cooperādo deꝰ in nobis perficit quod operando incipit: quia ipe vt velimus operatur incipiens qui volentibus cooperatur perficiens. ſed operationes dei quibus mouet nos ad bonum ad gratiam pertinent. ergo conuenienter gratia diuiditur per operātem ⁊ cooperantem. ¶ Rñdeo dicendum ꝙ ſicut ſupra dictuz eſt: gratia dupliciter poteſt intelligi. Uno modo diuinum auxilium quo nos mouet ad bene volendum ⁊ agenduz. Alio modo habituale donuz nobis diuinitus indituz. vtroq; autem modo gratia dicta conuenienter diuiditur per operantem ⁊ cooperātem. Operatio enim alicuius effectus nō attribuitur mobili: ſed mouenti. in illo ergo effectu in quo mens noſtra eſt mota ⁊ non mouēs. ſolus autem deus mouens: operatio dei attribuitur ⁊ ſm hoc dicitur gratia operans. in illo autem effectu in quo mens noſtra ⁊ mouet ⁊ mouetur: operatio non ſolum attribuit deo: ſed etiam anime: ⁊ ſm hoc dicitur gratia cooperans. eſt autem in nobis duplex actus. primus quidem interior voluntatis: ⁊ quantum ad iſtum actum voluntas ſe habet vt mota. deus autem vt mouens: ⁊ preſertim cum voluntas incipit bonum velle que prius malum volebat: ⁊ ideo ſm ꝙ deus mouet humanam mentem ad hunc actum dicitur gratia operans. Alius autem actus eſt exterior: qui cum a voluntate imperetur: vt ſupra habitum eſt: conſequens eſt ꝙ ad hunc actum operatio attribuatur voluntati: ⁊ quia etiam ad hunc actum deus nos adiuuat ⁊ interius confirmando voluntatem vt ad actum perueniat ⁊ exterius facultatem operandi prebēdo reſpectu huiuſmodi actꝰ dicitur gratia cooperans. vnde poſt premiſſa verba ſubdit Auguſti. Ut autem velimus operatur: cum autem volumꝰ vt perficiamus nobis cooperat. Sic igitur ſi gratia accipiatur pro gratuita dei motione qua mouet nos ad bonum meritoriuum: conueniēter diuiditur gratia per operantem ⁊ cooperātem. Si vero accipiatur gratia pro habituali dono: ſic eſt duplex gratie effectus ſicut ⁊ cuiuſlibet alterius forme: quoruz primus eſt eſſe. ſecundus eſt operatio ſicut caloris operatio eſt facere calidum: ⁊ exterior calefactio. Sic igitur habitualis gratia inquantum animam ſanat vel iuſtificat ſiue gratam deo facit dicitur gratia operans. inquantum vero eſt principium operis meritorij quod ex libero arbitrio procedit dicitur cooperans. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ ſm ꝙ gratia eſt quedam qualitas accidentalis non agit in animam effectiue: ſed formaliter: ſicut albedo dicitur facere albam ſuperficiem. ¶ Ad ſecūduz dicendum ꝙ deus non ſine nobis nos iuſtificat: quia per motum liberi arbitrij dum iuſtificamur dei iuſticie conſentimus. ille tamen motus non eſt cauſa gratie: ſed effectus. vnde tota operatio pertinet ad gratiam. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ cooperari dicitur aliquis alicui non ſolum ſicut ſecundarium agens principali agenti: ſed ſicut adiuuans ad preſuppoſitum finem. homo autem per gratiam operantem adiuuatur a deo vt bonum velit: ⁊ ideo preſuppoſito iam fine conſequens eſt vt gratia nobis cooperetur. ¶ Ad quartū dm ꝙ gratia operans ⁊ cooperāſ eſt eadem gratia. ſed diſtinguitur ſm diuerſos effectus: vt ex ſupra dictis patet.

ℬ tertium ſic pro

ceditur. Videt ꝙ gratia inconuenienter diuidatur in preuenientem ⁊ ſubſequentem. Gratia enī eſt diuine dilectiōis effectꝰ ſed dei dilectio nunquam eſt ſubſequens: ſed ſemp preueniens: ſm illud .i. Jo. 4°. Non quaſi nos dilexerimus deuz: ſed quia ipſe prior dilexit nos. ergo gratia non debet poni preueniens ⁊ ſubſequēs ¶ Preterea gratia gratum faciens eſt vna tantū in homine cum ſit ſufficiens: ſm illud .2°. ad Cor. 12°. Sufficit tibi gratia mea. ſed idē non poteſt eſſe prius ⁊ poſterius. ergo gratia inconuenienter diuiditur in preuenientem ⁊ ſubſequentem. ¶ Preterea gratia cognoſcitur per effectꝰ: ſed infiniti ſūt effectus gratie quorum vnus precedit alium. ergo ſi penes hos gratia deberet diuidi in preuenientem ⁊ ſubſequentē: videtur ꝙ infinite eſſent ſpeciel gratie. infinita aūt relinquāt a q̄libet arte. nō ergo grā conuenienter diuiditur in preuenientē ⁊ ſubſequētē ¶ Sed ꝓtra eſt ꝙ gratia dei ex eius miſericordia preuenit: ſed vtrūq; in ps. legit. Miſericordia eius preueniet me. ⁊ iterū. Miſericordia ei⁹ ſubſequetur me. ꝯ gratia preuenīter diuidit in preuenientē ⁊ ſubſequētē. ¶ Rñdeo dicēdū ꝙ ſicut gratia diuiditur in operantem ⁊ cooperantem ſcm diuerſos effectus ita etiam in preuenientem ⁊ ſubſequentē quālitercunq; gratia accipiatur. ſunt autem quinq; effectus gratie in nobis: quorum primus eſt vt ani-

⁊

ma sanetur: secundus vt bonum velit: tertius est vt bonum quod vult efficaciter operetur: quartus est vt in bono perseueret: quintus est vt ad gloriaz perueniat: z ideo gratia ꝑm ꝙ causat in nobis primum effectum vocatur preueniens respectu secundi effectus: z prout causat in nobis secundum vocatur subsequens respectu primi effectus: z sicut vnus effectus est posterior vno effectu z prior alio ita gratia potest dici preueniens z subsequens ꝑm eundem effectum respectu diuersorum: z hoc ē qđ augustinus dicit in libro de natura z gratia. ¶Preuenit vt sanemur: subsequitur vt sanati vegetemur preuenit vt vocemur: subsequitur vt glorificemur ¶Ad primuz ergo dicendū ꝙ dilectio dei nominat aliquid eternum. z ideo nunꝙ potest dici nisi preueniens: sed gratia significat effectuz temporalem qui potest precedere aliquid z ad aliquid subsequi: z ideo gratia potest dici preueniens z subsequens. ¶Ad secundū dicendum ꝙ gratia non diuersificatur per hoc ꝙ est preueniens z subsequēs ꝑm essentiam: sed solum ꝑm effectū sicut z de operante z cooperante dictum est: quia etiam scđm ꝙ gratia subsequens ad gloriam pertinet non est alia numero a gratia preueniente per quam nunc iustificamur. sicut enim charitas vie non euacuatur sz perficitur in patria: ita etiam z de lumine gratie ē dicendū: quia neutrum in sui ratione imperfectionem importat. ¶Ad tertiū dicendū ꝙ quāuis effectus gratie possint esse infiniti numero sicut sunt infiniti actus humani: tamē oēs reducunt ad aliq̄ determinata in specie: z preterea omnes cōueniūt in hoc ꝙ vnus aliū precedit.

ℬ quartuz sic pro

cedit. Videtur ꝙ gratia gratis data inconuenienter ab apostolo distinguatur. Omne enim donum quod nobis a deo gratis datur potest dici gratia gratis data: sz infinita sūt dona que nobis gratis a deo conceduntur tam in bonis anime q̄ in bonis corporis: que tamen nos deo gratos non faciunt: ergo gratie gratis date nō possunt comprehendi sub aliqua certa diuisione. ¶Preterea gratia gratis data distinguitur cōtra gratiam gratum facientē: sed fides pertinet ad gratiam gratum facientē: quia per ipsam iustificamur ꝑm illud ro. v. Justificati igitur ex fide z̄c. ergo in conueniēter ponitur fides inter gratias gratis datas: presertim cum alie virtutes ibi non ponantur vt spes z charitas. ¶Preterea operatio sanitatum z loqui diuersa genera linguarum miracula q̄dam sunt. interpretatio etiam sermonū ad sapientiam vel scientiam pertinet ꝑm illud daniel. ꝑmo. ¶Pueris his dedit deus scientiam z disciplinā: ergo in omni lingua z sapientia: ergo inconueniēter diuiditur gratia sanitatum z genera linguarum cōtra operationem virtutum z interpretatio sermonum contra sermonem sapiētie z scientie. ¶Preterea sicut sapientia z scientia sunt que dam dona spiritus sancti: ita etiam intellectus consilium pietas z fortitudo z timor: ut ꝫ. dictum est: ergo hec etiā debēt poni inter gratias gratis datas. ¶Sed contra est quod apostolus dicit. j. ad corinth. xij°. Alij per spiritum datur sermo sapientie: alij autez sermo scientie scđm eundem spiritum: alteri fides in eodem spiritu: alij gratiam sanitatum: alij operatio virtutum: alij prophetia: alij discretio spirituum: alij genera linguarum: alij interpretatio sermonum. ¶Respondeo dicendum ꝙ sicut. ꝫ. dictū est: gratia gratis data ordinatur ad hoc ꝙ homo alteri cooperetur vt reducatur ad deum. hō autē ad hoc operari non potest interius mouēdo. hoc enim solus dei est: sed solum exterius docendo vel persuadendo: z ideo gratia gratis data illa sub se continet quibus homo indiget ad hoc ꝙ alterum instruat in rebus diuinis que sunt supra rationem. Ad hoc autem tria requiruntur. ¶Primo quidem ꝙ homo sit sortitus plenitudinem cognitionis diuinorum: vt ex hoc instruere alios possit. Secundo vt possit confirmare vel probare ea que dicit: alꝫ non esset efficax eius doctrina. Tertio vt ea q̄ concipit possit conuenienter auditorib⁹ proferre. Quantum igitur ad primum tria sunt necessaria sicut etiam apparet in magisterio humano: oportet enim ꝙ illi que debet alium instruere in aliqua scientia. ¶Primo quidem vt principia illius scientie sint ei certissima z q̄ntum ad hoc ponitur ei fides que est certitudo de rebus inuisibilibus que supponuntur vt principia in catholica doctrina. Secundo oportet ꝙ doctor recte se habeat circa p̄ncipales conclusiones scientie: z sic ponitur sermo sapientie que est cognitio diuinorz. Tertio oportet vt etiam abundet exemplis z cognitione effectuū p quos interdum oportet manifestare causas z q̄ntum ad hoc ponitur sermo scientie que est cognitio rerum humanarum: quia inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Confirmatio autem in his que subduntur rationi est per argumenta. In his autem que sunt supra rationē diuinitus reuelata confirmatio est per ea que sunt diuine virtuti propria: z hoc dupliciter. Uno quidē modo vt doctor sacre doctrine faciat q̄ solus deus facere potest in operibus miraculosis siue sint ad salutem corporum: z q̄ntum ad hoc ponitur gratia sanitatum: siue ordinentur ad solam diuine potestatis manifestationē: sicut ꝙ sol stet aut tenebrescat: ꝙ mare diuidatur: z quantum ad hoc ponit operatio virtutum. Secundo vt possit manifestare ea que solius dei est scire: z hec sunt contingentia futura: z quantum ad hoc ponitur prophetia: z etiam occulta cordium z quantum ad hoc ponitur discretio spirituum. Facultas autem pronunciandi potest attendi vel q̄ntum ad idioma in quo aliquis possit intelligi: z scđm hoc ponuntur genera linguarum: vel quantum ad sensum eorum que sunt proferenda: z q̄ntuz ad hoc ponitur interpretatio sermonum. ¶Ad primum ergo dicendum: ꝙ sicut supra dictum est: non omnia beneficia que nobis diuinitus concedūtur gratie gratis date dicuntur: sed solum illa que excedunt facultatem nature: sicut predicator abundet sermone sapientie z

scientie ⁊ alijs huiusmodi: ⁊ talia ponũtur hic sub gratia gratis data. ¶ Ad secundum dicendũ q̃ fides non numeratur hic inter gratias gratis datas fm q̃ est quedã virtus iustificans hoiem in seipso sed fm hoc q̃ importat quandã supuenientem certitudinẽ fidei: ex qua homo sit idoneus ad instruẽdum alios de his que ad fidem ptinent. spes autez ⁊ charitas ptinent ad vim appetitiuam fm q̃ per eam homo in deum ordinatur. ¶ Ad tertiuz dicendũ q̃ gratia sanitatum distinguitur a generali operatione virtutum: quia habet specialem rationem inducendi ad fidem: ad quam aliquis magis promptus redditur per beneficium corporalis sanitatis quam per fidei virtutez assequimur. Similiter etiam loqui varijs linguis ⁊ interpretari sermones habent speciales quasdam rationes mouẽdi ad fidem: ⁊ ideo ponũtur speciales gratie gratis date. ¶ Ad q̃rtum dom. q̃ sapientia ⁊ scientia non computantur inter gratias gratis datas fm q̃ enumerãtur inter dona spiritus sancti. prout. s. mens hominis est bene mobilis per spiritum sanctum ad ea que sunt sapientie ⁊ scientie. sic enĩ sũt dona spiritus sancti: vt supra dictum est: sed computantur inter gratias gratis data secundum q̃ important quandam abundantiam sciẽtie ⁊ sapiẽtie vt homo possit non soluz in seipso recte sapere de diuinis: sed etiam alios instruere ⁊ contradicẽtes reuincere: ⁊ ideo inter gratias gratis datas significantur primo sermo sapientie ⁊ sermo scientie: q̃z vt Aug. dicit. 14°. de trinit. aliud est scire tantũmõ quid homo credere debeat ꝓpter adipiscendam vitam beatã: aliud est scire quẽadmodũ hocipsuz ⁊ pijs opituletur ⁊ cõtra impios defendatur.

¶ Quintuz sic proceditur. Videt q̃ gratia gratis data sit dignior q̃ gratia gratuz faciens.

¶ Bonum enim gentis est melius q̃ bonũ vnius: vt phs dicit in primo ethicorum. sed gratia gratum faciens ordinatur ad bonuz vni⁹ hois. gratia aũt gratis data ordinat ad bonũ commune totius ecclesie. vt supra dictuz est: ergo gratia gratis data ẽ dignior q̃ gratia gratum faciens. ¶ Preterea maioris virtutis est q̃ aliquid possit agere in aliud q̃ q̃ solum in seipso ꝑficiatur: sicut maior est claritas corporis quod potest etiam alia corpora illumina re q̃ eius quod ita in se lucet q̃ alia illuminare nõ potest ꝓpter quod etiam phs dicit in. 5°. ethicorum. q̃ iustitia est preclarissima virtutum: p quaz homo recte se habet etiam ad alios. sed per gratiam gratum facientem homo ꝑficitur in seipso: per gratiam aũt gratis datam homo operatur ad pfectionem aliorum: ergo gratia gratis data est dignior q̃ gratia gratum faciens. ¶ Preterea id quod est ꝓprium melioꝝ dignius est q̃ id quod est cõmune oĩum: sicut rõcinari quod est ꝓprium hominis dignius est q̃ sentire qđ est cõe omnibus aĩalibus: sed gratia gratum faciens est cõmunis oĩbus mẽbris ecclesie. gratia autem gratis data est proprium donum dignioꝝ mẽbroruz ecclesie: ergo gratia gratis data est dignior q̃ gratia gratum faciens. ¶ Sed contra est quod Apostol⁹. i. ad Corin. 12°. enumeratis gratijs gratis datis subdit. Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. ⁊ sicut per sequentia patet loquitur de charitate que ptinet ad gratiam gratum facientem. ergo gratia gratum faciens excellentior est q̃ gratia gratis data. ¶ Respõdeo dicẽdũ. q̃ vnaquęq; virtus tanto excellentior est quanto ad altius bonum ordinat semper autem finis potior est his que sunt ad finẽ gratia enim gratum faciens ordinat hominem immediate ad coniunctionem vltimi finis. gratie aũt gratis date ordinant hominẽ ad quedam preparatoria finis vltimi: sicut per ꝓphetiam ⁊ miracula ⁊ alia huiusmodi ꝛominem inducuntur ad hoc q̃ vltimo fini coniungantur: ⁊ ideo gratia gratũ faciens est multo excellentior q̃ gratia gratis data. ¶ Ad primũ ergo dicenduz q̃ sicut phs dicit in xi°. metaphisice. bonũ multitudinis sicut exercit⁹ est duplex. Unum quidez quod est in ipsa multitudine: puta ordo exercitus. aliud autem est quod ẽ separatum a multitudine: sicut bonũ ducis: ⁊ hoc melius est: quia ad hoc etiam illud aliud ordinat gratia ergo gratis data ordinatur ad bonuz commune ecclesie: quod est ordo ecclesiasticus: sed gratia gratum faciens ordinatur ad bonum cõmune separatum: quod est ipse deus: ⁊ ideo gratia gratum faciens est nobilior. ¶ Ad scõm dom q̃si gratia gratis data possz hoc agere in altero qõ homo per gratiam gratum facientem consequitur. sequeretur q̃ gratia gratis data esset nobilior: sicut excellentior est claritas solis illuminantis q̃ corporis illaminati: sed per gratiam gratis datam homo non potest causare in alio coniunctionem ad deum quã ipse habet per gratiam gratum facientem: sed causat quasdam dispões ad hoc: ⁊ ideo non oportet q̃ gratia gratis data sit excellentior secut nec in igne calor manifestatiuus speciei eius per quam agit ad inducendum calorem in alia est nobilior q̃ forma substantialis ipsius. ¶ Ad tertium dõ. q̃ sentire ordinatur ad rõcinari sicut ad finez: ⁊ ideo rõcinari est nobilius. hic autez est ecõuerso: quia id quod est ꝓprium ordinatur ad id quod est cõmune sicut ad finem. vnde nõ est simile

Questio. cxij.

¶ Deinde cõsiderandum est de causa gratie. Et circa hoc q̃rũtur quinq;

¶ Primo vtrum solus deus sit causa efficiens gratie. Scõo vtrum requiratur aliqua dispositio ad gratiam ex parte recipientis ipsam per actum liberi arbitrij. Tertio vtrum talis dispositio possit esse necessitas ad gratiam. Quarto vtrum gratia sit equalis in omnib⁹. Quinto vtr̃ aliqs possit scire se habere grãz.

¶ Primum sic proceditur. Videtur q̃ nõ solus deus sit

causa gratie. Dicitur enim Jo. primo. Gratia et veritas per Jesum xpm facta est. sed in nomine iesu xpi intelligitur non solum natura diuina assumēs sed etiam natura creata assūpta. ergo aliqua creatura potest esse causa gratie. ¶ Preterea ista differentia ponitur inter sacramenta noue legis et veteris: et sacramenta noue legis tant gratiā quaz sacramenta veteris legis solū significāt: sed sacramēta noue legis sunt quedam visibilia elemēta. ergo non solus deus est causa gratie. ¶ Preterea fm Dionysium in libro ce. hierar. Angeli purgāt et illuminant et perficiunt et angelos inferiores et etiā homines: sed rōnalis creatura purgatur: illuminatur et perficitur per gratiam. ergo non solus deus est cā gratie. ¶ Sed cōtra est quod in ps. dicitur. Gratiam et gloriam dabit dominus. ¶ Rndeo dicēdū q nulla res potest agere vltra suam speciem: quia semper oportet q causa potior sit effectu. donum autem gratie excedit omnē facultatem nature create cum nihil aliud sit q quedam participatio diuine nature que excedit omnem aliam naturaz: et ideo impossibile est q aliqua creatura gratiā causet. Sic enim necesse est q solus deus deificet communicando consortium diuine nature per quādā similitudinis participationem: sicut impossibile est q aliquid igniat nisi solus ignis. ¶ Ad primum ergo dm q humanitas xpi est sicut quoddaz organum diuinitatis eius. vt Damas. dicit in. 3°. libro. Instrumentum autem non agit actionem agentis principalis propria virtute: sed virtute principalis agentis. et ideo humanitas xpi non causat gratiam propria virtute: sed virtute diuinitatis adiūcte ex qua actiones humanitatis xpi sunt salutares. ¶ Ad secūduz dicēdum q sicut in ipsa psona xpi hūanitas causat salutē nostrā per grām virtute diuina principaliter operante: ita etiā in sacramētis noue legis que derivātur a xpo causatur gratia instrumentaliter quidem per ipsa sacramenta: sed principaliter per virtutem spūs sancti in sacramētis operantis. fm illud Jo. 3°. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto etc. ¶ Ad tertiū dd q angelus purgat illuminat et perficit angelū vel hominem per modum instructionis cuiusdam. non aūt iustificando per grām. vnde Dionysius dicit 7°. ca. de di. no. q huiusmodi purgatio illuminatio et perfectio nihil est aliud q diuine scientie assūptio.

Ad secundū sic pro

cedit. Videt q nō requiratur aliqua pparatio siue dispositio ad grām ex parte hois. Quia vt Aplus dicit Ro. 4°. Ei qui operatur merces non imputatur fm grām: sed fm debitum. sed pparatio hominis per liberū arbitriuz non est nisi per aliquam operationem. ergo tolleretur ratio gratie. ¶ Preterea ille qui in peccato progreditur non se pparat ad gratiam habendaz sed aliquibus in peccato pgredientib' data est gratia: sicut patet de Paulo qui gratiam consecutus est dum esset spirans minarum et cedis in discipulos dni: vt dicit Actū. 9°. ergo pparatio ad grāz requiritur ex parte hominis. ¶ Preterea agens infinite virtutis non requirit dispositionē in materiā cum nec ipam materiā requirat: sicut in creatione apparet: cui collatio gratie cōparatur que dicitur noua creatura ad Gal. vltimo. sed solus deus qui est infinite virtutis grām causat: vt dictum est. ergo nulla pparatio requiritur ex pte hois ad gratiaz cōsequendā. ¶ Sed contra est quod dicitur Amos. 4°. Preparare in occursum dei tui israel. i. Regū. 8°. dicitur. Preparate corda vestra domino. ¶ Respōdeo dd q sicut supra dictū est. gratia dicitur dupliciter. quādoq; quidē ipm habituale donū dei. qnq; aūt auxiliū dei mouētis animaz ad bonum. Primo igitur modo accipiendo gratiam pexigitur ad gratiaz aliqua gratie pparatio q nulla forma potest esse nisi in materia disposita Sed si loquamur de gratia fm q significat auxilium dei mouentis ad bonum: sic nulla pparatio requiritur ex pte hois quasi preueniens diuinum auxilium: sed potius quecunq; pparatio in hoie esse pōt ex auxilio dei mouētis animā ad bonū: et fm hoc ipse bonus motus liberi arbitrij quo quis pparat ad donum gratie suscipiendum est actus liberi arbitrij moti a deo: et q tum ad hoc dicit homo se pparare: fm illud puer. 16°. Hominis est pparare aīum. et est principaliter a deo mouente liberū arbitriū: et fm hoc dicitur a deo voluntas hominis pparari et a dño gressus hois dirigi. ¶ Ad primum ergo dicendum q pparatio hominis ad gratiam habendam quedam est simul cum ipsa infusione gratie: et talis operatio est quidem meritoria: sed non gratie que iaz habet: sed glorie que nōdum habet. Est autem alia pparatio gratie impfecta que aliquādo pcedit donum gratie gratum facientis: que tamen est a deo mouente: sed ista non sufficit ad meritum nondum homine per gratiaz iustificato: quia nullum meritum potest esse nisi ex gratia: vt infra dicetur. ¶ Ad secūduz dicendum q cum homo ad gratiam se pparare non possit nisi deo eum pueniente et mouente ad bonum: nō refert vtrum subito vel paulatim aliquis ad perfectam pparationez pueniat. Dicitur enim Eccl. xi. Facile est in oculis dei subito honestare pauperez Contingit aūt qnq; q deus mouet hoiem ad aliquod bonum: non tamen pfectum: et talis pparatio pcedit gratiam: sed quādoq; statim pfecte mouet ipm ad bonum: et subito gratiā homo accipit fz illud Jo. 6°. Omnis qui audit a patre et didicit venit ad me. Et ita cōtigit Paulo: quia subito cū esset in pgressu peccati perfecte motum est cor ei° a deo audiendo et adiscendo et veniendo: et ideo subito est gratiam consecutus. ¶ Ad tertium dicendum q agens infinite virtutis non exigit materiam vel dispositionem materie quasi psuppositā ex alterius causa actione: sed tamen oportet q fm conditionem rei causande in ipsa recauset et materiā et dispositionē debitaz ad formā: et similiter ad hoc q deus gratiā infundat aie nulla pparatio exigitur quā ipse non faciat.

D tertium sic pro
ceditur. Videt q̄ ex necessitate detur gratia se pparanti ad gratiā vel faciēti quod in se est. Quia super illud Ro. 5°. Justificati ex fide pacem habeamus ꝛc. dicit glo. deus recipit eum qui ad se confugit: aliter esset in eo iniq̄tas sed impossibile est in deo iniquitatem esse: ergo est impossibile q̄ deus non recipiat eum qui ad se cōfugit: ex necessitate igitur gratiā assequit. ¶ Preterea Aug. dicit in lib. 20 de casu diaboli: q̄ ista est causa quare deus non concedit diabolo gratiam: q̄ ipse non voluit accipere nec paratus fuit: sed remota causa necesse est remoueri effectum: ergo si aliquis velit accipere grām necesse est q̄ ei detur. ¶ Preterea bonū est cōicatiuū sui: vt patet per Dionysium in. 4°. ca. de di. no. sed bonum gratie ē melius q̄ bonum nature: cuius igitur forma naturalis ex necessitate aduenit materie dispositę: videtur q̄ multo magis gratia ex necessitate detur prepārāti se ad gratiā. ¶ Sed ꝓtra est q̄ homo cōparatur ad deum sicut lutum ad figulū: fm illud Hieremie. 18. Sicut lutum in manu figuli sic vos in manu mea. sed lutus non ex necessitate accipit formā a figulo q̄tūcunq̄ sit pparatū. ergo neq̄ homo recipit ex necessitate grām a deo q̄tumcūq̄ se pparet. ¶ Rndeo dicēdū q̄ sicut supra dictum est. pparatio hominis ad grām est a deo sicut a mouente. a libero autem arbitrio sicut a moto. Pōt igit pparatio dupliciter considerari. Uno quidem mō fm q̄ est a libero arbitrio: ꝛ fm hoc nullam necessitatem habet ad gratie consecutionem: q̄ donus gratie excedit omnem pparationē virtutis humane. Alio modo potest considerari fm q̄ est a deo mouente: ꝛ tunc habet necessitatem ad id ad quod ordinatur a deo: nō quidem coactionis: sed infallibilitatis: quia intentio dei deficere non potest: fm q̄ Aug. dicit in lib. 20 de pdestinatione sanctoꝝ: q̄ per beneficia dei certissime liberantur quicunq̄ liberantur. vnde si ex intentione dei mouentis est q̄ homo cuius cor mouet grām cōsequatur infallibiliter ipam consequitur: fm illud Jo. 6°. Omnis q̄ audit a patre ꝛ didicit venit ad me. ¶ Ad primū ergo dicendum q̄ glosa illa loquitur de illo qui cōfugit ad deum per actum meritorium liberi arbitrij iam per grām informati: quez si non reciperet esset contra iusticiā quam ipse statuit. Uel si referatur ad motū liberi arbitrij ante gratiam loquitur fm q̄ ipm cōfugium hois ad deum est per motionem diuinā: quā iustū est non deficere. ¶ Ad secūdum dō. q̄ defectus gratie prima causa est ex nobis: sed collatiōis gratie prima causa est a deo. fm illud Osee. 13°. Perditio tua israel: tantūmodo in me auxilium tuum. ¶ Ad tertiū dō q̄ etiam in rebus naturalibus dispositio materie non est necessitate consequit formā nisi per virtutē agentis qui dispositionem causat.

D quartus sic pro
ceditur. Videt q̄ gratia nō sit maior in vno q̄ in alio. Gratia enī cātur in nobis ex dilectione diuina. vt dictus est. sed Sap. vi. dicit. Pusillū ꝛ magnuz ipse fecit: ꝛ equaliter est illi cura de oibus: ergo oēs equaliter grām ab eo cōsequūtur. ¶ Preterea ea que in sūmo dicunt non recipiūt magis ꝛ minus: sed gratia in sūmo dicit: q̄ cōiungitur vltimo fini. ergo non recipit magis ꝛ minus non est ergo maior in vno q̄ in alio. ¶ Preterea grā est vita aīe: vt supra dictū est: sed viuere nō dicit ꝑz magis ꝛ minus: ergo etiā neq̄ gratia. ¶ Sz ꝓtra est qđ dicit ad Eph. 4. Unicuiq̄ data est grā fm mensurā donationis xpi: qđ aūt mensurate datur oibus equaliter datur: ergo nō oēs equalē gratiā habent. ¶ Rndeo dicendum q̄ sicut supra dictum est: habitus duplicem magnitudinez habere potest. Unam ex pte finis vel obiecti fm q̄ dicitur vna virtus alia nobilior in q̄tum ad maius bonū ordinatur. Aliā vero ex pte subiecti qđ magis vel minus pticipat habitum inherentē. Scdm igitur primā magnitudinē gratia gratum faciens nō pōt esse maior ꝛ minor: q̄ gratia fm sui rōnem coniungit hoiem sūmo bono quod est deus: sed ex parte subiecti gratia pōt suscipere magis vel minus: put. s. vn⁹ pfecti⁹ illustrat a lumine gratie q̄ ali⁹. Cuius diuersitatis ratio quidem est aliqua ex pte pparātis se ad grām: qui enim magis se ad gratiam pparat plenioꝛē gratiā accipit: sed ex hac pte non pōt accipi prima ratio hui⁹ diuersitatis: q̄ pparatio ad grām non est hominis: nisi in q̄tum liberuz arbitrium eius pparatur a deo: vnde prima causa huius diuersitatis accipiēda est ex pte ipsius dei q̄ diuersimode suę gratie dona dispensat ad hoc q̄ ex diuersis gradibus pulchritudo ꝛ perfectio ecclesie consurgat: sicut etiam diuersos gradus rerū instituit vt esset vniuersum pfectuz. vnde Apostolus ad Eph. 4°. postq̄ dixerat. Unicuiq̄ data est gratia fm mensurā donationis xpi enumeratis diuersis gratijs subiungit. ad consumationē sanctorum in edificationem corporis xpi. ¶ Ad primū ergo dicenduz q̄ cura diuina dupliciter considerari potest. Uno modo quantum ad ipm diuinuz actum qui est simplex ꝛ vniformis ꝛ fm hoc equaliter se habet eius cura ad oēs. q. s. vno actu simplici ꝛ maiora ꝛ minora dispensat. Alio modo potest considerari ex pte eoꝝ qui in creaturis ex diuina cura ꝓueniunt: ꝛ fm hoc inuenitur inequalitas in q̄tum. s. deus sua cura quibusdam maiora q̄ busdam minora ꝓuidet dona. ¶ Ad scdm dō. q̄ ratio illa procedit fm primum modum magnitudinis gratie. non enim potest gratia fm hoc maior eē q̄ ad maiꝰ bonuz ordinet: sed ex eo q̄ magis vel minus ordinat ad idem bonum magis vel minus participandū. Potest enim esse diuersitas intensionis ꝛ remissionis fm participationem subiecti: ꝛ in ipsa gratia ꝛ in finali gloria. ¶ Ad tertiuz dō. q̄ vita naturalis pertinet ad substantiam hominis: ꝛ ideo non recipit magis ꝛ minus: sed vita gratie participat homo accidētaliter: ꝛ ideo eam pōt homo magis vel minus habere.

D quintus sic pro cedit. Videt q̄ hō possit scire se habere grām. Gratia enim est in aīa p̄ sui cētiam: sed certissima cognitio anime est eorum: que sunt in aīa per sui cētiam: vt patet per Aug. 12°. super Gen. ad litt̄ram. ergo gratia certissime potest cognosci ab eo qui grām habet. ¶ Preterea sicut scientia est donum dei: ita z gratia: sed qui a deo scientiaz accipit scit se sciam habere. ſm illud Sap̄. 7°. Dñs dedit mihi horū que sunt verā sciaz ergo pari rōne qui accipit grām a deo scit se grām habere. ¶ Preterea lumen est magis cognoscibile q̄ tenebra q; ſm Apl'z ad Eph̄. 5°. Omne quod manifestatur lumen est: sed peccatū qō est spūalis tenebra per certitudinē pōt sciri ab eo qui hz peccatum: ergo multo magis gratia que est spūale lumen. ¶ Preterea Apl's dicit. i. ad Corin. 2°. Nos aūt non spūm huius mundi accepimus: sed spūm qui a deo est vt sciamus que a deo donata sunt nobis: sed gratia est primū donum dei: ergo homo q̄ accipit gratiā p̄ spūm sanctum: per eundem spūm scit grām esse sibi datam. ¶ Preterea Gen. 22°. ex persona domini dicitur ad Abrahā. Nunc cognoui q̄ timeas dñm. i. cognoscere te feci. loquit autez ibi de timore casto qui nō est sine grā. ergo homo potest cognoscere se habere grām. ¶ Sed contra est quod dicit Eccl'. 9°. q̄ nemo scit vtrū sit dignus odio vel amore: sed gratia gratuz faciens facit hominē dignum dei amore: ergo nullus potest scire vtrum habeat gratiam gratum facientem. ¶ Respōdeo dicēdū. q̄ tripliciter aliquid cognosci pōt Uno modo per reuelationē: z hoc modo pōt aliquis scire se habere grām. Reuelat enim deus hoc aliquādo aliquibus ex spāli priuilegio: vt securitatis gaudiū etiā in hac vita in eis incipiat z confidentius z fortius magnifica opera p̄sequantur z mala p̄ntis vite sustineant: sicut paulo dictum est. 2°. ad Corinth̄ 12°. Sufficit tibi gratia mea. Alio modo homo cognoscit aliq̄d per seip̄m z hoc certitudinaliter: z sic nullus potest se scire habere gratiam. Certitudo enī non pōt haberi de aliquo nisi possit diiudicari p̄ p̄rium principiū. sic enī certitudo habet de conclusionibus demōstratiuis per indemonstrabilia vniuersalia principia. Nullus aūt posset scire se habere sciaz alicuius conclusionis si principiū ignoraret. p̄ncipiū aūt gratie z obiectum eius est ipse deus: qui p̄pter sui excellentiā est nobis ignotus. ſm illud Job. 36. Ecce deus magnus vincens sciam nostrā. z ideo eius p̄ntia in nobis est absentia per certitudinē cognosci non pōt ſm illud Job. 9. Si venerit ad me non videbo eū: si aūt abierit non intelligam. z ideo homo nō pōt per certitudinē diiudicare vtrum ipe habeat gratiam ſm illud. i. ad Corinth̄. 4. Sed neq; meip̄m iudico: qui aūt iudicat me dñs est. Certio mō cognoscitur aliquid cōiecturaliter per aliqua signa hoc mō aliquis cognoscere potest se habere grām inquātum. s. p̄cipit se delectari in deo z cōtemnere res mundanas: z in q̄ tum homo non est conscius sibi alicuius peccati mortalis. Scōm quem modū potest intelligi quod habetur Apoc. ij. Vincēti dabo mānā absconditum quod nemo nouit nisi qui accipit: q̄. s. ille qui accipit grām per quandā experientiam dulcedinis nouit quam non experit ille qui accepit: ista tamen cognitio imperfecta est: vnde Apl's dicit. i. ad Corinth̄. 4. Nihil mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum: q̄ vt dicit in p̄s. delicta quis intelligit ab occultis z c̄. ¶ Ad p̄mū ergo dicendū q̄ illa que sunt per cētiā sui in aīa cognoscuntur experimentali experientia: in q̄ tū homo experitur per actus principia intrinseca: sicut voluntatem p̄cipimus volendo z vitā in operibus vite. ¶ Ad secundum dicendū q̄ de ratiōe scientie est q̄ homo certitudinē habeat de his quorum habet sciam. Et similiter de rōne fidei est q̄ homo sit certus de his quoruz habet fidem. z hoc ideo: quia certitudo pertinet ad perfectionem intellectus in quo predicta dona existūt: z ideo quicunq; habet scientiam vel fidem certus est se habere. non est autez similis rō de gratia z charitate z alīs huiusmodi que perficiunt vim appetitiuam. ¶ Ad tertiuz dicendū q̄ peccato habet p̄o p̄incipio z p̄o obiecto bonū cōmutabile quod nobis est notum. Obiectū aūt vel finis gratie est nobis ignotum p̄pter sui luminis imensitatē ſm illud. i. ad Thim. vltimo. Lucem habitat inaccessibilez ¶ Ad q̄rtum dōm. q̄ Apl's ibi loquit de donis glorie que sunt nobis data in spe: que certissime cognoscimus per fidem: licet non cognoscamus per certitudinē nos habere gratiam per quā nos possimus ea p̄mereri. Vel potest dici q̄ loquit de notitia priuilegiata que est per reuelationē: vnde subdit. Nobis aūt reuelabit deus per spiritū sanctū. ¶ Ad quintum dicendū q̄ illud verbum Abrahe dictum potest referri ad noticiā experimentalem que est per exhibitionem operis. In opere enim illo quod fecerat Abraham cognoscere potuit experimentaliter se dei timorem habere: vel potest hoc etiam ad reuelationem referri.

Questio. cxij.

Einde cōsiderandum est de effectib⁹ gratie. Et primo de iustificatione impij que est effectus gratie operantis. Secundo de merito quod est effect⁹ gratie cooperantis. Circa primum queruntur. x. Primo quid sit iustificatio impij. Secundo vtrum ad eam requiratur gratie infusio. Tertio vtruz ad eam requiratur aliquis motus liberi arbitrij. Quarto vtruz ad iustificationē impij requiratur motus fidei. Quinto vtrum ad eam requiratur motus liberi arbitrij contra peccatum. Sexto vtrum p̄missis sit connumerada remissio peccatoz. Septimo vtrum in iustificatione impij sit ordo temporis aut sit subito. Octauo de naturali ordine eorum que ad iustificationem concurrūt. Nono vtruz iustificatio impij sit ma-

ximū opus dei. Decimo vtrum iustificatio impij sit miraculosa.

D primum sic pro

considerandū est de merito quod est effectus gratie cooperantis. Et circa hoc q̃runtur decē. Primo vtrū homo possit aliquid mereri a deo. Secundo vtruꝫ aliquis sine gratia possit mererivitam eternā. Tertio vtruꝫ aliquis per gratiā possit mererivitā eternam ex cōdigno. Quarto vtruꝫ gratia sit pꝛincipiū merēdi mediante charitate pꝛincipaliter. Quinto vtrum hō possit sibi mereri pꝛimā grāz. Sexto vtrū hō possit eam mereri alij. Septimo vtrū possit sibi aliquis mereri reparationē post lapsū. Octauo vtꝛ possit sibi aliquis mereri augmentū gratie vel charitatis Nono vtrum possit sibi mereri finalem perseverantiam. Decimo vtrum bona temporalia cadāt sub merito.

Primum sic pꝛo

cedit. Videtur q; homo non possit aliquid mereri a deo. Nullus enim videtur mercedeꝫ mereri ex hoc q; reddit alteri quod debet: sed per omnia bona que facimus non possumus sufficienter recompensare deo quod debem⁹ quin semper amplius debeamus: vt etiaꝫ philosophus dicit in. 8°. Ethicoꝝ. Unde ⁊ luce. 17°. dicitur Cum omnia que pꝛecepta sunt feceritis dicite: serui inutiles sumus quod debuimus facere fecimus: ergo homo nō potest aliq̃d mereri a deo. ¶ Pꝛeterea ex eo q; aliquis sibi pꝛoficit nihil videť mereri apud eum cui nihil ꝓficit: sed homo hñ operando sibi ꝓficit vel alteri homini: nō aūt deo. Dicit enim iob. 35°. Si iuste egeris q̃d donabis ei: aut q̃d de manu tua accipiet: g̃ hō nō pōt aliq̃d a deo mereri ¶ Pꝛeterea quicūq; apud aliquē aliq̃d mereť ꝓstituit eum sibi debitorē. debitū enim est vt aliq̃s merenti mercedē rependat: sed deus nulli est debitor vnde dicit ro. xj°. Quis pꝛior dedit ⁊ retribuet ei: g̃ nullus a deo potest aliquid mereri. ¶ Sed contra est quod dicit hieremie. 31°. Est merces opi tuo sed merces dicit qō ꝓ merito redditur: g̃ videť q; homo possit a deo mereri. ¶ Respondeo dicendū q; meritū ⁊ merces ad idē referuntur. Id enim merces dicit quod alicui recompensat pro retributione operis vel laboris quasi quoddā pꝛecium ipsius vnde sicut reddere iustū pꝛecium pro re accepta ab aliquo est actus iusticie: ita etiaꝫ recōpensare mercedem operis vel laboris est actus iusticie. iusticia autē equalitas quedam est: vt patet per pḥm in. 5° etihicoꝝ: ⁊ ideo simpliciter est iusticia iter eos quorum est simpliciter equalitas. eorum vero quoruꝫ non est simpliciter equalitas non est simpliciter iusticia: sed quidam iusticie modus potest esse sicut dicitur quoddam ius paternum siue dominatiuū: vt in eodē libro pḥs dicit: ⁊ ꝓpter hoc in his in quibus est simpliciter iustum: est ⁊ simpliciter ratio meriti ⁊ mercedis in quibus autez est ſm quid iustum ⁊ non simpliciter: in his etiaꝫ non simpliciter est ratio meriti: sed ſm quid: inq̃ntum saluatur ibi iusticie ratio. Sic enim ⁊ filius meretur aliquid a patre ⁊ seruus a dño. Manifestū est autem q; inter deum ⁊ hoiem est maxima inequalitas. in infinitum enim distant ⁊ totum qō est hois bonū est a deo. vnde non potest hominis ad deum esse iusticia ſm absolutam equalitatē: sed ſm pꝛoporcioneꝫ quandam: inq̃ntum. s. vterq; operat ſm modū suū modus autē ⁊ mēsura humane virtutis homini est a deo: ⁊ ideo meritū hominis apud deum esse nō pōt nisi ſm pꝛesuppositionē diuine ordinationis: ita. s. vt id homo consequat a deo p suam opationem quasi mercedē ad quod deus ei virtutem operandi deputauit: sicut etiam res naturales hoc cōsequunť p pꝛopꝛios motus ⁊ opationes ad quod a deo sunt ordinate. differēter tamē quia creatura rationalis seipsam mouet ad agēduꝫ p libeꝝ arbitrium: vñ sua actio habet rationē meriti: quod nō ē in alijs creaturis. ¶ Ad pꝛimū ergo dicendū: q; homo inq̃ntuꝫ pꝛopꝛia voluntate facit illud quod debet meret: alioquin actus iusticie quo quis reddit debitum non esset meritorius. ¶ Ad secundū dicendum q; deus ex bonis nostris nō querit vtilitatē: sꝫ gloriam. i. manifestationē sue bonitatis: qō etiam ex suis opibus querit. ex hoc autem q; eum colimus nihil ei accrescit: sed nobis. ⁊ ideo meremur aliquid a deo non quasi ex nostris opibus aliquid ei accrescat: sꝫ inq̃ntuꝫ ꝓpter eius gloriā opamur. ¶ Ad tertiū dicendū q; quia actio nostra nō hꝫ rationē meriti nisi ex ꝓsupp ositione diuine ordinationis: nō sequit q; deus efficiatur simpliciter debitor nobis: sed sibiipsi inq̃ntum debitum est vt sua ordinatio impleatur.

Ad secundū sic pro

cedit. Videt q̄ aliquis sine gratia possit mereri vitā eternā. Illud enim hō a deo meret ad quod diuinitus ordinat: sicut dicm est: sed homo fm suā naturā ordinat ad beatitudinem sicut ad finem etiā naturaliter appetit esse beatus: g̃ homo p̄ sua naturalia absq̄ gratia mereri potest beatitudinē q̄ est vita eterna. ¶ Preterea idem opus q̄nto est minus debitū tanto est magis meritoriū: sed minus debitū est bonus quod fit ab eo qui minoribus beneficijs est preuētus. cum igit̄ ille qui habet solū bona naturalia minora bñficia sit cōsecutus a deo q̄ ille qui cum naturalib⁹ habet gratuita: videt q̄ eius opa sint apud deum magis meritoria: & ita si ille qui h3 gratiā pōt mereri aliquo mō vitā eternā: multo magis ille qui nō habet ¶ Preterea misericordia & liberalitas dei in infinitum excedit misericordiā & liberalitatē humanam: sꝫ vnus hō pōt apud aliū mereri etiā si nunq̄ suam ante habuerit: ergo videt q̄ multo magis hō absq̄ gratia vitam eternam possit a deo mereri. ¶ Sed ꝓtra est quod apl's dicit ro.6°. Gratia dei vita eterna. ¶ Respondeo dicendū q̄ homis sine gratia duplex status ꝓsiderari potest: sicut.ē. dictū est. Unus quidē nature integre: qualis fuit in adaꝫ ante peccatū. Alius aūt nature corrupte: sicut ē in nobis ante reparationē gratie. Si g̃ loquamur de homine quo ad primū statū: sic vna ratione nō potest mereri absq̄ gratia vitā eternā p̄ pura naturalia: quia. ſ. meritū hominis dependet ex preordinatione diuina. Actus aūt cuiuscūq̄ rei non ordinat diuinitus ad aliquid excedēs proportionem virtutis que est principiū actus: hoc enim est ex institutione diuine prouidētie vt nihil agat vltra suā virtutem. Vita aūt eterna est quoddā bonū excedēs p̄portionē nature create quia etiā excedit cognitionē & desideriū ei⁹: fm illud. j. ad corint. 2°. Nec oculus vidit nec auris audiuit nec in cor homis ascendit. Et inde est q̄ nulla natura creata est sufficiens principiū actus meritorij vite eterne nisi supaddat aliquod supnaturale donus quod gratia dicit. Si vero loquamur de homine sub peccato existente addit cum hoc secūda ratio ꝓpter impedimentū peccati. Cum enim peccatū sit quedaꝫ dei offensa excludens a vita eterna: vt patet p̄ supra dicta: nullus in statu peccati existens pōt vitā eternā mereri nisi pri⁹ deo reconciliet dimisso peccato q̄ fit p gratiā: peccatori enim nō debet vita: sed mors fm illud ro.6°. Stipendia peccati mors. ¶ Ad pmū g̃ dicendū q̄ deus ordinauit humanā naturā ad finem vite eterne consequendū nō ꝓpria virtute: sꝫ p auxiliū gratie: & hoc modo eius actus potest cē meritorius vite eterne. ¶ Ad secundū dicendum q̄ homo sine gratia nō potest habere equale opus opi quod ex gratia procedit: quia quanto est pfectius principiū actionis tanto est pfectior actio: sequeret autem ratio suppositā equalitate opationis vtrobiq̄. ¶ Ad tertiū dicendus q̄ q̄ntū ad p̄maꝫ rationē inductam dissimiliter se habet in deo & in homine. nam homo omnem virtutē benefaciendi habet a deo nō aūt ab hoīe. & ideo a deo nō potest homo aliquid mereri nisi p̄ donum eius: qō apl's signanter exprimit dicens: Quis prior dedit ei & retribuetur illi: sed ab homine potest quis mereri anteq̄ ab eo acceperit p̄ id qō accepit a deo. Sed q̄tum ad secundā rationē sumptam ex impedimēto peccati: simile est de hoīe & de deo: quia etiā hō ab alio mereri nō potest quē offendit prius nisi ei satisfaciens reconciliet.

Ad tertium sic pro

cedit. Videt q̄ homo in gratia constitutus nō possit mereri vitā eternā ex condigno. Dicit enim apl's ad ro.8°. Non sunt cōdigne passionis huius tēporis ad futurā gloriā que reuelabit in nobis: sꝫ inter alia opa meritoria maxime vident eē meritorie sanctoꝝ passiones: ergo nulla opera hominū sunt meritoria vite eterne ex cōdigno. ¶ Preterea sup illud ro.6°. Gratia dei vita eterna. dicit glo. posset recte dicere stipendiū iustitie vita eterna: sed maluit dicere gratia dei vita eterna vt intelligeremus deum ad eternā vitam p̄ sua miseratione nos pducere: non meritis nostris sed id quod ex condigno quis meret non ex miseratione sed ex merito accipit: ergo videt q̄ homo non possit p̄ gratiā mereri vitam eternam ex condigno. ¶ Preterea illud meritū videt esse condignum quod equat mercedi: sed nullus actus p̄sentis vite potest equari vite eterne que cognitionem & desiderium nostrū excedit: excedit etiaꝫ charitatē vel dilectionē vie sicut & excedit naturā: g̃ hō non pōt p̄ gratiā mereri vitā eternā ex ꝓdigno. ¶ Sꝫ ꝫ id qō reddit fm iustū iudiciū videt esse merces condigna: sed vita eterna redditur a deo fm iudiciū iustitie: fm illud. 2°. ad thimo. 4°. In reliquo reposita est mihi corona iustitie: quā reddet mihi dñs in illa die iustus iudex: ergo homo meret vitaꝫ eternā ex condigno. ¶ Respōdeo dicendū q̄ op⁹ meritoriuꝫ hois dupliciter ꝓsiderari potest. Uno modo fm q̄ procedit ex libero arbitrio. Alio modo fm q̄ procedit ex gratia spūs sci. Si consideret fm substantiā opis: & fm q̄ procedit ex libero arbitrio: sic nō pōt ibi esse cōdignitas ꝓpter maximā inequalitatē: sed est ibi ꝓgruitas ꝓpter quandā equalitatem proportionis. Videt enim congruū vt hoī operanti fm suā virtutē deus recōpenset fm excellentiaꝫ sue virtutis. Si autem loquamur de ope meritorio fm q̄ procedit ex gratia spūs sci: sic est meritoriū vite eterne ex condigno. Sic enim valor meriti attenditur fm virtutem spiritus sancti mouētis nos in vitam eternam: fm illud ioā. 4°. Fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Attenditur etiaꝫ precium operis fm dignitatem gratie per quā homo consors factus diuine nature adoptat in filiuꝫ dei cui debet hereditas ex ipso iure adoptōis: fm illud ro.8°. Si filij & heredes. ¶ Ad primuꝫ ergo dicendū q̄ apl's loquitur de passionibus sanctorū fm eoꝝ substantiā. ¶ Ad secundū dicendū q̄ verbum illius glose intelligendum est q̄ntū ad p̄maꝫ

cauſam peruenīdi ad vitam eternaz que eſt miſeratio dei: meritum aūt noſtrū eſt cauſa ſubſequēs. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ gratia ſpiritus ſancti quā in preſenti habem⁹ etſi nō ſit equalis glorie i actu eſt tamē equalis in virtute: ſicut z ſemē arboꝛ in quo eſt virtus ad totā arboꝛē: z ſimiliter p gratiaz inhabitat hominē ſpiritus ſanctus qui eſt ſufficies cauſa vite eterne: vñ z dicit eſſe pignus hereditatis noſtre. 2. ad corinth. primo.

¶ quartum ſic pro

cedit. Videt q̄ gratia non ſit p̄ncipiū meriti p̄incipalius p charitatē q̄ per alias virtutes. ¶ Merces enim operari debet ſm illud matth. xx°. Voca operarios z redde illis mercedē ſuā: ſz q̄libet virt⁹ eſt p̄ncipiū alicui⁹ opis. Eſt eni virt⁹ habit⁹ operatiu⁹: vt. ſ. habitū eſt: g̃ q̄libet virt⁹ eſt eq̄liter p̄ncipiū merēdi. ¶ Preterea apl's dicit. j. ad corinth. iij°. Unuſquiſq; p̄priā mercedez accipiet ſm p̄priū laborē: ſz charitas magis diminuit laborē q̄ augeat: q̄ ſic aug⁹ dicit in libro ō verbis dñi. Via ſceua z imania facilia z ꝓpe nulla facit amor: g̃ charitas non eſt p̄incipalius p̄ncipiū merēdi q̄ alia virtus. ¶ Preterea illa virtus videt p̄incipalius eſſe p̄incipiū merendi cuius act⁹ ſunt maxime meritorij: ſed maxime meritorij videtur eē act⁹ fidei z patiētie ſiue fortitudinis: ſicut patet in martyribus qui pro fide patient z fortiter vſq; ad mortē certauerunt: ergo alie virtutes p̄incipalius ſunt p̄incipiū merendi q̄ charitas. ¶ Sz contra eſt quod dñs ioā. i4°. dicit: Si quis diligit me diliget a patre meo: z ego diligam eum z manifeſtabo ei meipſum: ſed in manifeſta dei cognitiōe conſiſtat vita eterna: ſm illud ioā. i7°. hec eſt vita eterna vt cognoſcant te ſolū deum verū z viuum: ergo meritū vite eterne maxime reſidet penes charitatem. ¶ Reſpondeo dicendū q̄ ſicut ex dictis accipi pōt humanus actus habet rationē merēdi ex duobus. Primo quidē z p̄incipaliter ex diuina ordinatione ſm q̄ actus dicit eſſe meritorius illius boni ad quod homo diuinitus ordinat. Secūdo vero ex parte liberi arbitrij: inq̃ntum. ſ. homo habet pre ceteris creaturis vt p ſe agat voluntarie agens: z q̃ntum ad vtrūq; p̄incipalitas meriti penes charitatē conſiſtit. Primo enim conſiderandum eſt q̄ vita eterna in dei fruitione conſiſtit: motus autem humane mētis ad fruitionē diuini boni eſt proprius actus charitatis p quē oēs act⁹ alia rum virtutū ordinant in hunc finem ſm q̄ alie virtutes imperant a charitate: z ideo meritū vite eterne primo p̄tinet ad charitatē ad alias autem virtutes ſecundario ſm q̄ eorum actus a charitate imperant. Similiter etiam manifeſtum eſt q̄ id quod ex amore facimus maxime volūtarie facimus: vñ etiam ſm q̄ ad rationē meriti requirit q̄ ſit voluntarium p̄incipaliter meritum charitati attribuit. ¶ Ad primū ergo dicendū q̄ charitas inq̃ntum habet vltimū finem p obiecto mouet alias virtutes ad operandū: ſemp enim habitus ad quem p̄tinet fines impat habitib⁹ ad quos p̄tinent ea q̄ ſunt ad finem: vt ex ſupra dictis patet. ¶ Ad ſecundū dicendū q̄ opus aliquod poteſt eſſe laborioſum z difficile dupliciter. Uno mō ex magnitudine operis z ſic magnitudo laboris p̄tinet ad augmentum meriti: z ſic charitas non diminuit laborem: imo facit aggredi opera maxima: magna enim operat ſi eſt vt grego. dicit in quadam homelia. Alio mō ex defectu ipſius operātis: vnicuiq; enim eſt laborioſum z difficile quod non prompte voluntate facit: z talis labor diminuit meritū z a charitate tollitur. ¶ Ad tertium dicendū q̄ fidei actus non eſt meritorius niſi fides p dilectionez operet: vt dicit ad gal. 5°. Similiter etiam actus pacientie z fortitudinis non eſt meritorius niſi aliquis ex charitate hoc opet: ſm illud. j. ad corinth. 13°. Si tradidero corpus meū ita vt ardeā: charitatē aūt non habuero nihil mihi prodeſt.

¶ quintuz ſic pro

cedit. Videt q̄ homo poſſit ſibi mereri primam gratiā. Quia vt auguſti. dicit: fides meret iuſtificationem: iuſtificat autem homo per primam gratiaz: ergo homo poteſt mereri ſibi primam gratiam. ¶ Preterea deus non dat gratiam niſi dignis: ſed non dicit aliquis dign⁹ aliquo dono niſi qui ipſum promeruit ex p̄digno: ergo aliquis ex condigno poteſt mereri primā gratiā. ¶ Preterea apud homines alios pōt mereri donū iam acceptū: ſicut q̄ accepit equū a dño: meret ipſam bñ vſedo eo in ſeruitio dñi: ſz de⁹ liberalior eſt q̄ homo. g̃ multo magis primā gratiam iam ſuſceptam poteſt homo mereri a deo per ſubſequentia opera. ¶ Sed contra eſt q̄ ratio gratie repugnat mercedi operis: ſm illud ro. 4°. Ei qui operat merces non imputat ſm gratiam ſed ſm debitum: ſed illud meret homo quod imputat ſibi ſm grām quaſi merces operis eius: ergo primā gratiam nō poteſt homo mereri. ¶ Reſpondeo dicendum q̄ donū gratie cōſiderari poteſt dupliciter. Uno mō ſm rationē gratuiti doni: z ſic manifeſtum eſt q̄ de meritū repugnat gratie: quia vt ad ro. xj°. apl's dicit. Si ex operibus iam non ex gratia. Alio mō poteſt conſiderari ſm naturā ipſius rei que donat. et ſic etiam non poteſt cadere ſub merito non habentis gratiam: tū quia excedit proportionez nature: tum etiā quia ante gratiā in ſtatu peccati habet hō impedimentū promerēdi gratiā. ſ. ipſum peccatū. Poſtq̄ aūt iam aliquis habet gratiā nō pōt grā iam habita ſub merito cadere quia merces eſt terminus operis: gratia vero eſt p̄incipiū cuiuslibet boni opis in nobis: vt. ſ. dictum eſt. Si vero aliud donū gratuitū aliquis mereat virtute gratie precedentis iam non erit prima. Unde manifeſtum eſt q̄ nullus poteſt ſibi mereri primā gratiā. ¶ Ad primum ergo dicendum: q̄ ſicut aug⁹ dicit in li° retractationū. Ipſe aliq̃n in hoc fuit deceptus q̄ credidit initiū fidei eſſe ex nobis: ſed conſummationē nobis dari ex deo: qō ipſe ibidē retractat: z ad hunc ſenſum videt pertinere q̄ fides iuſtificationū mereat. Sed ſi ſupponam⁹ ſicut fidei veritas habet q̄

initiū fidei sit in nobis a deo: iam etiā ipse actus fidei consequit primā gratiā: & ita nō potest esse meritorius prime gratie: per fidē igit iustificat homo non quasi hoc credēdo mereat iustificationē: sed quia dum iustificat credit eo q motus fidei requiritur ad iustificationē impij: vt. ā. dictū ē. ¶ Ad secundū dicendum q deus non dat gratiam nisi dignis: nō tamē ita q prius digni fuerint: sed q ipse per gratiam eos facit dignos qui solus potest facere mundū de immundo conceptū semine. ¶ Ad tertiū dicendū q omne bonū opus hominis procedit a prima cā sicut a principio: nō autē procedit a quo cūq humano dono: & ideo nō est similis ratio de dono gratie: & de dono humano.

Dsextum sic pro

cedit. Videtur q homo possit alteri mereri primā gratiā: quia matth. 9° super illud. Videns iesus fidem illorū &c. dicit glo. Quantū valet apud deum fides ppria apud quē sic valuit aliena vt intus & extra sanaret homines sed interior sanatio hominis est per primā gratiā ergo homo potest alteri mereri primam gratiam. ¶ Preterea orationes iustorū non sunt vacue: ſ efficaces. ſm illud iaco. vltimo. Multus valet deprecatio iusti assidua: sed ibidem premittitur. Orate pro inuicē vt saluemini. cum igit salus hominis non possit esse nisi per gratiam: videt q vnus homo possit alteri mereri primā gratiā. ¶ Preterea luce. 16° dicit. Facite vobis amicos de māmona iniquitatis: vt cum defeceritis recipiāt vos in eterna tabernacula. sed nullus recipit in eterna tabernacula nisi per gratiam per quā solam aliquis meretur vitā eternā: vt. ā. dictū est: ergo vnus homo potest alteri acquirere merēdo primam gratiam. ¶ Sed cōtra est qđ dicit hieremie. 15°. Si steterit moyses & samuel coram me: non est anima mea ad populū istū qui tamē fuerūt maximi meriti apud deum. videt ergo q nullus possit alteri mereri primam gratiam. ¶ Respondeo dicendū q sicut ex supra dictis patet: opus nostrū habet rationē meriti ex duobus. Primo quidē ex vi motionis diuine: & sic meretur aliquis ex condigno. Alio modo habet rationē meriti ſm q procedit ex libero arbitrio inquantū voluntarie aliquid facim°: & ex hac parte est meritū congruī: quia congruū est vt deum homo bene vtitur sua virtute deus ſm superexcellentem virtutē excellentius operet. Ex quo patet q merito condigni nullus potest mereri alteri primam gratiam nisi solus christus: quia vnusquisq nostrū mouet a deo per donum gratie: vt ipse ad vitā eternā perueniat: & ideo meritū condigni vltra hanc motionē non se extendit. Sed aīa christi mota est a deo per gratiā non solum vt ipse perueniret ad gloriā vite eterne: sed etiā vt alios in eam adduceret inq̄ntum est caput ecclesie & actor salutis humane ſm illud heb. ij. Qui multos filios in gloriam adduxerat auctorem salutis &c. Sed merito congruī potest aliquis alteri mereri primā grām. Quia enim homo ex gratia constitutus implet dei voluntatē: congruū est ſm amicitie proportionem vt deus impleat hominis voluntatē in saluatōc alterius: ſ quandoq̄ possit habere impedimentum ex parte illius cuius aliquis sanctus iustificationē desiderat. Et in hoc casu loquit auctoritas hieremie vltimo indicta. ¶ Ad primum ergo dicendū q fides alioꝝ valet alij ad salutē merito congruī: nō merito condigni. ¶ Ad secundū dicendū q impetratio orationis initiatur misericordie: meritum aūt condigni innit iustitie: & ideo multa orādo impetrat hō ex diuina misericordia: que tñ nō meret ſm iustitiā: ſm illud daniel. 9°. Neq̄ enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuā: sed in miserationibꝰ tuis multis. ¶ Ad tertiū dicendū q pauperes elemosynas recipientes dicunt recipere alios in eterna tabernacula vel impetrādo eis veniam orando: vel merēdo p alia bona ex congruo: vel etiaz materialiter loquēdo: q p ipsa opera misericordie que quis in pauperes exercet meret recipi in eterna tabernacula.

Dseptimū sic pro

cedit. Videtur q aliquis possit sibi ipsi mereri reparationē post lapsum. Illud enī quod iuste a deo petit homo videt posse mereri: sed nihil iustius a deo petitur: vt augˢ dicit q̄ q repareť post lapsum: ſm illud psal. Cū deficerit virtus mea ne derelinquas me dñe. ḡ hō potest mereri vt repareť post lapsum. ¶ Preterea multo magis homini prosunt opera sua q̄ prosint alij: ſ hō pōt aliquo modo alteri mereri reparationem post lapsum sicut & primā gratiā: ergo multo magis sibi mereri potest vt repareť post lapsū. ¶ Preterea homo qui aliquando fuit in gratia p bona opera que fecit meruit sibi vitā eternā: vt ex supra dictis patet: ſ ad vitā eternā nō potest quis peruenire nisi repareť per gratiā: ergo videtur q sibi meruit reparationē p gratiā. ¶ Sed cōtra est quod dicit ezech. 18°. Si auerterit se iustus a iustitia sua & fecerit iniquitatē: oēs iustitie eius q̄s fecerat recordabunt: ḡ nihil valebūt ei precedentia merita ad hoc q resurgat: nō ḡ aliquis pōt sibi mereri reparationē post lapsum futurū. ¶ Respōdeo dicendū q nullꝰ pōt sibi mereri reparationē post lapsum futurū neq̄ merito ꝑdigni: neq̄ merito cōgruī. Merito quidē condigni hoc sibi mereri non potest: quia ratio huius meriti dependet ex motione diuine gratie que quidem motio interrumpitur per sequēs peccatū: vnde omnia beneficia que postmodū aliquis a deo consequitur quibus reparatur non cadunt sub merito tanq̄ motione prioris gratie vsq̄ ad hoc non se extendente. Meritū etiam congruī quo quis alteri primā gratiam meretur impeditur ne consequatur effectum propter impedimentū peccati in eo cui quis meretur: multo igit magis impedit talis meriti efficatia per impedimentum quod est & in eo qui meret & in eo cui meretur: hoc enim vtrūq̄ in vnam personā ꝑcurrit & ideo nullo modo aliquis potest sibi mereri reparationem post lapsum. ¶ Ad tertiū dicendū q

desiderium quo quis desiderat reparationez post lapsum iustū dicitur: ꝛ similiter oratio quia tendit ad iusticiam: non tamen ita ꝙ iusticie imitatur per modum meriti: sed solum misericordie. ¶ Ad secundū dicendū ꝙ aliqs potest alteri mereri ex congruo primam gratiā: quia non est ibi impedimentum saltem ex parte merentis quod inuenitur duz aliqs post meritum gracie a iusticia recedit. ¶ Ad tertiuz dicendū ꝙ quidam dixerunt ꝙ nullus meretur absolute vitam eternam nisi per actum finalis gratie: sed solum sub conditione si perseverat. Sed hoc irrationabiliter dicitur: quia quandoqz actus vltime gratie non est magis meritorius: sed minus ꝙ actus precedentes ꝓpter egritudinis oppressionem. Unde dicendū ꝙ quilibet actus charitatis meretur absolute vitam eternam: sed per peccatum sequens ponitur impedimentum precedenti merito vt non sortiatur effectum: sicut etiaz cause naturales deficiunt a suis effectibꝰ propter supueniens impedimentū.

ℬ octauū sic pro

cedit. Uidet ꝙ homo non possit mereri augmentuz gratie vel charitatis. Cum enim aliquis receperit premiū quod meruit non debetur ei alia merces: sicut de quibusdam dicitur matth. 6°. Receperūt mercedē suam. si igitur aliquis meretur augmentum charitatis vel gratie sequeretur ꝙ gratia augmentata non posset vlterius expectare aliud premium: quod est inconueniens. ¶ Preterea nihil agit vltra suam speciem: sed principiuz meriti est gratia vel charitas: vt ex supra dictis patet: ergo nullus potest maiorē gratiam vel charitatem mereri ꝙ habeat. ¶ Preterea id quod cadit sub merito meretur homo ꝓ quēlibet actum a gratia vel charitate procedentem: sicut per quemlibet talem actum meret homo vitā eternam si igitur augmentuz gratie vel charitatis cadat sub merito: videt ꝙ per quemlibet actū charitate informatum aliquis mereatur augmentum charitatis: sed id quod homo meret infallibiliter a deo consequitur nisi impediatur per peccatum sequens. Dicitur enim 2. ad thim. 1mo. Scio cui credidi ꝛ certus sum quia potēs est depositū meū seruare: sic ergo sequeretur ꝙ per quemlibet actū meritorium gratia vel charitas augeretur: quod videtur inconuens cum quandoqz actus meritorij non sint multū feruentes ita ꝙ sufficiant ad charitatis augmentum: non ergo augmentū charitatis cadit sub merito. ¶ Sed contra est quod augꝰ dicit super epistolam ioan. ꝙ charitas meretur augeri vt aucta mereatur ꝛ perfici: ergo augmentuz charitatis vel gratia cadit sub merito. ¶ Respondeo dicendū ꝙ sicut. ꝛ. dictū est: illud cadit sub merito cōdigni ad quod motio gratie se extendit: motio autem alicuius mouentis non solum se extendit ad vltimū terminum motis: sed etiam ad totū progressum in motū: terminus autem motus gratie est vita eterna: progressus autem in hoc motu est fm augmentum charitatis vel gratie: fm illud proverb. 4°. Justorum semita quasi lux splendens procedit ꝛ crescit vsqz ad perfectam diem qui ē dies glorie. Sic igitur augmentū gratie cadit sub merito condigni. ¶ Ad primū ergo dicendum ꝙ premium est terminus meriti. Est autem duplex terminus motus. ſ. vltimus ꝛ medius qui est ꝛ principium ꝛ terminus: ꝛ talis terminus est merces augmenti: merces autem fauoris humani est sicut vltimus terminus his qui finem in hoc constituūt vnde tales nullam aliam mercedem recipiunt. ¶ Ad secundū dicendū ꝙ augmentum gratie nō est supra virtutem preexistentis gratie: ꝛ sit supra quantitatem ipsius: sicut arbor etsi sit supra quantitatem seminis non est tamē supra virtutem ipsi⁹. ¶ Ad tertiū dicendum ꝙ quolibet actu meritorio meretur homo augmentū gratie sicut ꝛ gratie cōsummationem que est vita eterna: sed sicut vita eterna non statim reddit sed suo tēpore: ita nec gratia statim auget sed suo tpe: cū. ſ. aliquis sufficiēter fuerit dispositus ad gratie augmentū.

ℬ nonum sic pro

cedit. Uidet ꝙ aliquis possit perseverantiam mereri. Illud enim quod homo obtinet petendo potest cadere sub merito habentis gratiam: sed perseverantiā petendo homines a deo obtinent: alioquin frustra peteret a deo in petitionibus orationis dominice: vt augꝰ exponit in libro de bono perseverantie: ergo perseverātia potest cadere sub merito habentis gratiam. ¶ Preterea magis est non posse peccare ꝙ non peccare: sed non posse peccare cadit sub merito: meretur enim aliquis vitam eternam: de cuius ratione est impeccabilitas: ergo multo magis potest aliquis mereri vt non peccet: quod est perseverare. ¶ Preterea maius est augmentum gratie ꝙ perseverantia in gratia quā quis habet: sed homo potest mereri augmentum gratie: ut. ꝛ. dictum est: ergo multo magis potest mereri perseverantiam in gratia quam quis habet. ¶ Sed contra est ꝙ omne quod quis meret a deo consequit nisi impediat per peccatū: sed multi habent opera meritoria ꝙ non consequuntur perseverantiam: nec potest dici ꝙ hoc fuit ꝓpter impedimentū peccati quia hoc ipsum quod est peccare opponit perseverātie: ita ꝙ si aliquis perseverantiam meretur deus nō permitteret aliquem cadere in peccatū: nō igit perseverātia cadit sub merito. ¶ Respondeo dicendū ꝙ cum homo naturaliter habeat liberū arbitriuz flexibile ad bonum ꝛ ad malum: dupliciter potest aliquis perseverantiā in bono obtinere a deo. Uno quidem modo per hoc ꝙ liberū arbitriū determinat ad bonum per gratiā consummatā qō erit in gloria. Alio modo ex parte motionis diuine que hominem inclinat ad bonum vsqz ad finē: sicut autez ex dictis patet illud cadit sub humano merito qō comparatur ad motuz liberi arbitrij directi a deo mouente sicut terminus: non autem ad qō comparatur ad predictum motū sicut principium. Unde patet ꝙ perseverantia glorie que est termin⁹ p̄dicti

motus cadit sub merito: perseuerantia aũt vie nõ cadit sub merito: quia dependet solum ex motiõe diuina que est principiũ omnis meriti: sed de⁹ gratis perseuerantie bonũ largit cuicũq; illud largit. ¶ Ad primũ ergo dicendũ q; etiam ea que nõ meremur orando impetram⁹. nam ꝛ peccatores de⁹ audit peccatorũ veniam petentes quaꝫ non merẽtur: vt patet per aug. super illud ioan. Scim⁹ quia peccatores de⁹ non exaudit: alioquin frustra dixisset publicanus: Deus propicius esto mihi peccatori: vt dicitur luce. ig⁹. Et similiter perseuerantie donum aliquis petendo a deo ipetrat vel sibi vel alĩ quãuis sub merito nõ cadat. ¶ Ad secundũ dicendum q; perseuerantia que erit in gloria comparat⁹ ad motum liberi arbitrij meritorium sicut terminus: non autem perseuerantia vie ratiõe predicta Et similiter dicendũ est ad tertium de augmento gratie: vt per predicta patet.

Decimũ sic pro

cedit. Videt q; temporalia bona cadant sub merito. Illud enim quod p̃mittitur aliquibus: vt premium iusticie cadit sub merito: sed temporalia bona promissa sunt in lege veteri sicut merces iusticie: vt patet deutero. xg⁹ ergo videtur q; bona tẽporalia cadant sub merito. ¶ Preterea illud videtur sub merito cadere quod deus alicui retribuit pro aliquo seruitio qõ fecit: sed de⁹ aliquando recompensat hominibus pro seruitio sibi facto aliqua bona temporalia. Dicit enim exo. primo. Et quia timuerũt obstetrices deum edificauit illis domos: vbi glo. grego. dicit: q; benignitatis earum merces potuit in eterna vita retribui: sed culpa mendacij terrenaꝫ recompẽsationem accepit. ꝛ ezech. 29⁹ dicitur: Rex babylonie seruire fecit exercituũ suum seruitute magna aduersus tyruꝫ: ꝛ merces nõ ẽ reddita ei: ꝛ postea subdit. Erit merces exercitui illius ꝛ dedi ei terrã egypti pro eo q; laborauerit mihi: ergo bona temporalia cadũt sub merito. ¶ Preterea sicut bonũ se habet ad meritũ ita malum se habet ad demeritum: sed propter demeritum peccati aliqui puniũtur a deo temporalibus penis: sicut patet de sodomitis genesis. 19⁹. ergo ꝛ bona temporalia cadũt sub merito. ¶ Sed ꝓtra est: q; illa que cadunt sub merito non similiter se habent ad omnes: sed bona temporalia ꝛ mala similiter se habẽt ad bonos ꝛ malos: sm illud eccl. 19⁹. Uniuersa eque eueniũt iusto ꝛ impio: bono ꝛ malo: mundo ꝛ imundo: immolanti victimas ꝛ sacrificia contemnẽti: ergo bona temporalia non cadũt sub merito. ¶ Respondeo dicendũ q; illud quod sub merito cadit est premiũ vel merces quod habet rationem alicuius boni. Bonũ aũt hominis est duplex: vnũ simpliciter aliud sm quid. Bonũ hominis simpliciter est vltimus finis ei⁹: sm illud psal. Mihi autem adherere deo bonũ est: ꝛ per consequẽs omnia illa q; ordinant vt ducentia ad hũc finem: ꝛ talia simpliciter cadũt sub merito. Bonũ aũt sm qd non simpliciter hominis est qõ est bonũ ei vt nũc vel quod ei ẽ sm quid bonũ ꝛ huiusmodi non cadũt sub merito simpliciter sed sm quid. Scõm hoc ergo dicendũ est q; si temporalia bona considerent prout sũt vtilia ad opera virtutũ quib⁹ pducimur in vitam eternam: sm hoc directe ꝛ simpliciter cadũt sub merito: sicut ꝛ augmentũ gratie ꝛ omnia illa quib⁹ hõ adiuuat ad perueniendũ in beatitudineꝫ post primam gratiam: tantũ eniꝫ dat de⁹ viris iustis de bonis temporalib⁹ ꝛ etiam de malis q̃ntũ eis expedit ad perueniendũ ad vitam eternam: ꝛ intantũ sunt simpliciter bona huiusmodi temporalia: vnde dicitur in psal. Timentes autem dominũ non minuẽtur omni bono: ꝛ alibi. Non vidi iustũ derelictũ. Si aũt considerent huiusmodi temporalia bona sm se: sic non sũt simpliciter bona hominis: sꝫ sm quid: ꝛ ita non simpliciter cadũt sub merito: sꝫ sm quid inq̃ntum scilicet homines mouent a deo ad aliqua temporaliter agenda in quibus suum propositũ consequunt deo fauente vt sicut vita eterna est simpliciter premiũ operum iusticie per relationem ad monitionem diuinam: sicut. ꝫ. dictũ est: ita temporalia bona in se considerata habent rationem mercedis habito respectu ad monitionem diuinam: quia voluntates hominũ mouent ad hec p̃sequenda: lꝫ interdũ in his non habeant homines rectam intentionem. ¶ Ad primum g̃ dicendũ q; sicut aug⁹ dicit contra faustũ libro. 4⁹ In illis temporalibus promissis figure fuerunt futurorũ spiritualium que implent in nobis. Carnalis enim populus promissis vite presentis inhebebat: ꝛ illorum non tm̃ lingua: sed etiam vita prophetica fuit ¶ Ad secundũ dicendũ q; ille retributiones dicũtur esse diuinitus facte sm comparationem ad diuinam motionem: non aũt sm respectum ad maliciam volũtatis precipue q̃ntum ad regem babylonis qui non impugnauit tyrum quasi volẽs deo seruire: sed potius vt sibi dominiũ vsurparet. Similiter etiam obstetrices lꝫ habuerint bonã volũtatem q̃ntum ad liberationem puerorum: non tamen fuit earum recta volũtas quantum ad hoc q; mendacium confinxerunt. ¶ Ad tertiũ dicendus q; temporalia mala infligunt in penam impijs inquantum per ea non adiuuantur ad consecutionem vite eterne. Justis aũt q; per huiusmodi mala iuuant non sunt pene sed magis medicine: vt. ꝫ. dictũ est. ¶ Ad quartũ dicendũ q; omnia eque eueniunt bonis ꝛ malis q̃ntum ad ipsam substantiaꝫ bonorum vel malorꝫ temporaliũ: sed non q̃ntũ ad finem: quia boni per huiusmodi manuducũtur ad beatitudinem: nõ aũt mali. Et hec de temporalibus in cõmuni dicta sufficiant.

¶ Explicit prima pars secũde partis sacre theologie doctoris eximij ꝛ luminis ecclesie preclarissimi sancti Thome de aquino ordinis fratrũ predicatorum: magna cum diligẽcia maximoq; studio Venetijs impressa per Theodericũ de rogazonib⁹ de asula. Anno dñi. M.cccc.xc. decymo marcij.